F. VASQUII

CONTRO-

VERSIARUM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

179693

Universidad de Deusto
Biblioteca

UNIVERSIDAD DE DEUSTO
BIBLIOTECA

179463

Ll. de D.n Juan Antt.o de Torbea

D. FERNANDI VASQVII PINCIANI MENCHACENSIS IVRISCONSVLTI HISPANI OLIM EX CELEBERRIMO DIVI IACOBI COLLEGIO, hodie in summo Dominicæ rei prætorio Senatoris clariss. controuersiarum vsu frequentium Libri tres.

Impressi & examinati mandato Reuerendissimorum Inquisitorum.

BARCINONE
In ædibus Claudij Bornat, sub Aquila forti.
1563.

HERCVLES

HISPALVS

FL. HISP. IBERVS

Universidad de Deusto
Biblioteca



ILLVSTRISSIMO DOMINO principi Ebolensi, comiti e Melito. &c.

Fernandus Vasquius Pincianus à Menchaca. S. P. D.

QVVM OMNIBVS in rebus, Princeps Illustrissime, perfectum, tutum, & perspicuum esse hoc vnum animaduerterem, ꝙ vsus frequẽs qui omnium magistrorum præcepta superat, edoceret, nec imperatores vnq̃, nec iureconsultos, nec medicos, aut oratores etiam disertissimos quicq̃ magna laude dignum, sine vsu & exercitatione assequi potuisse, quumq; rursum cogitatiões suas literis quemq̃ in rebus quantũuis assiduis, omni tamen controuersia carentibus mãdare, hominis esse iam actum agentis, literisq; & ocio abutentis mecũ recolerem: ideo scribendas ad res vsu frequentes & controuersas animum appuli meum, ꝙ priore capite vberrimũ fructum, minimeq; suspectum aut incertum afferre, posteriore autem delectatione, admirationeq; allicere lectorem sperauerim. Quæ enim ardua & vehemẽter controuersa sunt, vt rara ita pulchra & iucunda humanis ingenijs esse solent. Deniq; licet ex Socratis sentẽtia tanta sit librorum copia, tamq; sapientię studiosis noxia, vt ipse librorum chartę scriptorum nõnullis pluris essent emendæ: hũc tamen nostrum laborem, studium, diligentiã, qui superfluere existimauerit parũ perspectas quas agimus res habebit. Vt enim agricolæ in malis radicibus extirpandis non minus insudant, q̃ in nouis serendis, vtq; præceptores in suspectis aut noxijs doctrinis dedocendis non minus, sed longè fastidiosius elaborant, q̃ in tradendis præceptis veris, ita huic nostræ tẽpestati geminus labor relictus est. Primus (isq; Antisthenis testimonio difficillimus) in non paucis veterum tradimentis stirpitus euellẽdis, alter in veris disciplinis edocendis. Quum primum enim magistris traditi sumus, tum (ex Ciceronis sentẽtia) ita varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & cœcis opinionibus confirmatis natura ipsa cedat, vt iam pene cum lacte nutricis (quæ humani generis infœlicitas est) errores illos suxisse videamur, vt qui huiuscemodi nebulis hominum pectora veridicis scriptis dictisue purgauerit, vt venenum acceptũ euomere possint, laude, honore, & trophęo dignus non iniuria prędicetur. Iure enim diuino & naturali regimur, à quo nisi ob aliquam non obscuram publicæ rei vtilitatem abscedere nefas est, cuius iuris natura nos ipsa sine vllo doctore peritos effecit, ingenijsq; nostris semina innata virtutum impressit, quæ nos per se sola ad tranquillitatem & beatam vitã, & omniũ necessariarũ rerũ cognitionem perducerent, nisi cœcis illis confirmatisq; hominum inuẽtis cedere cogeremur, eorũ vitio (quorũ numerosa turba est) qui (teste & grauiter incusante Cicerone) incognita pro cognitis perniciose disseruerũt: ô quàm scite Socrates omniũ mortaliũ sapientissimus ab Apolline iudicatus, hoc vnũ (aiebat) scio, ꝙ nihil scio: vt non obscura sit eorum insania, noxia, & temeritas, qui ea de quibus ipsimet incerti sunt pro certis tradiderũt in certã humani generis perniciem & calamitatẽ. Quũ ergo, princeps humanissime, raras eximiasq; animi tui dotes cũ summa nobilitate cõiunctas mecũ perpenderem, futurũ non immerito speraui, vt sine vllo etiã magistro vi & acie ingenij tui, & sola iuris naturæ tibi innata peritia & cognitione praua à rectis, suspecta à veris perspicue secernere, atq; ita nostris conatibus & laboribus adspirare facile posses, nec nouũ tibi erga me iderit: memoria enim teneo, quãta abs te, quãq; benigna ac propẽsa humanitate Monarchę nostro potentissmo olim fuerim cõmendatus, quũq; magis ac magis nos graui testimonio & locupleti ornares, id ea modestia & animi candore maiorũ tuorũ imagine fecisti, vt in benefaciẽdo beneficiũ accipere videri volueris. Proinde & si me tantũ tibi debere, quantũ nec verbis assequi, nec prædicãdo illustrare possem, non ignorabã: tacitus tamẽ tantã beneficentiã et gratiã præterire nõ potui, nec quicq̃ mihi iustius esse putaui, q̃ vt meã erga te volũtatem, animumq; tanti beneficij nec immemorem esse, neq; vnq̃ fore hoc munusculo & indicio quasi æterno testarer. Ex nostris itaq; vigilijs & lucubrationibus hũc controuersiarũ vsu frequentium Librũ nuncupare & cõsecrare tuæ curaui Celsitudini, quam summus rerum opifex ac parens Deus seruet incolumem. Vale Hispanorum procerum decus.

Plutarchus Apoph. libro. 8.

Plutarchus in apoph. libro. 7.

Cicero tusc. lib. 3.

Cicero offi. lib. 1.

Plutarchus in apoph. libro. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LICENTIATVS FRANCISCVS ARGOTVS CORDVBENSIS MADRITIQVE PRAEFECTVS, IN COMMENDATIONEM tractationis controuersiarum vsu frequentium editæ ab eruditissimo, omnibusque numeris absolutissimo F. Vasquio Menchacensi, in summo Dominicæ rei prætorio Regni Senatore meritissimo, sequenti sanè modo ludebat.

FAMA hominum decus, æternis quæ flamina pennis
Ventorum anteuolas, & tantum murmure comples
Terrarum, quantum flammis sol maximus ambit:
Die, magnæ Europæ, atque Asiæ, & fulgentibus Aphris
Cæsarei vt columen iuris, legumque sacrarum
Additus Hesperiæ est, & terris splendor Iberis
Vasquius, & prolem Menchacam ad sidera tollit,
Regius ingenium ob clarum, & decora alta Senator:
Mox plures titulos, summosque habiturus honores,
Diuini ob virtutem animi, atque illustria facta.
Ille quidem antiquis legum haud heroibus impar,
Non ijs qui demum exorti, postquam inclyta triste
Excidium, & miseras defleuit Roma ruinas,
Se que Gothus late glacido diffudit ab Istro:
Sed Labeoni ac Vlpiano, Celsisque duobus,
Et Papiniano, atque alijs, quibus impia fata
Vindicibus scelerum damnata: & candida cœlo
In terras tandem reuocata Astræa refulsit,
Ergo eius nullum præscripti temporis orbem
Scripta timent, mortem, parioque è marmore signa,
Et statuas ære è fuluo, & mortalia vincent,
Quicquid Praxiteles, & Cous finxit Apelles,
Suspicient verò seri per secla nepotes
Hæc Menchaca tui monimenta perennia Vasqui,
Hesperia & magnum genitrix iactabit alumnum,
Fœlix prole virum, & celebrata insignibus ausis,
Nam noster Tyberi ausonio contendet Iberus,
Optatasque feret lauros palmasque virentes.

Vos qui Socinum, doctique volumina Mayni
Assidua versare manu, & triuisse soletis
Cum Decio, atque alijs consultis iuris, & æqui:
Menchacæ hoc opus in primis euoluite plenum
Consiliisque scholæ, rebusque forensibus amplum:
Hic docte explicita, & mire sunt publica iura,
Hic obscura nitent, infuso vt sole, tenebræ
Hic nullæ, & plenis exundant omnia riuis.

TELOS.

D. FERNANDI VASQVII PINCIANI MENCHACENSIS IVRISCONSVLTI HISPANI OLIM EX CELEBERRIMO DIVI IACOBI COLLEGIO, HODIE IN SVMMO Dominicæ rei prætorio Senatoris clariss. controuersiarum vsu frequentium libri tres.

*

1 *Regnum quid sit.*
2 *Imperium merum quid sit.*
3 *Imperium non extenditur ad imuriam.*
4 *Princeps iustam appellationem etiam de plenitudine potestatis auferre nequit, & est dubia quæstio.*
5 *Potentia vera quid.*
6 *Nostrum nobis ex causa auferri potest.*
7 *Princeps nostrum nobis sine causa etiam de plenitudine potestatis auferre nequit, & est egregia quæstio.*
7 *Intell. l. Item si verberatum. ff. de rei vend.*
8 *Princeps nostrum nobis etiam iure regio auferre non potest, etiam de plenitudine potestatis.*
9 *Dominium quæsitum per modum ciuilem an de plenitudine potestatis per principem possit nobis auferri?*
10 *Dominium ciuile an reperiatur? & est egregia quæstio.*
11 *Dominium sententia quæsitum, an sine causa de plenitudine potestatis nobis auferri possit egregia quæstio.*
12 *Dominium vile sine causa etiam de plenitudine potestatis auferri nequit contra multos.*
13 *Dominium additione hæreditatis quæsitum sine causa etiam de plenitudine potestatis auferri nequit cum multis contra plures.*
14 *Idem in dominio legati.*
15 *Idem in dominio præscriptione quæsito tum quibusdam contra Decium.*
16 *Idem in dominio quæsito per emphyteusim contra Decium,*
17 *Idem in dominio quæsito per arrogationem.*
18 *Idem in dominio per monachismum quæsito, vel etiam aliter ecclesiæ acquisito.*
19 *Idem in dominio per monachum monasterio quæsito.*
20 *Idem in dominio quæsito per contractu emphyt.*
21 *Idem in adquirendis per modu contractus contra Decium.*
22 *Idem in acquirendis per vltimam volunt. contra Decium,*
23 *Legitimatus hæreditatem alteri delatam non dum agnitam an auferat? egregia quæstio.*
23 *Verosimilia pro dispositis habentur.*
24 *Restitutus à principe an matris hæreditatem alteri delatam capiat? ingens pugna.*
24 *Intell. l. 1. §. filio. ad Tertull. ff.*
25 *Monachus si sit episcopus hæreditatem alteri delatam non dum agnitam aufert, cum multis contra multos.*
26 *Princeps non præsumitur velle nostrum nobis auferre.*
27 *Legitimatus hæreditatem ab alio aditam & possessam an auferat? ingens quæstio.*
28 *Princeps etiam de plenitudine potestatis, non potest egredi contractum.*
29 *Princeps quod legibus solutus sit vt accipiendum.*
30 *Legitimatus hæreditatem ab alio adita, nodum possessam an auferat? & est ingens pugna.*
31 *Intell. l. fi. C. de rep. hab.*
31 *Intell. auth. idem est de Nestorianis.*
32 *Dominium an nobis possit auferri declaratio noua.*
33 *Dominium nobis auferri potest ex causa priuatam vtilitatem respiciente contra plures.*
34 *Dominium sententia quæsitum iure gentium ac quæsitum videri contra plures.*
35 *Legitimatus hæreditatem agnatis delatam tantum, vel etiam aditam seu etiam possessam an auferat?*

CAPVT PRIMVM.

NOn semel animaduerti in causis agendis, quo magis res & negotia frequentia sunt, eo magis ac magis esse controuersia: siue humani generis vitio id fiat, quod ad dissentiendum procliue est, siue impia patronorum auaritia: qui causas non iniustas modo verū desperatas quoq; patrocinio suo (ne lenocinio dicam) reparandas suscipiunt. Sicq; huc atq; illuc

A varia

Universidad de Deusto
Biblioteca

varia eorum respõsa (nostri cõsilia vocant) inter sese pugnantia passim volitare videas, que ius nostrum anceps turbidumque reddunt. Et ideo ad huiusmodi res controuersas, & vsitatas (que vt frequentia, ita & vtilitate reliquas omneis facile superant) scribendas animum appulimus, si forte turbinibus sententiarum inuicem disidentium sedatis, ac compositis, æstu litium laborantibus opem ferre aliqua exparte possemus. Opus igitur nostrum in libros tres diuisum est, quorum singuli & si variarum rerum mistura, quæ vsibus forensibus velitare solent, referti sint: tamen primus ad leges & principes pertinere: alter ad vsus forenses strepitusq; iudiciorum potissimum spectare: vltimus circa contractus quasi contractus: distractusque maxima ex parte versari: conditionumq; naturam quæstionibus quibusdam nõ inamœnis adiunctis describere videntur.

1 Regnum quid.

2 Regnum nihil aliud est, quàm merum imperium, vt docemur à lege. 1. ff. de consti. princip. & tex. in prin. inst. de perp. & temp. act. & vtrobique per doctores communiter, 2. tit. 25. par. 4. & à l. 18. tit. 4. par. 3. vbi notat Gregorius Lupus. Merum autem imperium esse videtur summa potestas vitæ, & necis, dum modo nihil iniuria fiat. vt. dd. ll. & l. imperium. ff. de iurisd. omnium iudicum. Vbi plenè per Bart. post antiquos & Bal. nota. col. 2. Alex. Ias. Purpuratus Alciatus & Nouiores: ibi qui communiter resoluunt: nõ tam ibi meri imperij definitionem quàm exemplum quoddam describi: licet etiam veram definitionem atque consummatam tradi Alciatus non contendat, modo verum receptius quoque esse testetur id quòd aduertit Ioan. Orosius ibi. num. 7. Id autem merum imperium cũ penes populũ antea esset necessitas ipsa coegit, vt ad senatum transuolaret, eiq; reipublicæ cura incumberet: quia non facile populus in vnum conuenire poterat, vel longe frequentius de rebus publicis consultari necesse erat, quàm populus vniuersus conuocari posset. l. 2. §. deinde quia nõ facile. ff. de origi. iuris, quinimo ipsa necessitas seditiõis factionumq; vitãdarum causa impulit, vt reipublicæ cura ab ipso senatu ad vnum principem transferretur. d. l. 2. §. nouissime & ita procedit. l. 1. ff. de consti. prin. §. sed & quòd principi inst. de iure nat. Sicque merum imperium quòd antea penes populum erat, hodie penes imperatores regesue est. Vt quemadmodum dũ penes populum erat nihil aliud esse intelligebatur, quàm summa potestas vitæ & necis, dummodo nihil iniuria fieret: ita & hodie idem sit: nam populus non potuit plus iuris in principem transferre quàm ipse haberet. l. nemo plus. ff. de regu. iur. cap. nemo potest de regu. iur. in. 6. Idque merum imperium ita temperatum ac moderatum esse, vt nihil iniuria fiat, vel ex eo intelligi licet, quòd non nisi ad publicam vtilitatem exerceri potest: Sicque ita definitur, Merum imperium est iurisdictio, quæ iudicis officio nobili vel per accusationem expeditur publicam principaliter vtilitatem respiciens, vt per Soci, in. d. l. imperium. num. 12. Ias. nume. 16. Claudi. col. 5. Purpur. nu. 104. & Orosi. vbi sup. Est tamẽ longe vberius in ipso principe, quàm in suis magistratibus: nã peculiaria fere innũera priuilegia princeps hac in re habet suis magistratibus vtcunq; merum imperium (iuxta. l. 18. titu. 4. part. 3. & doct. in. d. l. imperium) habentibus denegata vt diximus de succesio. crea. §. 26. nume. 1. tradit Iacobinus de feudis verb. princeps, sicque licet iustam appellationem princeps tollere possit.

3 *Imperiũ nõ extenditur ad iniuriã.*

4 De plenitudine potestatis, q̃ ita tenet Bald. in proœmio Gregoriano. nu. 4. Vbi dicit quod in principe est plenitudo potestatis, quod quando aliquid vult ex certa sciẽtia, non potest ei dici, cur ita facis? Idem tenet idem Bald. in præludijs feudorum. nu. 34. & in l. finali. col. 1. C. sententiam rescindi non posse. Specul. in titul. de locato. in. §. nunc ostendendum. versic. 89. est tex. in. c. in memoria. 20. dist. idẽ Bald. ait, in. c. cum super. nu. 1. de causa possessionis & proprietatis,

Princeps in stam appel. etiã de plenitudine potestatis auferre neqt, & est ingẽs pugna.

prietatis, quod princeps ex certa sciẽtia super ius, & contra ius, & extra ius omnia potest: quem sequitur Ias. in. l. 1. nu. 2. ff. de consti. Principum in. l. qui in prouincia. in. §. diuus. ff. de ritu nuptiarum Angel. in. l. item si verberatum. in. §. 1. ff. de rei vendicatione. Vbi dicit, q̃ princeps potest mihi auferre dominũ rei meæ, etiam nulla causa subsistente, idem tenet idem Angelus. in. l. 3. in. §. fi is pro quo. ff. quod quisq; iuris. & in. l. 2. C. de quadriennij præscriptione. Bald. in. l. rescripta. co. fin. C. de precibus imperatori offerendis & in. l. 2. col. 7. C. de seruitutibus & aqua. Decius in consil. 191. nume. 4. & in consi. 198. nu. 2. & in consi. 262. nu. 12. & in consi. 269. num. 7. Barbatius in. c. quæ in ecclesiarum. penulti. colũ. de constitu. & in. 4. vol. cõsiliorum. consil. 64. Curtius Iunior in. consil. 1. nu. 19. Nicolaus Belonius in. d. consi. 2. nu. 7. & Iacobus de Leonardis in consi. 114. nu. 43. inter cõsilia Alberti bruni. Tamen q̃ princeps etiam de plenitudine potestatis hãc iustam appellationem tollere nequeat, & non pauci cõtendunt & nos iustius iurique proximius existimamus: nam vt iam diseruimus, nec reperimus, q̃ princeps plus potestatis habeat, quàm populus habebat, nec populus quicquàm potestatis habuit præter merum imperium quòd suprema (vt diximus) iurisdictio est: iuris autem dictio iniurię dictioni aut illationi contraria est, & iuris præcepta sunt hæc, honeste viuere, alterum non lædere, ius suũ cuiq; tribuere. l. iustitia. ff. de iust. & iure. §. iuris præcepta inst. eod. at si iustam cui appellationem ademeris, & eum læsisse, & ius suum sibi nõ tribuisse, sed denegasse videreris. & ius est ars boni & æqui. l. 1. ff. de iust. & iure. cui talis ademptio plusquã manifeste aduersaretur, neq; ad rẽ pertinet quòd ordinem iudiciorum possit princeps immutare, vt plene p nos de succ. creati. §. 26. nu. 3. cum seq. nam illud verum vel per legem generalem, quę non solum hanc causam, qua de agitur, sed omnes causas comprehẽdat, ne alias ad læsionem, vel æmulationẽ vnius factum videatur contra. l. 1. & 2. ff. de legib. c. erit autẽ lex. 4. distinctione vel id quando fieret ex causa non sine causa præsertim, quia & ipse Deus omnipotens optimus maximus q̃ malum esset facere no posset, posse enim peccare vel malum facere non est potentia, sed potius infirmitas: & impotẽtia à malo abstinendi.

5 Vnde ille solus recte omnipotẽs appellatur, qui malum facere non potest, qui autem malum facere posset, is omnipotens nec esset, nec recte nominaretur secũdũ Augustinum. vt in. c. principium. §. charitas de pœnit. distinct. 2. Fulgosius consilio. 61. domina Catherina. col. pe. Curtius senior cõsil. 73. col. 29. quasi plenitudo potestatis in sola dispositione bonitatis, nõ etiam prauitatis inesse videatur: vt per Aymonẽ de antiq. part. 1. vers. non omitto. nu. 3. vnde si quãdo princeps ad malum plenitudine potestatis vteretur non tam potestatis quàm tempestatis plenitudine vsus, aut abvsus diceretur ita cardinal. in clem. pastoralis de re iudi. Socinus consi. 120. col. pe. in. fi. quem refert Aymon vbi suprà qui alios allegat. Nam & quotiens princeps ait vti se plenitudine potestatis, intelligẽdus est de potestate bona ac laudabili non de mala aut vituperabili seu tyrãnica Bald. cõsi. 345. ad euidentiam col. 2. lib. 1. idẽ Bald. consil. 316. rex Romanorum col. 2. eod. lib. 1. vnde conditio turpis non dicitur esse potestatiua. l. filius. ff. de condi. inst. vtcunq; impletu facillima sit vt ibi ad idẽ in simili. l. nepos proculo. ff. de verborum signi. itaq; iustam tollere defensionem seu appellationem princeps minime poterit de plenitudine potestatis, non magis quàm de potestate ordinaria, q̃ intelligẽdum nisi per modum legis generalis. Tunc enim nõ videretur iustam abstuliisse appellationem sed magis ociosam, & nociuam rem a republica remotã voluisse. arg. l. 1. ff. de appel. Nam vt rerum vsus edocuit vsus appellandi, & si ad iustitiam consequendam non raro vtilis & æquus sit, tamen si cũ vexationibus molestiis & impedimen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis quæ litibus fiunt,id bonum conferatur nõ bonum sed teterrimum malum ac pernicioſum reputandum eſt. Item intellige niſi ex cauſa appellatio in cau ſa aliqua, vel cauſis particularibus ſub moueretur, vt iã diximus, & dicemus. tertio intellige niſi ante latam primam ſententiam Princeps iuberet aliquam cauſam prima ſententia finiri ac vnicã: id enim cum par ſit vtriq; litigatorum, neuter eorum iuſtã quærelã hac de re mouere poſſet,& p hoc magis accederemus ad ius antiquum,gentium,& naturale:quo iure vſus multiplicis geminęq; ſententiæ inuentus nõ erat.& quo antiquus, eo melius reputatur.arg.l.vni. in prin.iũcta ſua glo.C.de cad.toll.facit l.fi.ff.de fide inſtru.idq; vſibus receptiſſimum eſt,cum quotidie tam pontifex ſummus, quàm reliqui principes ſoleãt committere cauſas decidendas appellatione remota, id q̃ pro libito voluntatis(vt nobis videtur)facere poſſunt:vel ſaltem hac in re non magna cauſa exigenda eſt.

6 *Noſtrũ nobis ex cauſa auferri poſeſt cum cõmuni opi.*

Quid autem in dominio rerum noſtrarum, & quidẽ nobis poſſe per principem auferri iuſta ex cauſa, cõmunis op. eſt, quam tenent glo.Bart.Paul.Iaſ. & omnes ibi in.l.reſcripta.C.de precibus imperatori offerendis, & cõmuniter doct.in.l.nec dãnoſa eod.tit. & in.l. fi.C.ſi contra ius vel vtilit.publ. Decius in.c.quę in eccleſiarum.nu.19.cum ſeq. de conſtit.idem Decius conſ.191.nu.4. Bal.in.d.l.reſcripta co.fi.Emanuel Acoſta in.l. gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de lib.& poſt. part.1. pagina.74. cum ſeq. Decius conſ.198.nu.2.idem Decius cõſ. 262. nu.12. Aymon de anti. temporum part.1.in pri.n. 49.Barbarius in.d.c.quæ in eccleſiarum col.pe. Decius conſilio. 269.nu.7.idem Decius.n3.in.l.id quòd noſtrum.ff.de regulis iur.Ang.in.l.item ſi uerberatum.§.1.ff.de rei vendi. Bart. & alij in proœmio.ff. veteris. Alex.in.l. cum næredes in prin.ff.de acq.poſſ. Iaſ. in.l.fi.C.ſi contra ius vel.vtil.Iaſ.conſ.1. col.7.lib.1.idem con.127.col.3.lib.4.

7 *Princeps no*

Sed an etiam ſine cauſa poſsit de plenitudine poteſtatis rerum noſtrarũ dominium nobis auferre princeps,& ſunt qui teneant nõ poſſe,ita plene reſoluũt glo.in.d.l.fi.C.ſi contra ius vel vtili.publicam.& ibi Iaſ.col.1.Alex.cõſ.93.li.4. idem conſ.136.lib.1.col.1.poſt alios Bar. in proœmio.ff.veteris.Aymõ de antiq. par.1.in prin. nu.49.idem conſ.7.col.3. idem Aymon conſil.103.col.1.idem cõ ſilio.135.col.5.per Decium in.d.c.quę in eccleſiarum.nu. 25. Nicolaus Belonius conſ.2. Loazes in tract. matrimonij regis Angliæ dubitatione.2.in reſponſione ad argumẽta partis ſecundę. Felinus in.d.c.quę in eccleſiarũ.nu.26. verſ.tertio quæro. Archi. & dominicus in.c.ius ciuile.1.diſt.Innocentius in.c. quia plerique col.fi.de immuni. eccleſiarũ. Card. conſ.147.dominus noſter papa Dominicus in.c.1.col.3.de ſummã Trini.lib.6. Abba.& alij in.d.c.quæ in eccleſiarum Bar.in.l.1.ad fi.ff.de conſt.prin.glo.Bar. & alij in.l.venia. C. de in ius vocando. Dñicus.in.c.authoritate de priuilegi.li. 6.Bal.in.l.fi teſtamentum.C.de teſtam. Angelus Aretinus.in.l.ſi conſtat. ff. de appel. & Bart.in.l.Iubemus nullam. C. de ſacra.eccleſi.glo.pe. & ibi. doct.in.l. Barbarius.ff.de offic.præt. tradunt nouiores in.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure. tenet Greg.Lupus.in.l.2.tit.1.part.2.idẽ Lupus in.l.31.titu.18.part.3.idem Greg. Lupus in.l.53.ti.5.par.5.And. de Iſernia. ti.quę ſint regalia par.monetę ad fi.Archi.in.c.p principalẽ.9.q.3.And.Iſernia vbi ſuprà.verb.flumina.Io. Oroſsius.in. leg.q̃ princ.nu.17.ff.de conſt.prin. Zain.l.princeps col.2.ff.de legibus Hypolitus in.l.vn.nume.96. C.de raptu virgi. Bar.in extrauag.ad repri.verb.totius orbis.Alex.in princ.conſt.ff. idem Alexã. in rub.ff.ſi cer.pet.eſt cõmunis opi.ſcilicet Feli.in.d.c. quæ in eccleſia.num.33. cõmunis ſecũdũ Fulgo.in.l.fi.c.ſi cõtra ius vel vtil.pub. Cõtrariam partem vt etiam ſine cauſa poſsit princeps rẽ noſtram nobis auferre tenet Ange.in.d.l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. vbi ait,q̃ qui contrarium dicunt, mentiuntur,ſequitur Decius cõſ.191. in cauſa,quæ agitatur.nu.4.Ang.in.l. 2. C. de quadri.preſcrip.idem Ang.in.l.3.§.ſi is pro

ſtrum nobis auferre ſine cauſanõ põt etiã de plenitudine poteſtatis,et eſt anceps pugna.

pro quo.ff.quòd quiſq; iuris & alij quã plures relati per And.ſiculum conſ.64. col.pe.lib.4.idem And.ſiculus in.d.cap. quę in eccleſiarũ col.pe. Bal.in.l.reſcripta col.fi.verſ.tertio quęritur.C. de precibus imperatori offer. Idem Bal.in.l.2. col.7.verſ.item nota q̃ ſi papa.C.de ſeruit.Decius conſ.198.& pro tenui facultate.nu.2.idem Decius conſ.269.conſultus ab illuſtri.nu.10.ſentit idem Decius in.c.quæ in eccleſiarum de conſt.nu.25. idem Decius conſ.262.in cauſa magnifici.nu.12.Albericus in.1.conſt. ff. col.5. idem Alberi.in.l.quoties col.3.C.de precib.imper.offe.Romanus cõſ. 30. Greg. Lupus in.l.2.titu.1.par.2.verb.Buen cabio.Bal.in.l.2.C.de quadr.præſc.

Et licet ex relatione authorũ ſuprà facta harum opinionum vtraq; ſatis recepta videatur,tamẽ receptior vtra earum ſit, incertum eſt mihi: licet priorẽ partem longe & iuſtiorem,& in pũcto iuris veriorem exiſtimemus.vt ſine cauſa etiam de plenitudine poteſtatis nequeat princeps noſtrum nobis auferre q̃ in primis probatur,vt iã diſſeruimus: eo quòd princeps cuius ſumma poteſtas eſt, iniuriũ nihil facere poteſt. Nec dubium eſt,quin iniurium ſit noſtrum nobis ſine iuſta cauſa auferre, & quęrere legem, vbi naturaliter ſentimus nihil aliud eſt,ſecũdũ philoſophũ, quàm infirmitas intellectus:& regnum nihil aliud eſt quàm ſumma iuris dictio.& nihil magis contrarium eſt iuriſdictioni, quàm iniuriæ illatio. l. meminerint. C. vnde vi id quòd & patet ad ſenſum, & ſuprà edocti ſumus. Neq; ad rem pertinet tex.in.l.item ſi verberatum. §.1.ff. de rei vẽdicatione.Nam ille tex. loquitur quãdo noſtrum nobis ablatum fuit neceſsitatis,aut publicę vtilitatis cauſa: cum reſpublica Romanorum tot bella ſuſtineret,tantaſq; copias aleret, non ciuium Romanorũ modo, ſed etiam auxiliariorum & euocatorum alienarum regionum militũ, & bello quolibet finito neceſſum eſſet agros aſsignare militibus, vnde victum quęrere poſſent, ne irruptiões, incurſus, prędas, rapinas ad internecionem vſq; in rem publicam

Intell.l. itẽ ſi verberatum. ff. de rei vend.

facerẽt Romanorum: atrociſsimaſque violentias in reliquas (de more) Romanæ ditionis vrbes inferrent: neue omnia conturbarẽt diuina humanaq; iura miſcerent. Ad talem ergo conſignationem neceſſarium ac ineuitabile erat,vt aliquando ex publicis, aliquãdo ex priuatorũ agris militibus fieret ſatis. Atq; ordinarium eſt leges trãſgredi publice vtilitatis cauſa,auth.res quæ. C. cõmunia de lega. idem & facilius vrgẽte publica neceſsitate.l.vt gradatim.§.1.ff.de muneribus & honoribus. l. vni.in prin. C. de cad.toll.l.ſi fideiuſſor. §. qui neceſſariam.ff. qui ſatiſdare cogantur:vbi in ſimili multa per Iaſ. Sic quæ iurecõſultus in.d.l.item ſi verberatum ſecurus atq; incautus quaſi rem indubitatã ac vſitatam proponeret, loquitur de agro nobis ablato vt militibus aſsignaretur:id que paſsim apud Liuium, Appianum Alexandrinũ,& alios inuenies. Nec ſimiliter quẽquàm mouere debet.l.2.§.ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico. Vbi quis impetrauit à principe, ut in loco publico liceret ei ædificare, & lex ait illam conceſsionem in re dubia intelligendam ſine incõmodo & læſione alterius. Cęterum ſi conſtet principẽ voluiſſe vti ædificare liceret etiã, cum incommodo alterius, adhuc vtilis eſſet cõceſsio,& nõ iniuria:quia quemadmodum in area mea poſſum ædificare, etiãſi per hoc officiatur vicino,quia nemini facit iniuriã qui vtitur iure ſuo l.altius.C. de ſeruit. Nã in re ſua quiſq; arbiter eſt,& moderator.C. mãd.l.in re mãdata etiam abutendo.l. ſed & ſi lege §.conſuluit.ff.de pet. hęre.Ita & facilius poteſt in publico ſolo reſpublica, vel princeps,vel etiã priuatus de cõceſsione principis, vel reipublicę ædificare, vel cum incõmodo alterius quia vtitur iure ſuo vel ſibi rite & recte conceſſo, ſicque nemini videtur iniuriam feciſſe. Neq; ſimiliter ad rem pertinuit. l. quominus.ff.de flumini. ibi niſi imperator aut ſenatus vetet.Nam licet aquam ducere è flumine publico cuiq; liceat.l.fluminum in prin.ff.de dãno infecto.§.flumina &.§.ripparum. inſti.de rerum diuiſione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uisione. Tamen id Imperator, aut senatus vetare & potest, & solet: vel q̃ flumen esset nauigabile vel alia quauis ratione, vt ibi: & illud impedimẽtum tũc non sit vni aut alteri sed omnibus conciuibus, sicq; id prẽceptum cõmune est & iustum iuxta. l. 1. &. 2. ff. de legibus. c. erit autẽ lex. 4. distinctione. Nos autem loquimur, quando meũ mihi aufertur, reliquis autem non ita. Deniq; ad legẽ 2. &. l. bene à Zenone de quadri. prẽscri. C. respondẽ peculiare esse principis priuilegium datum sibi à lege, prout ei dedit alia plura quam. 60. priuilegia, quæ enumerantur per nos, de succes. creati. §. 26. nu. 3. cum sequen. & per Iacobi. de feudis verb. princeps. Sed illud factum fuit per modum legis vniuersalis comprehendentis omnes subditos, nõ autẽ vnum aut alterum tantum, sic q; est iuxta. d. l. 1. &. 2. ff. de legi. &. d. c. erit autem lex. Vnde nõ pertinet ad nostram quẽstionem, & illud priuilegium non fuit fisco sine iusta causa concessum, tum q̃ procurator fiscalis facilius rem, causam q; defendet, quàm ille priuatus, qui rẽ illam à principe meruit tunc etiam, q̃ si res illa re vera erat aliena, semper fiscus est idoneus, ad tantũdem domino prẽstandum: q̃ non est in priuatis alienantibus. Vnde tutior regressus est ad fiscũ, quàm foret ad priuatum alienantẽ. Tũ etiam quia regali magistrati indecens, ac indecorum esset suam cõcessionem non esse mansuram. c. decet de reg. iuris lib. 6. Sic q; illa iura meruerunt ad hanc cõclusionem allegari. ad. l. si priuatus. ff. qui & à quibus quam Angelus in. d. l. itẽ si verberatum ad hanc suam opi. allegat resp. q̃ potius nostram quàm suam partem tuetur, idem q;, quo ad alia iura ab ipso allegata: quorum confutationem quasi ociosam rem consulto prætermittimus.

8 Et tandem hæc pars iure regio expedita est. vt in. l. 2. titu. 1. par. 2. &. l. 31. ti. 18. par. 3. &. l. 52. ti. 5. part. 5. quę leges paritarum, cum non tam ius nouum constituere, quàm illud q̃ iam constitutum erat interpretari, detegere, ac declarare intenderint, supereſt, vt illæ leges

Princeps nostrum nobis auferre nequit iure regio, etiã de plenitudine potestatis.

nostram partem veriorem esse, etiam de iure cõmuni, ostẽdant, earumq; sensus & interpretatio authoritates doctorum contrariam partem defendẽtium facile superabunt.

9 Hactenus de Dominio quæsito iure naturali, vel gẽtium, quid autem in dominio quęsito iure ciuili? Nam cum ciuilia iura facilius tollantur, quàm naturalia. §. sed naturalia quidẽ iura. inst. de iure nat. l. eas causas. ff. de ca. dimi. aliud videtur dicendum, qua in re sciendum est, quòd licet glos. Paulus Castren. & 10 alij non pauci in. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure: tenuerint dominiorũ aliud esse naturale, aliud ciuile, tñ cõmunis op. est vnicũ esse dominiũ. s. naturale, licet plures sint modi dominij acquirendi: alij naturales, alij ciuiles: ita resoluũt Alex. & alij in. l. cũ hæredes in prin. ff. de acq. poss. & ait ab omnibus ita teneri Ioannes Orosius in. l. ex hoc iure. nu. 20. ff. de iust. & iure, post Ias. & alios ibi: sed Decius firmat esse cõmunem op. vt dominiũ sit ciuile, vt per eũ in. d. c. quæ in ecclesiarũ. nu. 26. vers. quintus casus de consti. Ego existimo dominium in cõmuni fuisse de iure naturali, vel de iure gẽtium primęuo, q̃ cum ipso humano genere simul proditum fuit: vt probatur in sacra pagina ibi, Omnia subiecisti sub pedibus eius, & c. Sed dominium in particulari longe postea in vsu esse cœpit, & vt verosimile est, non simul ab omnium prouinciarũ gentibus, sed primũ per vnius, deinde p̃ alterius regiõis gentem receptum esset, idq; successiuis vicibus atq; tẽporibus: sed quia is vsus serpit, & propagatus fuit in orbem vniuersum, dictũ est (& recte) iuris gentiũ esse secundarij tamen, nõ primęui: vt in lib. de succ. cre. plenius diſſeruimus. Id autem dominiũ in particulari aliquãdo quęritur per modos naturales, aliqñ per modos ciuiles, vt in dictis locis habet: sed an in quibus casibus quæritur, per modum ciuilẽ dicatur dominiũ ciuile? sunt contrarietates prædictæ, nam alij putant dici dominiũ naturale ciuili modo quæsitum, alij autẽ ipsum dominiũ contendunt esse ciuile, quasi iuris ciuilis

Dominium quæsitũ per modũ ciuilẽ an de plenitudine potestatis possit nobis auferri? dubia pugna.

Dominiũ ciuile an sit? anceps controuersia.

lis non etiam naturalis inuentum quod piam. Sed hanc quęstionem de nomine alijs ociosis relinquamus. Eo de effectu videndum est, an per principem sine causa tale ciuile dominiũ, iam etiam quæsitum, possit auferri? & sunt qui putant posse: ita Decius cons. 269. nu. 7. idẽ Decius cons. 202. nu. 2. idẽ Decius in. c. quæ in ecclesiarũ de consti. nu. 26. Bal. in. l. si. col. 2. C. sententiam rescindi non posse. Angelus in. l. lucius. ff. de euicti. Paulus in. l. cũ hæredes in pri. ff. de acq. poss. idẽ Paulus in. l. col. 1. ff. de testam. Bal. in. c. 1. §. dño guerram in prin. col. pe. tit. hic finitur lex corr. Alex. cons. 2. viso col. 9. li. 1. & hanc dicit cõmunem Decius in. d. c. quæ in ecclesiarũ. nu. 26. vers. quintus casus. Abb. cõs. 84. videtur pri. li. 1. sequitur, & dicit cõmunem op. Alex. in. l. gallus. §. & quid si tm̃. n. 27. ff. de li. & posth.

Sed licet hæc opi. affirmatiua sit ex mente, & sententia etiam omniũ eorũ, qui tenuerunt dominiũ per principem posse nobis auferri, etiam sine causa de plenitudine potestatis: tñ verosimillimũ est contrarium respõsuros omnes illos, quos diximus tenuisse dominium sine causa etiam de plenitudine potestatis nõ posse nobis auferri. Nam, eorum nullus fere distinguit inter dominium quæsitum ciuiliter, & dñium quęsitum naturaliter, & etiã quæsitũ ciuiliter nõ posse de plenitudine potestatis nobis auferri, & ęquius est & iuri lõge proximius, nam vt iam diſſeruimus principibus à populo dominiũ orbis (. 1. iurisdictionem summã) datum fuit: singulorũ autem dominiũ datum non fuit. Et cũ iniquius nihil esse possit quàm nostrum nobis auferri sine causa, nihil q; magis contrarium pugnans, aduersum intentioni concedentis, (hoc est populi qui talem iurisdictionẽ principi concesit) qui vt sibi consuleret nõ, vt se internecioni, aut excidio traderet principi cõmisit sese, vt ex superioribus docemur. Certe ineptire videretur, q̃ sub tali cõcessione hanc vim aut violentiam, iniuriã, iniquitatem, tyrãnidẽ ablatiuam comprehensam fuisse existimaret, cum in generali cõcessione non veniant ea,

quæ quis verosimiliter cõcessurus non fuisset aut foret. l. mater decedens. ff. de mos. testa. l. obligatione generali. ff. de pignor. quinimo etiã si à populo id nominatim concessum foret, talis concessio non valeret, quasi occasionẽ iniquitatis non dubiam aut occultam præberet. arg. l. conuenire. ff. de pactis dotalibus. l. iuris gentium. §. si vt maleficiũ. ff. de pact. titu. ge. l. si plagij. ff. de verb. obl. cum simi. Nec quicquàm refert vtrum tale dominium, q̃ sic ablatum fuisset ciuiliter, an naturaliter quæsitum esset, nã quocunq; modo quęsitum esset, par eadem q; iustitia esset illud auferre, nam in singulis regionibus ac varijs varia iura obseruantur, & rerum quęrendarum non possunt non esse varij modi ac mores in varijs regionibus, vt patebit ad sensum cuiq;, qui modo non sit rerum omnino inexpertus. Quid ergo interest hoc an illo modo, aut lege, moribusue istius aut illius ciuitatis aliqd quęsierim, quo ad hoc, vt id mihi possit auferri sine causa, vt cõtrariũ cõtẽdẽtes imaginẽ villissimę ac turpissimę seruitutis ciuibus nõ dubie inferre videãtur, facit tex. in pri. inst. de oblig. ibi scdm̃ nostrę ciuitatis iura. vbi q̃ ius in quaq; regione receptũ fuerit: id ius & ęquum videtur.

11 Qua etiam ratione ex nostra opinione plane deducitur, dominiũ nobis per sententiam quæsitum minime posse nobis per principem, etiam de plenitudine potestatis auferri, non magis quàm si alio quouis modo quæsitum foret, licet contrarium & minus recte tenuerint Decius cõs. 202. nu. 2. idem Decius consilio. 209. nume. 10. idem Decius in. d. c. quæ in ecclesiarum. nu. 26. de cõst. Abb. cons. 84. videtur. 1. lib. 1. Bal. in. l. si. c. sententiam resci. non posse. Ias. cons. 1. col. 7. lib. 1. idem Ias. cons. 127. col. 3. li. 4. Sed nostram sententiã defendit Aymõ de antiq. tẽporum part. 1. in prin. nu. 49. idẽ Cravetus cons. 7. col. 3. in. fi. & cons. 103. col. 1. & consil. 135. col. 5. & cons. 162. col. 2. Neq; ad rem pertinuit vt iam docemur ciuiliter an naturaliter id ius seu dominium quęsitum esset, præterea nõ iniuste defendi posset ius seu dominiũ

Dñium sententia quæsitum nobis sine causa etiã de plenitudine potestatis nõ auferri cũ quibusd. cõtra plures.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententia quæsitum non ciuili tantum iure,sed etiam gentium iure quæsitum videri:nam reges olim ante iura ciuilia scriptis condita lites & dirimebant ac componebant, & eas executioni mandare liberum erat.l.2.ad pri.ff.de origi. iuris:idq; vniforme fere videbatur omnibus in populis,qui legibus, aut moribus regebantur,ergo,&c.vt in.l.omnes populi.ff.de iust.& iure.§.ius autem gẽtium inst.de iure nat. gentium & ciuili.

12 *Dñium vtile auferri nõ põt sine causa etiã de plenitudine potestatis cõtra plures.*

Deinde ex nostra opinione, infertur dominium vtile nobis per principẽ de potestatis etiam plenitudine auferri nõ posse, non magis q̃ directum, si modo causa auferendi nulla interfuit. Nam vtrobiq; par iniquitas esset, quæ extra principis potestatẽ est: nec dubium est quin varijs in prouincijs varijs modis iura quærantur,sed quomodo ius quęsitum fuerit nõ refert,si modo legitime (r.secũdũ leges aut mores huius regionis vbi lis agit) quæsitum fuerit, nam id nobis per principem sine causa auferri non posset,& dominium nihil aliud est quàm quoddam ius.l.fi.vers. quid ergo C.de de longi temporis prescriptione. vnde in rebus incorporeis (qualis est vsusfructus cadit dominium non secus quàm in corporalibus vt in.l.qui vsumfructum. ff. si vsusfructus petatur,vnde vt non fit differentia inter ius proprietatis aut vsusfructus quo ad hãc ademptionis materiam,non quoq; fieri deberet inter vtile aut directum dominium. Agnosco tamen contrarium in specie, & non recte, vt nobis videtur tenuisse Decium cons.269. nu.7. vbi firmat dominium vtile sine causa per principem nobis de plenitudine potestatis posse auferri,ꝙ & tenet in.d.c. quæ in ecclesiarum.nu.26.idem Decius plures allegans.nu.13.in cons.588.viso puncto.

13 *Dominium a ditiõe hæreditatis quæsitũ sine causa, nequit auferri etiam de plenitudine*

Tertio infertur, idem esse in dominio quæsito ex causa hæreditaria hoc est per additionem hæreditatis, ꝙ nobis nõ magis auferri potest per principem etiam de plenitudine potestatis nulla causa interueniẽte quàm si alio quouis modo quæsitum legitime fuisset, licet contrariũ & minus scite tenuerit Decius cons.269.nu.10.sic q; cõtrarium tenet Crauetus vbi suprà de antiq.temporum part.1.in prin.nu.49. & in plerisq; eorum suorum consiliorum quę suprà retulimus,qua de re per Carolum Ruinum & Lancelotum galiaulam,& Ioãnem Crotum in.l.gallus.§.& quid si tantum ad finem.ff.de li.& posth.& vi.infra in.12.illatione. *potesta. cũ multis contra plures.*

14 *Idem in dominio legati.*

Quarto infertur idem esse in dominio quæsito titulo legati:nã & hic eãdẽ esse rationem nullus modo sanus abnegabit,& forte is titulus vt veterior iuxta.l.verbis legis.ff.de verb.sig.ita & iustior videri poterit.arg. gl. app. in prin. C.de cad.toll.dum ait, Antiquum ergo bonum.

15 *Idem in dominio præscriptione quæsito cõtra Deciũ cum alijs.*

Quinto infertur idem fore in dominio quæsito prescriptione nam licet id iure magis ciuili quàm naturali quęsitũ videatur glosa app. cõmuniter in. l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure:tñ per principem nobis sine causa auferri nõ magis poterit, quàm si per modũ naturalem quæsitum esset.Ita Aymon vbi suprà.n. 49. & in nonnullis eorum consiliorum quę iam retulimus licet contrarium, & minus recte vt nobis videtur tenuerit Decius in.d.c. quæ in ecclesiarũ.nu.26.

16 *Idem in dominio quæsito per emphyteusim contra Decium.*

Sexto infertur idẽ fore in dominio quæsito ex causa emphiteusi, nam licet illud vtile tantũ intelligatur, adhuc tamen nobis per principem auferri sine causa non poterit,non magis quàm directum : nam vtrobiq; eadem ratio est licet contrariũ,& minus recte tenuerit Decius cõs.269.nu.7.vbi plures allegat: sed nostra opi. videtur exmẽte eorum quorum cõmunem sentẽtiam in principali articulo tuemur.

17 *Idem in dominio quæsito per arrogationem.*

Sexto, infertur idem fore in dominio quæsito per arrogationis interuentum,nam licet is modus quærendi à lege ciuili non etiam naturali inuẽtus sit, adhuc tamen nobis per principem auferri non poterit sine causa, non magis quàm si ratione aut lege quadam naturali,is quęrendi modus inuentus fuisset: & ita intelligo titulum insti. de acq.per arrogati.& quæ traduntur per glo. Bar. & nouiss.in.l.si arrogator.ff.de adop.licet

cet verosimillimum sit, ꝙ cõtrarium in hoc Decius & alij suprà relati responsuri essent,sed ij quorũ sententiam tuemur in principali articulo idẽ & in hoc responderent,quòd nos attigimus.

18 *Idem in dominio quæsito per monachismũ vel ecclesiæ sine traditione.*

Octauo, infertur idem fore in dominio quęsito monasterio citra interuentum traditionis, idem q; in qualiber ecclesia,cui sine traditione dominium acquiritur,iuxta.l.fi.C.de sac.eccl.qui modus acquirendi longe distat à naturali acquisitione arg.l.1. in princi.ff. de acq. poss.ibi dominium quæ ex naturali possessione cœpisse:nam & tale dominiũ nobis non poterit per principem sine causa adimi per eandem rationem, & ita intelligo.l.f.C.de sac.eccles.

19 *Idem in dominio quæsito per monachũ monasterio.*

Nono, infertur idem fore in dominio, quòd monasterio per monachum acquiritur., siue per ipsius monachismi interuentum,siue postea,nam licet ciuiliter non etiam naturaliter quæsitũ, intelligatur,auth. ingressi & authẽ.si qua mulier de sacr.eccl.&. c.in præsentia de probati.tamẽ id per principem siue ecclesiasticum, siue secularem non magis auferri potest,quam si ex naturali possessione id dominium quęsitum fuisset.

20 *Idem in dominio quæsito cõtractu emphi.*

Decimo, infertur idem fore in jure quęsito per contractum emphiteoticũ. vt per totum.C.de iure emphi. §. adeo inst.de locatiõe & cõductione id enim ius sine causa nobis per principem auferri non potest,non magis quàm si iure gentium quęsitũ foret:licet & in hoc contrarium voluerit Decius cons. 269. nu.7.sed idem quòd nos verosimile est respõsuros eos,quorũ op.secuti sumus.

21 *Idem in dominio quærendo ex causa contractus cõtra Deciũ.*

Vndecimo,infertur idem fore in iure quærendo, quòd nobis per principẽ sine causa auferri non potest, nõ magis quàm ius quęsitum:nam si mihi sub cõditione si nauis venerit donasti, vendidisti, locasti, dotis nomine promisisti, aut quouis alio titulo inter viuos cõcessisti:etiam pendente conditione nõ video vt id ius cõditionale nobis sine iniuria princeps cessante iusta causa auferre possit. Quinimo nec posset etiam si ex causa vltimę vol.id ius quærẽdum proficisceretur : puta quia sub cõditione

22 *Idem in dominio quærendo per vlt.vol. cõ Decium.*

ne legatum mihi relictum mortuo testatore conditione adhuc pendente, id mihi adẽptum princeps sine causa voluit,id enim iniurium esse nullus negabit:ergo egredi terminos potẽtiæ principalis similiter certum etit.licet in vtroq; contrarium voluerit Decius cõs. 269. nu. 8. idem Decius consil.588.viso puncto.nu.15.

23 *Legitimatus an hæreditatẽ alteri delatã nondum agnitam auferat:inges pugna.*

Duodecimo,hinc apparebit quid nã respondendum sit in quæstione illa, an princeps possit quem legitimum facere in pręiudicium eorum, qui iam hęreditatem adierant, qua in re sunt tres inspectiones:prima post mortem eius de successione cuius agitur , ante eius hæreditatem aditam & possessionem apprehensam, altera post aditam hæreditatem & etiam apprehẽsam possessionem, tertia post aditam hæreditatem possessionem tamen nondum apprehẽsam. Quo ad primum articulum,cũ hęreditas non est quæsita,nec eius possessio apprehensa cõmunis opi.est principem posse quem legitimum facere in præiudicium eorũ, qui cessante illa legitimatiõe,ad eam hæreditatẽ à lege inuitabantur,ita tenent Barto.in.l.gallus.§. & quid si tantum prope finem. ff. de li. & posth.Sequitur,& dicit esse cõmunẽ op.Emanuel acosta ibi part.2.n.177.vbi ita tenet Alex.nu.26.Bal.in.l.2.C.de iuris & facti.ignor.Bal.in.l.1.in fi.C.de iure aure.annullorum.idem in.l.deo nobis ad fi.C.de episcopis & cleri.idẽ Bal. in.l.rescripta ad fi.C.de precibus imperatori offere.idem in.l.nam ita diuus.ff. de adop.Paulus castrẽsis in.d.§. & quid si tantum, & ibi Lãcelotus galiaula. nu. 90.sequitur & dicit esse cõmunem op. ibi Carolus ruinus col.fi.nu.129.est cõmunis op.secundũ Ias. ibi.nu.48.Paulus & Aretinus in.l.3.ff.de testa.idem Paulus in.l.cum hęredes in princ. vbi etiam Alex.ff.de acq.poss.

Cõtrariam partem tenet Fortunius in.d.§.& quid si tantum nu.185. cum pl. seq.& secundum Acostã vbi suprà nullus alius contrarium tenuit,sed certe etiam Ias.vbi suprà cõtrarium tentat, & apertius Bal.& Angelus in.d. §. & quid si tantũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

si tantum Ioa.And.ad spec.de succ.ibi. in rubrica & alij quos refert Alex.in.d. §.& quid si tantum nu.26.

Quid dicendum, & certe pro hac secũda opinione facit nostra opinio, quã prosequimur, dum disseruimus principem etiã de plenitudine potestatis ius nostrum nobis sine causa adimere non posse, etiam si sit ius quærendum, sed in specie nostra est ius quærendum ergo, &c. Sed respondeo nihil obesse, nam ex causa ius nostrum nobis auferre posset, etiam si esset quæsitum nedum quęrendum, vt supra receptissimum esse diximus, sed in specie proposita adest causa non iusta modo, verum etiam iustissima, est enim peculiare priuilegium principis à lege sibi concessum, vt possit legitimare naturales vel spurios vt per totum in auth.quibus modis naturales efficiantur sui & per totũ quibus modis natur.efficiantur legitimi: sed nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo. l. in re mandata. C.mand.& re. ac iure suo quisq; potest non vti modo, verum etiam abuti.l.fed & si leg.§.consuluit.ff. de peti.her.cum ergo princeps spurium legitimat, vtitur re ac iure suo, vnde nemini videtur iniuriam fecisse, licet per hoc alterius vtilitas cesset. Quid enim si libuit mihi syluam meã cædere cuius amœnitate vicini delectabant? Quid si pratũ araui, vbi vicinorũ peccora pascebãtur gratis? certe in his speciebus, & similibus dãnũ vicinorũ nec cõsiderabile est, nec si esset cõsiderabile mihi vlli impedimẽto esse põt, quo minꝰ re mea ac iure meo liberrime vtar. Aliter enim nulli fere fas esset re aut iure suo libere vti, raro enim deessent qui causarentur ex illa vtendi libera facultate sese lęsos, id quòd perniciosissimum esset, & sic libertas hominũ & rerum oneraretur, ac impediretur, præsertim, quia quòd principaliter agitur inspiciendum est, non quòd venit in consequentiam. ff. si cer.pet. l. si quis nec causam: princeps enim cum quem legitimũ facit id principaliter agit, vt beneficio ac gratia legitimatũ afficiat, non vt alteri obsit & licet in consequentiam noceat præsertim in iure quærẽdo in cõsideratiõe nõ est, neq; ad rẽ ptinere debet, qꝺ hæreditas iã esset delata. vt in. l. delata. ff. de ẏb. sig. qꝺ ius princeps auferẽdo quasi iniurius videatur, nã imo nõ videt, qa in specie proposita illud ius adeũdi quasi sub hac cõditione resolutiua delatũ videt, nisi prĩceps legitimũ faciat eũ, qꝺ re vera proximior erat illi, cuius de successiõe agitur, quàm sit is agnatus, qui eum excludere volebat. Et vitium illegitimitatis quo lex posituua illum spurium afecit, eadem lex voluit posse purgari ac remoueri id impedimentum ex principis indulgentia, quo remoto, iã ille proximior reperitur, sicq; præferendus remotiori est. Neque ad rem pertinet qꝺ ille qui proximior ante talem legitimationem erat, quasi inuitatus tacite ab eo cuius de successione agitur, videatur, arg.l.conficiuntur.ff.de iure codicillorum.l. 1.§.fi.ff.de lega.3. vnde quòd post mortẽ eius cuius de hæreditate agitur, legitimatus præferatur ei, qui ꝓximior antea erat: videtur esse cõtra vol. defuncti, qui non cogitauit nec voluit hæreditatem suam ad legitimatum pertinere, aut peruenire, sed tantũ ad legitimũ. sed respon. fateor quòd defunctus non cogitauit hæreditatem suam peruentu ram ad legitimatum, quia quæ pendent à sola principis voluntate, fere impossibilia reputantur. l. apud Iulianũ. §. cõstat. ff. de lega. 1. at si id futurum defunctus crederet, verosimillimum est desideraturum, vt sua hæreditas ad talẽ proximiorem iam capacem effectum potius peruenire, quàm ad agnatum remotiorem arg.d.l.conficiuntur &.d.l.1. §.fi. vt sic illa iura pro cõtraria parte adducta ad nostram partem tuendam reflectantur, prẹsertim. arg.l.3. C.de in of. testam. vbi mater filios quos tempore testamenti habebat hęredes instituit, & in puerperio alterius filij præteriti decesit: & licet nec eum nominatim hæredem scripsit, nec etiam tacite, quia de eo non cogitauit, tamẽ, quia si de eo cogitaret verosimillimum erat eum non secus quàm reliquos filios hæredẽ materna pietate facturã, ideo perinde habetur,

betur, ac si re vera id fecisset: quãdo quidem iusto impedimento mortis præuẽta id facere nequiuit. Sic ergo & in proposito defunctus credendus est eũ spurium sibi proximiorem honore affectu rum, potius quàm remotiorẽ agnatũ, si cogitasset legitimũ eum futurum, sicq; ille antea illegitimus modo autem legitimus effectus non videtur huius defuncti voluntate destitutus. Nam & similiter filius præteritus eo quòd pater eum se habere ignorabat, aut mortuum putabat, non videtur patris voluntate destitutus, non magis quàm si ab eo nominatim scriptus esset testamẽto vt. C. de mil.testam. l. sicut certi &. l. si cum vel in vtero. Sic & pro cauto habetur, id qꝺ disponẽs verosimiliter interrogatus responderet, licet tẽpore dispositionis de eo casu non meminisset glo. cõmuniter app. in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. vbi multa Ias. accumulat, & plenissime per Andream Tiraquellum in. l. si vnquam C. de reuocandis donati. & per eũdem de vtroque retract. & etiam in tract. de causa cessante text. memorabilis in. l. 3. C. de in offi. testa. vbi vt modo dicebamus mater, quæ oẽs filios suos hæredes instituerat decesit ĩ puerperio alterius filij, sicq; tẽpus nõ habuit aut spaciũ mutãdi testa, filiũq; illũ instituẽdi. & Iustinianus ait ex verosimili mẽte matris eũ filium pro hærede instituto habẽdum.

Verosimilia pro dispositis habetur

Sic ergo & in specie nostra pro vocato expressim, vel tacite à testatore vel defuncto haberi debet is, quem (vt verosimile est), ideo defunctus omisit qꝺ eum incapacem putauit non prætermissurus, si per interuentum legitimationis capacem futurum cogitaret, denq; pro nostra & cõmuni sententia est tex. i. l. 1. §. filio. ff. ad Tertu. & ex ista nostra ratione infertur not. declaratio ad d. §. filio vbi post mortem matris filius seruus pœnæ effectus fuit, & postea antequàm proximus agnatus matris hæreditatem adijsset indulgentia principis restitutus fuit: & tex. ait ad matris hęreditatem admittendum excluso proximiore agnato, cui matris hæreditas post filij deportationẽ illico delata fuerat, & sic ex illa principis indulgentia illi agnato qui post filium proximior erat, ius quærendum aufertur, hoc est ea hæreditas quæ iam sibi delata fuerat, quãq; in manu sua erat illico acquirere eam adeundo seu acceptando. Sed sane huius rei ratio ea est, qꝺ princeps dum in pristinum statum eum restituit, qui seruus pœnę effectus fuerat, vel aqua & igne interdictus vel deportatus vtitur iure suo, sicque nemini iniuriam fecisse videtur, licet id beneficium in læsionẽ alterius cedat, quia ea lęsio vel nulla est, vel inspecta legis censura non est considerabilis. Vnde in terminis illius text. etiamsi is filius viua matre deportatus vel seruus pœnę effectus fuisset, deinde mater decesisset, & postea filius ante aditam per agnatos matris hæreditatẽ beneficio principis restitutus esset, posset matris hæreditatem adire: licet per hoc excluderetur is agnatus, qui filio non restituto proximior erat. Neq; ad rem pertinere videtur qꝺ sic id principis beneficium auferret ius quærẽdum etiam iam delatum illi agnato, qui eam hæreditatem habiturus erat, si is filius restitutus non fuisset, nam respõdimus id iniurium nõ esse quandoquidẽ princeps vtitur iure suo, sicque nemini facit iniuriam, & licet in consequentiam agnatum læserit, tamen id in consideratione non est, quandoquidem princeps beneficium filio conferre principaliter agebat non alteri nocere, & ita eum. §. (licet hac ratione non præuisa) accepẽrunt Barto. ibi Aretinus in. l. ex facto. §. Iulianus col. fi. ff. de vulgari. Bar. ĩ tract. minoricarum lib. 4. nu. 10. Carolus ruinus. nu. 118. in. d. §. & quid si tantum & ibi Forrunius. nu. 149. Bertrandus cons. 26. nu. 19. lib. 2. Antonius de rosellis de legitimatione libello. 2. c. fi. Ias. ĩ. d. §. & quid si tantũ. nu. 24. cum seq. & idẽ plane probatur in. l. 2. §. 1. ff. ad Tertulianũ & in. l. fina. ff. de sententiam pasis tenet Bal. ĩ. l. deo nobis post Frederi. de senis quem allegat. C. de epis. & cler.

Intell. l. 1. §. filio. ff. ad Tertuli.

Restitutus à principe an matris hæreditatẽ alteri delatã capiat? anceps pugna.

Contrarium tamen vt hoc casu cesset. d. §. fi. cum similibus tenẽt Aretinus in. l. si quis mihi bona. §. seruus municipum

Universidad de Deusto
Biblioteca

pum col.3.ff.de acq.her.& in.d.§.& qd si tantum col.9. vbi idē tenet Cumanus nu.10.Salicetus in.l.fi.col.fi.C.de sentētiam passis.Ludouicus à sardis de legitimatiõe.§.de legitimatiõe per rescriptũ versi.4.quæritur.n.8.&.9.Lãcelotus galiaula in.d.§.& quid si tũ.nu.57. qui ait q.d.§.filio multum nititur, in eo quòd filius postquàm sibi matris hęreditas delata fuerat seruus pene factus fuit.idem tenet Emanuel de acosta ī.d.§. & quid si tantum part.2.nu.179.qui ait hanc partem veriorem esse: motus quia mater quæ tempore mortis sciebat filium esse incapacem & intestata decesit, tacito iudicio videtur hæreditatem suam proximiori agnato non etiam filio incapaci reliquisse.l.conficiũtur.ff. de iure codi.l.x.§.fi.ff.de legat.1.sicq; iniuriũ esset si contra defunctæ iudicium princeps eam hæreditatē illi agnato ademisset, ademptamq; in filium restitutũ transtulisset, sed iam supra responsum fuit, id non iniurium, sed æquissimum videri, quandoquidem mater, quæ tacito iudicio eam hæreditatem proximiori agnato relinquere regulariter visa, est hoc casu minime relictura esset, si filium capacem futurũ cogitaret, sed materna pietate filium hęreditare sua honoraret,& ita procedit.d.§.filio.cũ simi.sup.all.f.l. fi.ff.de sententiã pass.l.2.§.1.ff.ad Tertul.simillimũ est in.l.3. C. de inoffi. test. aliud simile in.l.per C. de impuberum: aliud simile in.l.si vnquam.C. de reuo. donati.vbi q.tibi donaui & tradidi per superuenientiam liberorum ipso iure ad me reuertitur, sic ergo & in specie nostra ius adeundi illi agnato delatum, ipso iure reuertitur ad filium restituũ. Astringitur hoc argumentum, quia fauorabilior est restitutio quàm noua filij natiuitas.arg.l.filio quem.ff.de lib.& posth.& arg.d.§.& quid si tantũ, astringitur & secũdo quia.d.l. si vnquàm loquitur in iure iam quæsito, ergo multo facilius idem admittẽdum in specie nostra, vbi sumus, in iure quęrẽdo nondũ quæsito argumento.l.fi.C. de codicil.l. quia autem in prin.&.§.1.ff.quæ in fraudem credi. Tertio astringitur quia in.d. l.si vnquàm possessio apprehẽsa fuerat, hic minime fuerat ergo,&c. Vt in.l.1.in princ.ff.de acq. poss.vers. dominiumq; ex naturali possessione cœpisse iuncta l.pe.&.fi.ff.de crimi.expilatę hæredi.4: astringitur nã in. d.l. si vnquàm erat ius quæsitum per actum inter viuos, quòd iustius & firmius esse soler, quàm si descenderet ex vltima voluntate argu.l. si quid bello. ff. de capti.in specie autem nostra loquimur in iure delato ex causa hæreditaria,vnde hæc nostra pars tenẽda est, quia & æquior est, & longe verior,& forte receptior.

Monachus si fit episcopus aufert hæreditatẽ alteri delatam nondũ agnitã, cũ multis contra plures.

25 Vnde si is, qui erat monachus ordinis mendicantium fit promotus ad episcopatum, ius quoq; adeundi hæreditates ex cognatione sua delatas recuperabit, q intelligo primum, quando antè manachismũ sibi delatæ fuissent, deinde etiam si post monachismum delatæ fuerunt,dummodo nõdum aditæ fuissent ab alijs agnatis,id q tenẽt Bal.in.d. l.deo nobis post Frederic.senen. quem refert & Bar.i.d.l.4.in tract.minori.nu. 10. & Carolus ruinus, Antonius roselus,Ias.Fortunius,Stephanus, Bertrandus & alij supra relati,quorum opi. verior est,licet contrarium vellent Aretinus in.d.§.seruus municipum col.3. idẽ Areti.in.d.§.& quid si tantũ col.9. Emanuel vbi supra Salicetus, Ludouicus à sardis.Lãcelotus galiaula vbi supra,quorum argumẽta confutantur ex superioribus quæ repetere non expedit, & nostra opinio in hoc & in proximiore articulo procedit,quando constat principem ita voluisse,idem etiã si non sit cõperta eius voluntas, sed simus in re dubia vt ex argumentis nostris deducitur.

Secũdus articulus principalis est,quãdo hęreditas erat delata,& adita,& possessio apprehẽsa,& postea filius spurius legitimatur per principem: isque filius vult auferre eam hæreditatem agnato, qui eam quæsierat & tenebat, & in re dubia omnes conueniunt vt princeps
26 nõ videatur voluisse,q ei auferatur. ita tenet Bar.in.d.§.& quid si tãtum ad finem quem sequuntur cõmuniter doc. ibi & vbiq;.arg.l.rescripta.C. de preci-

Princeps nostrum nolle auferre nõ præsumitur velle cũ cõ-

bus

bus imperatori offerre.l.fi.cum ibi notatis.C.si cõtra ius vel vtil.publ.l.id quod nostrum.ff.de reg.iur.l.nam hoc natura.ff.de condi.indebiti.l.iure naturæ. ff. de rugũ.iuris,q si expressim vellet vt is

27 *Legitimatus hæreditatẽ ab alio aditam & possessã an auferat cum Bar.cõtra cõmunem.*

legitimatus hæreditatẽ iam aditam auferret legitimis eãq; sibi accomodaret, licet illi dominium eius possessionẽque quæsissent Bart. in.d.§. & quid si tantũ ad finem ait id fieri posse,cõtrarium tenent cõmuniter doctores vt firmat Emanuel acosta ibi parte.2.num.174.qua de re per Fortuniũ ibi nu. 184. Aretin. col.pe. Alex.nu.26.Socin.nu.24.Charolus ruinus col.f.Galiaula col.f. Ludouicus asardis de legiti.§.de legit.per rescriptum nũ. 8. Paulus castrẽsis in.l.3.nu.4. ff.de testam.idem in.l. cum hæredes in pri.ff.de acq.poss.Felinus in.c.quę in ecclesiarum de constit.nu.26. cũ seq.Paulus cons.178.donatio prędicta col.2.lib. 1.Ioannes Crotus in.d.§. & quid si tantum nu.63.& ibi quoq; Claudius co.pe. in pri.Bertrand. consilio. 26.lib.2.num. 19.quorum opi.contra Bar.verisimam secundum quosdam esse apparet ex fundamentis nostræ opi.suprà traditę,nam id quod nostrum est sine causa etiã ex plenitudine potestas princeps nobis auferre non potest, id enim iure naturæ iniquum esset cuius transgressionẽ princeps sine iusta causa facere nõ potest.l. ius ciuile vbi per glo.& oẽs.ff.de iust.& iure nec populus in principem amplius quàm summam iurisdictionem contulit & re vera contulit præterea nihil iuris autem dationi vel dictioni contrarium est iniuriæ & dãni datio vt suprà

28 *Princeps etiam de plenitudine potestatis non egreditur cõtractum.*

docemur,& lex est cõmunis reipublicę sponsio.l.1.ff.de legibus. & vt principes contractus transgredi non possunt, vt ex cõmuni opi.reloluũt Felinus. nu. 26. cum seq.& Decius.nu.26.cum præced. & seq.in.c.quę in ecclesiarum de const. & Ias. in.l.1.ff.de consti.principum.Decius in.l.id q nostrum de reg.iur. ita & leges transgredi non possunt,quę quasi spõsio(hoc est cõtractus publicus) esse intelliguntur, cuius transgressio longe turpior, & intolerabilior est, quã trãsgressio contractus priuati arg.auth.res quę.C.com.de lega.l.1.§.huius studij.ff. de iust.& iur.Neq; ad rem pertinuit q princeps legibus solutus sit.l. princeps. ff.de legibus:nam id soli & primũ Augusto imperatori concessum fuit, reliquis autem principibus non vtiq; vt docet Orosius in.d.l.princeps ad princip. post Alex.de magist.ciuil.offi.fol.2. & Budęus Zazius & Orosius in.d.l. princeps aiunt princeps legibus ideo solutos dici q leges propter bonos nõ tam plerunq; latæ intelliguntur, quàm propter malos.Principes autem esse decere summa sanctitate ac pietate præditos, q̃is minime esset,q meũ mihi sine causa adimere,& ī alterũ trãsferre vellet.

Princeps legibus solutus an sit.

29 Deniq; q princeps legibus ciuilibus solutus sit,intelligitur de legũ tantũ ciuilium solẽnitatibus,non enim tenetur testando solẽnitatem testamẽtorũ obseruare.l.ex imperfecto.l.omniũ. C. de test.nec tenetur iudicãdo solẽnia iudiciorũ obseruare, vt plenissime per Iacobũ à sctõ Georgio in feudis verb. princeps pnos de succ.creatiõe. §. 26.n.3.cũ seq.nõ quoq; statuẽdo tenet ad regularẽ legũ ferendarũ solẽnitatẽ.l.3.C.de legibus cũ donat vltra quingẽtos solidos nõ tenetur ad solẽnitatẽ insinuationis, in suis actibus interuiuos cessãt solẽnia stipulationũ & similiũ cõtractuũ à lege ciuili inuẽta,in suis enim actibus plena bona fides merũ ius naturę & gẽtiũ spectat,& prędalet & reliquis omnibus solutus est solẽnitatibusciuilibus,vt dictis locis varijs exẽplis docemur, in quibus omnibus & similibus speciebus solẽnitati tm nõ etiã naturali rationi ęquitati, aut iustitię fit derogatio:ideo princeps quo ad ea solutus & liber est nõ sic quo ad speciẽ nostrã,in qua agitur de iniuria & iniqtate vitãda, q̃ in re princeps strictius abligatus est quã reliqui hominũ: tantũ abest vt solutus videatur secundũ Aymonẽ de antiq.par.1.n.9.vsq; ad numerũ.20.in vers.nõ omitto. Neq; ad rẽ pertinet q ius quęsitũ agnato quasi debilius sit,eo q ex causa hęreditaria pficiscatur, quàm foret si descenderet ex actibus inter viuos argumen. l. si quid bello. ff. de capti. & quasi hæreditates

Princeps legibus solutus sit, vt accipiendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint inuentum quodpiã ciuile.l.si quã-
do in pri.l.de in off.testa.diximus plene
de succ. crea.§.1.in pr.nam respondetur
quòd si debile ius erat in agnato qui ta-
lem hæreditatem iam adierat & possi-
debat,debilis quoq; ratio & occasio e-
rit in spurio legitimato, vt ad id ius de-
bile hæreditatis maternæ inuitetur:præ
sertim cum nullum ius nobis secũdum
nostrę ciuitatis iura & leges competẽs
possit debile reputari arg.in princ. inst.
de obliga.ibi secundum nostrę ciuitatis
iura.his tñ non obstantibus teneo opi.
Bar.contra cõem vt infra repetã.nu.35.

30 *Legitimat' an hæreditatem ab alio aditam nondũ possessam aufe rat dubium certamen.*

Tertius articulus principalis est quã
do agnatus adierat hæreditatem non-
dum tamen possessionem apprehẽde-
rat:& tunc sunt qui velint spurium qui
post aditam hæreditatem ante appre-
hensam eius possessionem legitimatus
fuit eam hæreditatem agnato ademptã
habiturum esse,ita tenent Bar.in.d.§.&
quid si tantum prope finem Paulus in
l.3.nu.4. ff. de testam.idem Paulus Ca-
strẽsis in.l.cum hæredes in pr.ff.de acq.
poss.Ludouicus a sardis de legit.§. de le
giti.per rescriptum nu. 8. Paulus Castr.
consi.178.donatio prædicta lib.1.col.2.
Alex.cons.2.n.4.lib. 1. Claudius in.d.§.
& quid si tantum col.penu.in pri.& ibi
Ioannes Crotus nu.63. Lancelotus De-
cius in.l.ex hoc iure col.1.de iust.& iure
Bal.in.l.fi.nu.8.cum seq. C. sententiam
resci.nõ posse. Ias. consilio.127.li.4.col.
3.Bertrandus cons.26.lib.2.num.19.De-
cius in .c.quę in ecclesiarum nu.26.vers.
quintus casus de constitu.idem Decius
cons.269.n.10.Curtius iunior cõs. 174.
col.3.nu.15.vbi hanc esse cõmunem op.
firmat Decius cons.498.nu. 25. idẽ cõs.
698.nu.8.Socinus cons.120.memini me
lib.3.col.5.Aymõ sub distinctione qua-
dam de antiq.temporum parte.1.in pri.
nu. 51. Alexand.cons.215. nec arguendi
sumus lib. 2.col.5.idem Alexand. cons.
2. visis codicillis lib.1.col.6.Ias.in.l.Bar-
barius col.6.vers.circa duas de offi.prę.
ff.Decius cons.588.viso puncto num.13.
vers.capio igitur est cõmunis op. secun
dum Alex.nu.27.in.d.§.& quid si tantũ
vbi Ruinus nu.129.dicit cõmunem Ias.
cons.127.col.3.lib.4. idẽ Ias.cons.93.li.1.

Contrariam partem vt talis legiti-
matus non sit eam hæreditatem habitu
rus tenent Bal.& Ang.in.d.§. & quid si
tantũ. & Ioannes Andr.ad speculatorẽ
de succesi.ab in.in rubr.vers.per primã
Hosti.in summa qui filij sint legit.in pr.
col.pe.Bal.in proœmio.C.col.pe. idem
Bal.in.l.eam quam.C.de fidei.vers. quæ
ro vtrum legitimatio idem Bal.in auth.
ingressi ad fi.C.de sac.eccles.idem Bal.
in.l.2.col.7. C.de seruit.& aqua. Anto-
nius in.c.per venerabilem ad med. qui
filij sint legi. Galiaula in. d.§. & quid si
tantum.in.fi.Felinus in.d.c.quę in eccle
siarum nu. 49 . & est cõis & indubitata
op.secundũ Fortunium qui eam sequi-
tur in.d.§.& quid si tantũ. 185. sequitur
& dicit cõmunem opi.Soci.ibi. nu. 24.
dicit cõmunem Acosta ibi par.2.n.174.
& sunt qui hãc partẽ lõge veriorem pu
tant ex fundamentis nostræ opinionis
principalis suprà relatę,nã argumentã-
tur,q̃ id q̃ nostrũ est sine facto nostro
à nobis auelli non potest.l.id q̃ nostrũ
ff.de reg.iur.& iure naturæ iniquum est
legitimatum ditari cum iactura agnati,
qui iã hæreditatẽ qua de agitur iure le-
gitimo quæsierit.l.nam hoc.ff.de cõdi.
indeb.l.iure naturę.ff.de regulis iuris id
q̃ eueniret si is legitimatus audiretur,
& princeps sine causa huic iuri naturæ
nocere nõ põt.§.sed naturalia inst.de iu
re nat.l.oẽs populi.ff.de ius.& iur.& po
pulus in principẽ tm̃ iurisdictionẽ non
etiã iniurię dictionẽ seu dationẽ cõtu-
lit.l.1.ff. de cõst.prin.§.sed & q̃ principi
inst.de iure nat.& põtestas legis & prin
cipis exęquãtur vt.dd.iuribus & p totũ
fere inst.de iure nat.l.2.§.nouissime &.
§.deinde qa difficile.ff.de orig.iuris.Vñ
quẽadmodũ lex iniusta nõ valeret, nec
vim legis haberet,nec esset ei parẽdũ.c.
erit aũt lex.4.distinctione:ita quoq; nõ
valeret, nec esset ei parendũ præceptũ
principis iniustũ,quale ꝑcul dubio esset
in specie nostra,& id equissimo iure no
bis quæsitum videtur,q̃ acquisitum est
secundũ illius ciuitatis iura,vbi res agit̃
in pri.inst.de oblig.ibi secũdũ nostrę ci
uitatis iura.d.§.sed & natur.d.l. oẽs po-
puli.

puli. Vnde agnato , qui secundũ nostræ
ciuitatis iura semel hęreditatem quæsi-
uit,ei eã adimi iniuriũ esset,esset q; non
dubia seruitutis imago,si id ditioni, aut
principũ arbitrio subesset. Simillimum
est,q̃ licet filius,qui abstinuit hęredita-
te paterna,possit abstensionẽ suã reuo-
care,& ad eandem redire.l.fi. C.de rep.
hær.l.filius.ff.de iure deliberandi:tamẽ
id procedit si modo ea hæreditas nõdũ
ab alio iure adita fuerat,vt per Corneũ
post glo.& alios cõmuniter ibi in. d.l.fi.
fic & in specie nr̃a restitutus à principe,
licet ad hęreditatẽ adhuc vacantẽ redi-
re posset:tñ non sic ad eã quæ iã ab alio

31 *Intellectus. l.fina.C. de rep.hær.*

occupata esset , nisi dixeris verũ nõ esse
vt in terminis.d.l.fin.denegetur reditus
ad hæreditatem , eo q̃ ab alio sit adita:
quinimo nec etiam si eius possessio ab
alio iure apprehẽsa esset , nisi etiã bona
alienata essent vt plane videt probari in
d.l.fi.nã cũ beneficiũ reuocãdæ abstẽ-
sionis aperto iure filijs datũ sit vt.dd.ll.
& quãdiu durat facultas reuocãdæ ab-
stẽsiõis nullo iure aperte denegata fue-
rit potestas interea adeundi tam legiti-
mis quã substitutis vel cohęredibus di-
cẽdum est id liberũ esse,quia omnia cẽ
sentur permissa,quę nõ reperiuntur no
minatim vetita.l.necnõ.§.q̃ eis.ff.ex q̃-
bus causis maiores id q̃ plane ostendit
d.l.fi.& cũ.d.l.fi.vnico tm̃ casu deneget
beneficiũ reuocãdę abstẽsionis.s.qñ hæ
reditas fuerat distracta,ergo in reliquis
omnibus casibus id beneficiũ locũ ha-
bebit:ficq; etiamsi hęreditas adita fue-
rit,& eius possessio apprehẽsa.arg. l. nã
quod liquide.§.fi.ff.de penu legata qui-
nimo verosimillimũ est vt id bñficium,
quòd per lõgius tẽpus durat , nẽpe post
minorẽ ætatem , & etiã aliud trienniũ
illi superadditum significet hęreditatẽ:
interea minime fore vacantẽ, quinimo
plerunq; aditam iri, & eius possessionẽ
apprehensam , & nihilominus ad eam
datur regressus , vt ibi si modo omnia
integra sint, nõ sic si alienata, simile in
minore qui aduersus hæreditatẽ omis-
sam bñficio nõ fuitatis (vt in.d.l.fi.) sed
minoris ętatis restituitur, nã ei impedi-
mento non est, quòd hæreditas fuerit
adita, nec etiam q̃ eius possessio fuerit
apprehẽsa , dummodo res integrę sint,
hoc est dũmodo res alienatę nõ essẽt.l.
q̃ si minor.§. Scæuola.ff. de minoribus
& fere per totũ. C. si aduersus omissam
hæredi.Nam & similiter in terminis to
tius tituli. ff.de cond.ob cau.&. C.eod.
per totum datum ob causam causa non
secuta repetitur cum fructibus , si mo-
do integri sint,& nõ alienati,aut deper
diti & non aliter : idẽq; in terminis to-
tius tituli.C.&.ff.de condit. indebiti &
in alijs non paucis speciebus de quibus
in.l.videamus per totam.ff.de vsuris, &
dixi plenius alibi.

Sic ergo in specie nostra proximus
agnatus, qui adiuit hæreditatem,tuen-
dus non est aduersus spuriũ, qui à prin-
cipe restitutus est:quia non est nouum,
vt etiam post aditam hæreditatẽ quini-
mo etiã post apprehẽsam & diu obten-
tam possessionem detur beneficio resti
tutionis reditus ac recursus ad talem hę
reditatẽ quandiu res integrę sunt vt.§.
Scæuola sup̃.all.cũ similibus suprà alle-
gatis.Nec video cur hęc restitutio prin
cipis, quo ad hoc debilior esse debeat q̃
restitutio,quę à lege cõditur beneficio
suitatis,aut minoris ętatis,præsertim cũ
plenissimum effectum videatur sortiri
hæc principis restitutio.l.fi.ff.de sentẽ-
tiã passis.l. 1.§.filio.l.2.§.1.ff.ad Tertuli.
plenissimũq; effectum similiter videa-
tur sortiri & ea restitutio nataliũ à prin
cipe concessa , siue per natalium resti-
tutionẽ fiat vt.l. 2.&.l.quæris &.l.fi.§. fi.
ff.de nat.restituendis siue per interuen-
tum legitimationis,vt in authẽ. quibus
modis natu.effici.sui.§.reliqui &. §. ge-
neraliter &.§.si quis igitur,in quibus sę-
pe dicitur ac reperitur tales legitima-
tos nihil omnino differre à vere legiti-
me natis.Neque is agnatus , cui restitu-
tus vel legitimatus hæreditatẽ iam adi-
tam & etiam diu possessam adimeret,
iustam querimoniam mouere poterit,
nam quasi sub hac conditione resolu-
tiua se ad hęreditatem vocatum intel-
ligere debuit , nisi spurius legitimatus
foret aut deportatus restitutus fuisset,
quasi per interuentum istius legitimati

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel reſtituti hæreditas quęſita ſibi adi-
matur veluti reuocabiliter tantum,non
etiam irreuocabiliter quæſita, quòd ſi
dixeris,quòd legitimatio magis aſsimi-
latur reſtitutioni gratię, quã reſtitutiõi
iuſtitiæ,ſicq; talis legitimatio & etiã re
ſtitutio deportati(quę gratię reſtitutio
eſt)nõ ita plenũ effectum ſortiri debe-
rent, ſicut reſtitutio iuſtitiæ, quę mino
ribus lęſis cõceditur,replicabo q & re-
ſtitutio bñficio ſuitatis conceſſa de qua
in.d.l.fi.C.de rep.hær. ſatis aſsimilatur
reſtitutioni gratiæ, cũ detur etiã maio-
ribus & ad lucrum hæreditatis quærẽ-
dum,cum de ſuo amiſerint nihil & ni-
hilominns locũ habet etiã poſt hęredi-
tatem aditam & poſſeſsionem apprehẽ
ſam:vt diximus ſuprà, quinimo lõge iu
ſtius videtur beneficiũ legitimationis,
quod inculpatis cõceditur (quid enim
demeruit,aut mali fecit q nõ legitimus
natus peccato non ſuo ſed parentũ fuit
vt ait Iuſtinianus in prin.auth.quib.mo.
nat. eff. ſui & in pri. quibus mo. nat. eff.
legitimi) quã beneficiũ reſtitutiõis, ſeu
regreſſus ad paternã hęreditatẽ de quo
in.d.l.fi.q cõceditur ei qui in culpa fuit
abſtinẽdi ſeſe ab hęreditate paterna, &
poſtea ſimiliter culpãdus variat ac pœ-
nitet de more puerorũ aut mulierũ cõ-
tra.l.ſicut ab initio. C.de act. & obliga.
præſertim cũ impius non immerito vi-
deatur filius,qui hęreditate paterna ab-
ſtinuit.§.1.inſt.qbus ex cauſis manumi.
nõ licet maxime cũ ea hęreditas non e-
rat omnino ſuſpecta,ergo q huiç nõ in
culpato cõceditur, non eſt cur deneget
legitimato qui in culpa nõ eſt , nec vnq
fuit ſicq; non eſt cur iſtius beneficiũ mi
nus plene interpretetur q illius cũ po-
tius cõtrarium dicẽdũ eſſet vñ ſatis de-
fendi poſſe videtur quodãmodo, vt le-
gitimatus p principis reſcriptũ auferat
bona agnatis,nõ ſolũ poſt aditã tm hæ-
reditatẽ,& poſſeſsionẽ nondũ apprehẽ
ſam,ſed etiã poſt apprehẽſam poſſeſsio
nẽ,qdiu res diſtractę nõ ſunt:idq; cum
liqueret de volũtate principis ita volẽ-
tis,vt in eo tm quęſtio relicta videat:an
in re dubia princeps ita voluiſſe intelli-
gat,ad regulã q id q nm eſt ſine facto
nro à nobis auelli nõ põt:qq; iure na-
turę iniquũ eſt alterum alterius iniuria
aut iactura locupleƈtari reſp. pcedere
qñ qd nrm eſſet irreuocabiliter, in ſpe-
cie aũt nra,id q auferẽ quaſi reuocabi-
liter tm,nõ etia irreuocabiliter quęſitũ
viſũ fuit,vt diſſeruimus ergo,&c. vt.l.ſi
vnquã. C.de reuo.donat.l.fi.C.de legat.
l. quoties.C.de dona.quę ſub mõ.in pr.
inſt.de donat.l.fi.§.ſin aũt ſub cõditiõe
C.cõ.de legat. & fere per totũ .ff. de in
diem adiectione per totum fere.ff.de.l.
comi.pro nobis tex.expreſſus in aut.idẽ
eſt de neſtorianis.C.de hęret.& manic.
vbi quis plures filios habebat partim fi-
deles partim infideles:& infideliũ por-
tiões hęreditarię ad fideles ptinẽt,ſed ſi
mulac illi infideles ad fidẽ reuerſi fue-
rint eas etiã iam ab alijs acqſitas & diu
poſſeſſas recuperãt ſine fructibus tñ, vt
ſic qui propter vitiũ infidelitatis exclu
debantur, ſimulac id vitiũ purgauerint
admittãtur,ſic & in ppoſito qui ppter
vitiũ illegitimitatis excludebat, æquũ
eſt vt purgato illo vitio,illico admittat,
recuperet q; bona ab alijs nõ mõ quęſi-
ta,ſed etiã diu poſſeſſa:adſtringitur hoc
argumentũ nã in.d.auth.vitiũ erat oĩm
peſsimũ ac teterrimũ, at ĩ ſpecie noſtra
vitiũ eſt inculpatũ cũ eſſet vitiũ naturę
potius, quã hominis ergo, &c. Vt in.l.
maximũ vitiũ.C.de lib.pręt. Hactenus
de poteſtate principis legitimãtis, quid
aũt de volũtate & adhuc idẽ, nam qua-
tenus verba ſeſe extendunt, eatenus &
volũtas ſeſe porrigere videt arg.l.labeo
ff.de ſupp.lega.l.ſi nõ cõuitij cũ gl.C.de
iniur.§.ſin aũt ad deficientis.C. de cad.
tollẽdis,ſed verba legitimatiõis volũt,
vt nihil penitus differat à vere legitimẽ
natis ergo,&c.vt in.§.reliqui.& in. §. ſi
quis igit.& in.§.gñaliter in auth.quibus
modis naturales effici.ſui & fere p totũ
in auth.quib9 modis naturales efficiañt
legi.deniq; qn lex ſi vellet efficere poſ-
ſet,vt legitimatus hęreditatẽ nõ ſolũ iã
quęſitã,ſed etiã diu ab alio poſſeſſam ei
poſſet auferre,dubiũ nõ eſt quẽadmo-
dũ idẽ efficere potuit &effecit in termi
nis.d.l.fi.cũ ſimi. C.de rep.hęr.& in ter
minis.d.auth.idem eſt de neſtorianis,&
in.l.

Intell.auth idem eſt de neſtorianis C.de hære.

terminis.d.§.Scęuola,quinimo idem &
iuſtius in ſpecie noſtra poſſet(vt ſuꝑ.o-
ſtendimus)ſtatuere ergo in eo tantum
quæſtio relicta eſt an princeps de pleni
tudine poteſtatis tm poſsit, quantũ lex
q videtur.arg.l.1. ff.de conſti.prin.&.§.
ſed & q principi inſt.de iure natur.ſed
reſpõderi poteſt q tã lex qñ princeps id
quo ad oẽs ſubditos generaliter facere
poſſet,ſed nec lex nec princeps videtur
poſſe quo ad certos hominũ vel caſuũ
& nõ quo ad oẽs quia tale legis aut prin
cipis pręceptũ cõmune & gnale quo ad
omnes eſſe deberet,aliter minime vali-
turũ.arg.l.1.&.2.ff.de legibus ibi cõmu-
ne præceptum.c.erit aũt lex.4.diſti. nã
in terminis.d.aut.idẽ eſt de neſtorianis
filij fideles qui portiones quòq; hæredi
tatis paternæ ad fratres infideles perti-
nentes agnouerant & poſsederãt, ſcie-
bant eas ſe reuocabiliter tantũ non etiã
fixas & perpetuas habere & poſsidere,
vt pote quæ ſimul ac illi ad fidẽ catholi
cã reuerſi fuiſſent,ab eis abſceſſuræ eſ-
ſent & ad illos emendatos reuerſurę,&
in terminis.d.l.fi. de rep.hær.qui patris
mei hęreditatem,a qua ego abſtinui ha-
bebat,& poſsidebat ſimiliter ſciebat eã
ſe habere,& poſsidere reuocabiliter tã-
tum,vt pote quæ ad me reuerſura eſſet
ſimul,ac abſtẽſionem meam vellem re-
uocare.& in terminis.d. §. Scæuola qui
hæreditatem à minore repudiatã adi-
uit,& poſſedit,ſciebat ſimiliter eam à ſe
abſceſſurã, & ad minorem reuerſurã, ſi
is vellet aduerſus talem repudiationem
reſtitui ſeſe , & cum hac conditione &
qualitate agnouerũt, nec eſſent ferẽdi,
ſi huic rei aduerſarentur,idemq; in ter-
minis.l.ſi vnquã. C.de reuo.donati. idẽ
in terminis.l.cum hæreditate &.l.ſi mi-
nor.ff.de acq.hęr.&.l.vn.§.hic ita ibi nõ
eſt ferendus.C.de cad.toll.idẽ; in termi
nis.l.quoties & fere per totũ.C.de do-
na.quę ſub modo.idem in terminis.l. fi.
C.de lega.idem in terminis totius tituli
C.&.ff.de cõd.cauſa data & de cõd. ob
cauſam &.C.&.ff.de condi. indebiti,& in alijs quã plurimis ſpeciebus de qbus in.l.videamus per totã.ff.de vſuris & in terminis totius tituli. ff. de lege cõis.& in terminis tituli totius.ff.de in diẽ ad-
iectione, diuerſum eſſe videtur in eo q
adiuit & poſſedit hæreditatẽ tanquam
proximus agnatus cũ ſciret neminem
eſſe proximiorẽ, ſicq; quaſi firmam &
perpetuam nõ quaſi reuocabilẽ quæſi-
uit,& poſſedit:niſi dixeris q imo quaſi
reuocabilem quærere & poſsidere de-
buiſſet, cum proximiorem cognatum
(hoc eſt hunc ſpurium quo de agimus)
agnatum principis beneficio fieri poſſe
potuiſſet cogitare,pro hac ſentẽtia opti
mus tex.in.l.fi.in prin. C.de ſententiam
paſsis,vbi per patris deportationem fi-
lius patria poteſtate liberatur,& rurſus
patre reſtituto patriam poteſtatem re-
cuperat,& tamen ea alienata erat & ve
luti in filium trãſlata,& ea libertas, quæ
modo per principis gratiã filio adimi-
tur res inęſtimabilis eſt.l.filiusfa. §. ſecũ
dum vulgarẽ.ff.de legat.1.ad idẽ.d.l.fi.§.
fi.vñ & ſimiliter quicqd ſpurietas (vt i-
ta loquar) huic ſpurio ademerat, & in
agnatũ poſt ſe proximiorẽ tranſtulerat,
id omne legitimitas ſupueniens vt reſti
tuat ei,& adimat illi ęquũ eſt,cũ vtriuſ-
q; nominis tã ſpurietatis qñ legitimitatis
inuentũ ſit iuris ciuilis iuri naturali ad-
uerſum, & pugnãs auth. quibus modis
natu.efficiãtur ſui.§.naturę: ſpurietatis
enim morbus à lege poſitiua effluxit,&
ab eadem inuenta fuit medicina legiti-
mationis,vt ibi ergo nulla iniuria fit illi
agnato,ſi filius ſpurius ei auferat hęredi
tatem,qui defuncto,cuius de ſucceſsio-
ne agitur, proximior ipſo agnato erat
ac potior inſpectis ipſis naturæ cunabu
lis,& eadem lex poſitiua , quæ ſpurium
illũ excluſerat , rurſus reuocauit facit.l.
2.ff.de decuri. & multa quæ traduntur
per Fortunium in leg.gallus. §. & quid
ſi tantum.nume.149.cum ſeq. ff. de lib.
& poſth.pro hac parte facit optime.l.2.
§.fina.verbo non facile à cõtrario ſen-
ſu.ff.de natal. reſti.&.l. quęris eod.titu.
ad.l.penul.&.fi.eod.titu.dic q loquitur
in diuerſis terminis & ex diuerſis nõ fit
illatio.l.fina.ff.de calũni.& præterea ius
quòd ibi patronus habebat in liberto
non tam à lege ciuili de quàm à iure gẽ
tiũ deſcendere videtur. l. manumiſsio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes.ff.de iust.& iure:vñ id per principẽ adimi non debet sine causa, at in legitimatione semper adest iusta causa vt reuocetur,ac inuitetur ad hæreditaté per principem is,qui inspectis naturę principijs proximior erat, excludatur q; agnatus remotior alege ciuili subdure inuitatus,quę ratio cessat in terminis.d. l.pe.&.fi.hanc quæst.absoluã illico post quęst.seq.nam potestas legitimãdi principi data est, sed tali legitimationi virtus adimendi hæreditatem alteri quæsitam nõ reperitur attributa. dic vt infra.nume.35.

32 *Dominium an nobis possit auferri? noua op.*

Illud autem notãdum est q̃ licet nõ pauci doct.vbi suprà faciant differentiã inter ius quæsitum mediãte ministerio iuris ciuilis,& ius quæsitũ iure gẽtium, tamen hanc communem distinctionẽ impugnat Aymon Crauetus de antiq. temporis par.1.in prin.nu.51.dicens, ius quæsitum de iure gẽtium nobis auferri non posse per principem etiam ex causa nisi ea causa publicam vtilitatem respiciat,non etiam priuatam, quòd si inquit quęsitum esset de iure ciuili ex causa priuatam tantum vtilitatẽ respiciente,posset nobis auferre, primum membrum vt ius quæsitũ iure gentiũ neque at nobis auferre nisi ex causa,quæ publicam vtilitatem respiciat,tenet ipse post Bart.in.l.quęcũq; in fi.C.de fide iust.& iure haste fiscalis lib.10.Oldraldus consilio. 224. istæ sunt allegationes col.7. Paulus cons.177.donatio prędicta.li.1. idem Paul.cons.229.visis & ponderatis col.2.idem cons.287.primum dubium col.1.lib.1.Decius cons.371.col.pe.vers. secundo respondetur & incipit omissa longa serie.Felinusin.c.quę in ecclesiarum.nu.26.cum seq.de constitu.Ias.in.l. Barbarius col.6.ff.de offici. prætoris.in nu.24.vers.circa duas. Ias.cons.233. col. 7.lib.2.sed hæc cõclusio dũ in sensu directo tenet, principem posse nobis nostrũ auferre ex causa quę respiciat principaliter publicã vtilitatem, verissima est.l.item si verberatũ.§.1.ff.de rei vẽdi. dum vero in sensu contrario vult,vt ex causa priuatam vtilitatem principaliter respiciente id non posset vera non est etenim est contra.l.1.& fere per totũ.ff. ex q̃bus causis maiores vbi id licet magistratibus & sic multo magis licebit principibus.Item quid si maior ętate in vendítione deceptus fuit,licet non vltra dimidiam,quo casu cessat restitutio regulariter.l.1.c10.ff.de minoribus, & hoc casu iure gentium emptor dominiũ quęsiuit.§.per traditionẽ inst.de rerum diuisione & in.l.ex hoc iure.ff.de iust .& iure.& quidem non dubito quin princeps ex causa posset huic venditori etiã modice tantũ decepto restitutionẽ cõcedere ad rem suam recuperandam iustam causam dicerem, si venditor deceptus pauper erat, vel nõ admodum industriosus, vel quę alia similis pro hoc tex.expressus in.l.& hoc Tiberius cum. l.præcedente.ff.de hęredi.inst.

33 *Dominium nobis auferri potest ex causa priuatam vtil. respiciente contra plures.*

Alterum membrum est, quando ius quæsitum erat ciuili iure, & causa respiciebat priuatam tãtum vtilitatem nam tunc nobis per principem posset(secundum Aymonem vbi suprà) auferri veluti inquit si sententia lata fuit contra ius partis quę tamen transiuit in rẽ iudicatã q̃a vltima erat vt iã nullus esset appellationi locus,q̃ & tenet Abb. cons. 84.col.5.lib.1.& cons.77.co.2.lib.2. hoc enim casu posset princeps dominium nobis per talem sententiam quæsitum auferre,quia iure tantum ciuili nõ etiã naturali quæsitum fuit, sed dum sentit Aymon hoc casu dominium sententia

34 *Dñium sentẽtia quæsitum iure gentiũ quæsitum dicitur contra plures.*

quæsitũ fuisse errat vt ex cõmuni opinione resoluit Ias.in.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure, sentẽtia enim non inducit ius,sed q̃ inductum aut creatum erat detegit, ac declarat, vt ibi late per eum per nos de succ.cre.§.1.nu.47.sed & si sententia dominiũ quæreretur (vt ipse Aymon falso opinatur)adhuc errat, dum putat per modum ciuilem tantum non etiam naturalem quæsitum videri, quinimo iure etiam gẽtium quęsitum videretur: nam ius gentium est q̃ pleriq; populorum qui moribus aut legibus reguntur obseruant,etiam si non omnes omnino populi eo iure vtantur,aut etiam si non simul ac statim ab origine mũdi seu orbis id ius perę que apud omnes gẽtes in vsu

vsu esse cœpisset,sed successiuis vicibus atq; temporibus receptum esset,nã non omnes cõtractus,de quibus in. l. ex hoc iure.ff.de iust.& iure ab omnibus perę que gentibus recepti sunt, aut sunt in earum vsu, & nihilominus iuris gentiũ esse dicũtur,eo quòd recepti sunt à plerisq; earum gentium,quę legibus regũtur vt ex cõmuni opinione resoluunt doct.ibi & in.l.omnes populi.ff. de iust. & iure:& diximus de succ. creat.§.1.ad pri.sic ergo iure gentiũ reges erant, qui sententias ferebant, nec eorũ officium aut inuentum alio principalius spectabat.l.2.post prin.ff. de origi. iuris, ergo vt contractus,ita & sentẽtiæ iuris gentium sunt, nec ad rem pertinet q̃ forma sententiæ à lege ciuili data, & inuẽta fuit,nam & similiter forma omnium fere contractuum à lege ciuili inuenta fuit, nam ipsi fere omnes iure gentium erãt informes ac rudes.l.1. ff.de cõtrah. emp.tradunt cõmuniter doct.in.d.l.ex hoc iure & in. l. iuris gentium in princ. ff.de pact.ergo tenendũ est contra Aymonem principẽ ex causa nostrum nobis auferre posse, nõ solum si publicam vtilitatem principaliter, sed etiam si priuatam tãtum vtilitatem respiciat, licet nõ abnegemus quin iustior causa ac laudabilior sit, quæ publicam vtilitatẽ respiceret quàmque ad priuatã tantũ vtilitatem spectaret. Illud autem notandũ est,quòd si princeps firmet se meũ mihi abstuliſse ex iusta causa, id non sufficit,nisi ea aliter probetur secũdũ quosdam:qua de re, quia modo non probo, nec improbo,videndi sunt Aymon vbi suprà.nu.62.Decius cons.191.nu. 4.

35 *Legitimatus hæreditatẽ agnatis delatam tantũ, vel etiam aditã seu etiã possessã an auferat?*

Denique redeundo ad principalem quęstionem an legitimatus principis rescripto auferat hæreditatem iam aditã, nondum tamen possessam ei, qui post ipsum legitimatum proximior erat defuncto cuius de successione agitur non tam de potestate,quàm de voluntate legis agendum est, cõstat enim quòd lex potuisset inducere vt auferretur quẽadmodum id induxit in alijs speciebus non tam iustam rationem habẽtibus vt suprà diximus, ergo in eo tantum quæstio manebit,an hodie re vera id à lege inductum inueniatur & quidem palam ac expressim non inuenitur sed tantum principi datam legitimãdi potestatem inuenimus an vero huius legitimatiõis effectus hanc ad rem se extendat cautũ satis dilucide non est.& cum hic agatur de restitutione gratiæ tantũ,non etiam iustitiæ quæ angustiorẽ interpretationem recepit magis est secundum quosdam vt non porrigatur ad hęreditatem iam aditione quæsitam auferendã. Fallit in casibus à iure expressis, & ita intelligunt iura in cõtrarium adducta, quid dicẽdum & sane legitimatus principis rescripto (siue ante aditam ab agnatis hęreditatem,siue post aditam nondum eius possessione apprehensa, siue etiam & hæreditas adita esset ab agnatis, & eius possessio apprehensa, & sic in omnibus tribus speciebus suprà memoratis)magis est,vt agnatis auferat hęreditatem, nam id palã & indistincte inducunt iura superius adducta: dum generaliter vel saltem indefinite loquuntur ergo,&c.vt in.l.sancimus.C.de testam. l.præcipimus.C.de appell.Neq; ad rem pertinet, q̃ ista sit restitutio non tam iustitiæ quam gratiæ, nam & in alijs restitutionibus quæ similiter gratię sunt inuenimus,q̃ restitutus aufert hæreditatem agnatis non solum aditã sed etiam apprehensam,& diu possessam vt suprà ostendimus q̃ procedere docuimus in alijs speciebus etiam lõge minorem rationem & pietatem habentibus, quàm species nostra:ergo & hic facilius idem admittẽdum. Vnde sic ratiocinãdũ est, hanc facultatem lex principibus concedere potuit,eamq; ipsis concessise visa est eo ipso q̃ ipsis concesit, vt spurios possent legitimos facere, & tales legitimatos legitimis a natiuitate ex toto adęquauit:ergo ita indubitanter tenendũ est,cum constat de voluntate principis plenitudine potestatis vti volentis.

1 *Beneficium ecclesiasticum an papa possit sine causa nobis auferre? egregia quæstio.*
2 *Beneficia ad clericos an iure dominij pertineant?*
3 *Priuilegium quid.*
4 *Priuilegium etiam motu proprio concessum per quòd ius alteri competens aufertur non valet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Priuilegium per decẽnium non vtẽdo amittitur.*
6 *Priuilegium ecclesiæ concessum quanto tempore amittatur.*
7 *Priuilegium per vsum partis quatenus conseruetur.*
8 *Priuilegium per non vsum non perdit impeditus.*
9 *Priuilegio qui vti desijt, superioris mandato non lædit.*
10 *Ecclesia quando sibi præiudicet in suo priuilegio.*
11 *Priuilegium positum in libera voluntate priuilegiati non perditur tempore.*
12 *Priuilegium non perditur per non vsum quando casus non se obtulit.*

PApa in beneficialibus habet liberam plenissimãq; potestatem, adeo vt etiam sine causa possit suum sacerdotium (quòd beneficium vulgo appellamus) siue illud simplex sit, siue curatum cuiq; auferre ita tenent Antonius & Abbas. in.cap.constitutus de religiosis domibus gl.3. in fi. in.c.si gratiose de rescriptis li.6.& Decius in.c.quæ in ecclesiarum. nu. 26.de consti.ait, ℣ in papa est pro ratione voluntas, liberumq; arbitrium in beneficialibus:& idem notat dominicus in.d. c.si gratiose glo.in.c.per principalẽ.9.q. 3.Romanus consil. 290. circa præmissa col.2.per tex.in clemen. dudũ.§.verum de sepult.Abbas per tex.ibi in.c.ex multiplici de decimis Bal. cons.38.li.1.idem Bal. cons.1.lib.3.prout eum allegat Decius:vbi suprà,sed isthæc cõsilia nõ inuenio.Geminianus in.d.c.si gratiose co. 3.idem Gemini.cons.8.col.3. & cons.53. col.1.& cons. 88. col.1. Frederi. de senis cons.200.quòd permutatio col. 1. Paulus castrensis cons.253.ad confirmationem col. 2. qui ait id procedere etiã in archiepiscopatu,quo quemq; archiepiscopum potest priuare ignorantem vel inuitum etiam sine causa, idẽ tenet idẽ Paulus cons. 287. primum dubium col. 1.n.3.lib.1.per.c.2.de donati.vbi ait posse bona vnius ecclesiæ ei auferre, & ad aliam transferre: quia papa iuxta illud pasce oues meas, est vniuersalis dominus totius ecclesiæ, & reliquę ecclesię particulares non tam proprietatem in rebus suis quàm solam administrationẽ habere videntur,idem Paulus cõs.414. in facto præsenti col.2.lib.1.Romanus cons.369.in quinto dubio & cons.298. circa prẽmissa col.2.Socinus cons.13.li. 1.col.6.vers.13.probatur Alex.cõs.2.col. fi.lib.1. Corneus.cõs.90.col.fi.lib.4. Ias. in.l. Barbarius col.8. vers.sed non puto ff.de officio prętoris idem Ias.in.l.quoties.C.de rei vendi.col.3.& in.l.fi.col.fi. ff.de pact.idem Ias.cons.19. col.4. lib.3. Ripa.lib.2.respo.de rescriptis.c.19. col. 3. Aymon qui plures allegat de antiq. temp.part.1.vers.non omitto.nu.36.

Dominicus in.c.in istis.4.dist. Imola in.c.ad supplicationẽ vlt. not. de renũti. Abb.in.c.translato de const. Card.in clem.1.vlt.not.vt lite pendẽte & in cõs. 85.venerabilis vir faciunt quæ traduntur per Petrum adue.regula.72.

Contrariam partem, vt etiam de plenitudine potestatis papa nequeat alicui inuito vel ignorãti tale sacerdotium sine causa auferre,tenent Card.cons.141. sanctissimus dominus noster per.c. nisi cum pridem.§.verum de renunti.c.admonet &.c.℣ in dubijs de renũti. Abb. in disputatione incipienti episcopus & quidam rector per mensis col.12.& idẽ Abb.in.c.fi.co.fi.de cõs.vtili vel inuti.p c.translato de constit.Ioan.And.in.c.℣ ob causam de regulis iuris lib.6.Romanus cons.345.omnipotentis col. 5. vers. ex his igitur.Felinus in. c. quæ in ecclesiarum de constit.nu.42.vers. per istam declarationem Abbat.in.c. constitutus col.3.de religi.domibus:vbi refert de ℣ suo tempore in consilio Basiliens. statutum fuit, vt episcopus aut Abbas non transferentur inuiti,sine causa rationabili:idem Abb.in.c.fi.in.fi.de postu.prælatorum, vbi refert Pisis idẽ fuisse sancitum in concilio cui præfuit Alexand. Papa & Felinus vbi suprà.nu.43.ait cõmuniter dici talem ademptionem fieri non posse nisi & ex causa legitima, & ita vt prouideatur remoto seu priuato de bono cambio:tenet Romanus cons. 467.per tex.in.c.cõquęrente de restitu. spoliatorum.c.cum ad monasterium.§. Abbas vero de statu monachorum. ca. quanto de transla.prælatorũ. tenet Bartolus in.c.℣ translationem.num.12.de offi.

offi.legat.idem cons.13.col.5.lib.3. Ias.in l.fi.C.si cõtra ius.vel vtil.pub. Ripa lib. 1.resp.de legibus.c.14.col.pen. Selua de benefi.par.3.q.60.Rebuffus in tracta.nomin.in.21.q.prin.nu.55.glosa in pragm. titu.de electi.c.licet dudum.

Beneficia à clericis iure tantum administr. non iure dominij tenentur.

2 Sed pro priore opinione affirmatiua facit quia vt apparet ex iuribus & autoritatibus suprà relatis præsertim p Paulũ castr.in consilijs suprà citatis & per Abbatẽ in locis suprà adductis huiusmodi sacerdotia seu beneficia non tam iure dominij à clericis tenentur, quàm iure cuiusdam administrationis: quinimo etiã bona quę ab ipsis ecclesijs (prẽter Romanam) tenentur non tam iure proprietatis quàm nudę administrationis teneri intelliguntur, vt ex dictis locis & iuribus constat:sed omnes administratores huius conditionis plerunq; sunt vt libere & absq; vlla causa possint remoueri per dominos, qui eos talibus administrandis rebus præfecerunt:inq; eis submouendis domini voluntas pro ratione esse debet vt notant doctores per tex.ibi in.l. mandatum.C. mand.& in.§.recte inst.eod.& in.c. relatum per tex.ibi de officio de leg. & in.c.si gratiose de rescrip.l.20.titu.13.par.2.verbo officios:vbi per Gregorium lupũ. Ergo cum isthæc sacerdotia pro temporalibus officijs haberi debeant,vident̃ semper permanere sub libera potestate papę.Facit quia princeps donationes, & cõcessiones gratuitas quas facit, potest fine vlla causa moderare vel reuocare, etiamsi & ab ipso datũ & ab donatario acceptũ esset simpliciter,& quasi perpetuo duraturũ vt habetur in.c.1.de probati.vbi Decius nu.6.& Areti.col. 2. & Ant.Butr.Cinus in.l.dignavox.C.de legibus.Ias.cons.56.lib.1.col.fi.l.11.ti.delas donationes lib.5. ordin.sed quia id possumus quod honeste possumus.l.nepos proculo.ff.de ℣b.sig.l.Lucius.ff.de cõd. & dem. honeste autẽ nemini iniuriam facere possumus.ff. de iust.& iur.l. iusti. inst.eod.tit. §. iuris præcepta sunt hæc. iniuria autem facta videtur ei, cui denegatur beneficium & gratia,quæ omnibus concedi solet.§. permittitur in.l. 1.ff.de itin.actuq; pri.cum similibus: & huiusmodi beneficia seu sacerdotia nisi demeritis adimi non solẽt, vt docet experientia & inueterata ac vniuersalis consuetudo: ideo dicẽdum est talia sacerdotia nõ posse sine causa alicui adimi,ne iniuria affici videatur, neue beneficium nulli vnquàm nisi culpatis denegatum ipsi immerenti denegetur:℣ intelligendum est de potestate ordinaria vel de honestate: nam de plenitudine potestatis vel de potestate absoluta id liceret,& ita reducantur ad concordiã iura & authoritates hinc inde adductę: ℣ & præsensisse nobis videntur nõ pauci eorum, quos suprà retulimus, sicque (iuxta illud Senecæ cui multum liceat parum libeat) hæc res à summo pontifice temperanda est.

Hactenus cũ summus ꝑontifex beneficium,seu sacerdotium alicui contulit,quòd si ipse vel etiam princeps secularis priuilegium concederent, an & id auferre possint? & an etiã per nõ vsum amittatur? vel ex toto si nulla ex parte priuilegiatus priuilegio vsus fuit, vel ex parte si quidem ex parte tantum eo priuilegio vtebatur:sæpe in prętorio nostro ex facto agitatum & sententijs diffũm fuit,qua in re quia admodũ frequens est præmitte,quod.

Priuilegiũ quid.

3 Priuilegium tunc dicitur, quando à principe conceditur aliquid contra ius cõmune neq; potest dici priuilegiũ qñ iuri cõi non derogatur vt not. Abb. & Moder in rub.de rescri. & in.c.olim de vebo.signi.Bar.& doct.in.l.fi.ff.de cõst. prin.Alex.in.l.quia tale.ff.solu.ma. cum alijs.

Priuilegiũ etiã motu proprio cõcessum per quod ius alteri auferetur non vale cum cõmuni.

4 Verum cõmuniter tenetur, ℣ princeps,si concesserit alicui per suum priuilegium dominium vel ius alterius ℣ tale priuilegium sit nullum, & non obseruetur tex.cum.gl.& ibi Bart.Bald.& dd.in.l.fi.C.si contra ius.vel vtilitatem publicã ad idem text.in. l. nec damnosa & in.l.vniuersa rescripta.C.de precibus impera.offerend.tex.& ibi Bart. & Pla. in.l.1.&.2.C.de peti.bono.subla.li.10. arguendo de fisco ad clericũ prout cont. tex.singularis:& ibi Bartol. Ang.& Pla. in.l.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in.l.fi.C.de locatio. prędiorum.lib.11.q̃ non valet priuilegium principis etiam motu proprio cõcessum,per quod rem donatam vni, donat alteri & plus dicit ille tex.quòd si iudex iudicauerit secundũ priuilegium secũdo concessum,sententia sit nulla:& qui iudicauit puniatur in.c.libras auri.nam tale priuilegium ab omnibus iudicibus est refutãdum, vt in d.l.vniuersa ad idem tex.not. & ibi Pla. in.l.fi.C.defundis limi.lib.11. vbi habetur quòd non valet priuilegium in quo princeps concedit alicui fundos quos prius asignauerat militibus.

5 *Priuilegiũ decẽnio nõ vtẽdo amittitur cũ cõ.*

Et quo tempore perdatur priuilegiũ per non vsum breuiter considerando, hanc rem iura sunt in promptu.l.2.ff.de nundi.c. si de terra. c. accedentibus de priuileg.l.3.ti.7.par.5.tradunt.dd.maxime ibi Fel.in.c.cum accessissent de cõstit.Bart.& Alberi.& melius Ia.nu.53.in l.fi.ff.de consti. prin. & melius in.l.falso C.de diuers.rescrip. Deci.cõs.271.n.17. & alij multi tenent quòd per decem annos regulariter non vtendo perditur tale priuilegium & aliquando per.30. vel 40.vt in.d.c.si de terra &.c.accedẽtibus de priuil.& ibi gl.Anto.Andrę.& Abb.

At quando ex rescripto principis fit reductio ad ius cõmune nullo tẽpore prędscribitur priuilegium imo perpetuo durat,vt declarat.Fulg.in.d.l.fi. nu.3.de consti.princ.& sentit Ias. ibi nu.39.& in specie quando ex gratia principis restituitur vetus actio,vt tanto tempore duret quanto actio ipsa rẽstituta duraret not.tradit.Sali.in.l.falso.C.de diuer.res col.2.vers.transeo ad aliam lecturam.

Quia quando per priuilegium conceditur aliquod ius nõ facultas aliquid faciendi contra dispositionem iuris cõmunis idẽ tẽpus requiritur ad amissionẽ priuilegij, quod requiritur ad amissionem illius iuris,vt declarat Bartol.& doct.in.d.l.fi. notabiliter Abb. in.c.pro illorum de pręben.Innoc.host.& alij in. d.c.accedentibus.

Et quando per priuilegium conceditur aliquod concedentis ius tandiu durat priuilegium,quandiu ius illud sine priuilegio duraret etiam si priuatæ

persone concessum sit ita declarat Bar. in.d.l.fi.ff.de const.princ.quem sequũtur cæteri docto.idem not. Cinus Alb. Bal.& scriben.in.l.falso.C.de diuer. res. Cinus Albe.& Sali.in.l. voluntarie. C. de excu.tuto.glo.& doct.in.c. cum accessissent de const. & in. c. accedẽtibus de priui.domi.& Phili.in.c. 2.de immu. eccle.lib.6.Neq; vllus est qui contra dicat,tunc enim perditur priuilegium ex transcursu decẽnij, quando consistit in faciendo aliquid contra ius cõmune & hoc modo procedit text.in.l.1.ff.de nũdi.secus tamen si consistit in non faciẽdo: vt declarant doct. iã allegati. Alex. cons.33.vol.5. & ita distinguit text.in.l. 42.titu.18.part.3.& ibi plene per Greg. Lupum,Alex.cons.133.lib.2.

6 *Priuilegiũ ecclesiæ cõcessum quã to tempore amittatur.*

Et licet priuilegium priuatæ personæ cõcessum minore tempore amittatur,priuilegium tamen quòd conceditur ecclesiæ aut vniuersitati non amittitur nisi spatio quadraginta annorum, casus est in ecclesia in.c.accedẽtibus de priuileg.& idem dicunt doct.procedere in vniuersitate & ita declarat. Ioan. And.& Feli.in.d.c.cum accessissent.nu. 27.vers.hanc limitationẽ qui in fortiori casu affirmat q̃ si ecclesiæ concedatur priuilegium, quod consistat in faciendo,non amittitur, licet toto decennio nõ veniat in vsum nisi quadraginta anni pręterierint.

Priuilegium tamen intelligendũ est, quod eatenus valeret quatenus priuilegiatus eo esset vsus,vt not.glo.per text. ibi in.c.fi de terra ibi de priuilegio tñ in dulto tanto tempore vobis detrahere voluistis.de priuile.& in. c. accedẽtibus in glo.fi.in fi.eo.ti.& vtrobiq; not.doct. vnde si habens priuilegiũ nimis latum eo vsus sit stricte,eatenus sibi prędiudicat, vt non possit eo vti magis late vt not.Bar.& Angel.in.l.vsum aquę.C.de aquę ductu.lib.11. Innoc.in.c.accedentibus in fin.de priuileg.& est de mente. Abb.in.c.si de terra,& in.c.cum accessissent de constit.ad.fi.not. Alex.4. volu.cons.33.col.2. Ias.in.l.fin.ff.de consti. princ.& Franc. balbus.in tract.prędscriptio.4.parte.4.partis principalis vers.4.

quæro in fi.nu.15.

Et de iure videtur quòd non est standum verbis priuilegij sed exactioni solitæ,quia non est exigendum vltra quã consuetum sit determinat in indiuiduo Barto.in.l.vsum.C.de aquę duct. lib.11. vbi dicit illam legem esse notandam cõtra illos qui habent priuilegium nimis largum de aliquo faciendo, & illo priuilegio vtũtur multum stricte, quia nõ poterunt postea eo vti magis large,quã fuerunt vsi.

7 *Priuilegiũ q̃ vsum partis quatenus conseruetur.*

Et secundum decisionem hanc Bar. videtur pars renuntiare priuilegio in parte, qua non est vsus nec potest dici, quòd vtendo priuilegio in parte visus sit conseruare ius in totum,nec potest asignari ratio differentiæ etiamsi priuilegiũ transierit in vim contractus saltim lapsis.30.annis dequo articulo per Alex. cons.33. vol.5. & dictum Bart.sequitur Ias.in.l.2.in fi.1. col. C. de diuer. rescript.

Sed sunt,qui putent, quod per vsum partis contentorum in priuilegio, & si non fit totius rei in eo expresse, retinet ipsum priuilegiũ in omnibus, ita quòd non potest dici derogatum nec sublatũ per non vsum, vt probatur in. l. fi quis partem cum lege sequenti.ff. quemadmod.seruit.amitta.& in.l. arboribus.§. Iulianus ait.ff.de vsufructu vbi Bal.Bar. not.in.l.1.§.si quis hoc inter dicto. ff. de itinere actuq; priua.dicens quòd si habeo cõcessionem ab aliquo qui ius cõcedendi habet q̃ ex solutione vel retẽtione partis priuilegij retinetur totum priuilegium,tenent Innocent.& doct. in.c.dilectus de capel. monacho. doct. in.l.1. C. de emancipatione liberorum Paul.de Castro.in.l.imperium.ff.de iuris dictio.omni. iudicum & notat Hẽri. in.c.cum accessissent de consti.col. 5.dicens q̃ licet per non vsum perdatur priuilegiũ quòd tamen illud est verum quando priuilegiatus eod.non vtitur in aliquo:secus si pro parte vteretur, quia retinetur priuilegium in totum, idẽ tenet Felinus eod.c.cum accessissent. 12. col.est bona glo.c.vt priuilegia de priuilegijs vbi Ioan.Andręas Hostiẽsis Anto. & alij.& glo. c.fin.de consuetu.lib.6. vnde & dicunt Card.& doct.post Innocen.in.d.c. dilectus q̃ si episcopus longissimo tempore non exercuit contra aliquem de loco iurisdictionem,quã ex priuilegio habet, quòd si in parte eam exercuit,vt cõtra aliquos vel in aliquos de capitulo q̃ retinetur iurisdictio etiã in omnibus capitularibus plene per Decium cons. 271. in casu ad me trãsmisso de Hispania.nu.17.

Et Accurti. in. l. cum notissimi. §. in his etiam promissionibus in verbo per singulos annos. C. de prędscrip. 30. anno. dixit putare se quòd debitor in decem soluens quinq;, per annos triginta non prędscribit alia quinq; & ex antiqs vnus ab alio accepit. Post quos tamen super venerunt alij,qui tenuerunt totum oppositum iuribus & rationibus : dicunt enim hi & recte contrarium, nam videmus quòd ius episcopale præscribi potest pro parte & pro parte non.c.2. de capell.monach.circa finem:item si ego habebam vsumfructum & tantum vtar credens me tantum vsum habere,amitto vtilitatem fruendi vt.ff. quemadmo. vsusfruct.amitt.l.is qui, nam certę partis vel pro indiuiso vsumfructum non vtendo amitto.vt.ff.eod. tit.l.placet & sic etiam aliud ius:à simili isto pẽdet & pro parte præscribi potest.Item aliquis semisses vsuras debebat, si post multos annos minores soluerit semisses, non poterunt ab eo peti de cætero vt. ff. de vsuris.l.qui semisses.Præterea ibi diuersæ sunt istæ summę discretæ ergo vna sine altera prędscribi potest vt.C. de prędscrip.30.vel.40.anno.præterea cum diuersę sint summę solutio in vna re facta alij nõ prędiudicat vt in.c.inter dilectos de fide instr.&.C.res inter alios act.per totum item iuri suo videtur renuntiare creditor,eo quod tanto tempore tacuit, recipiendo singulis annis partem medietatemue vt in.c.si de terra de priuilegijs &.c.puella.2.q.2.&.c.si quis autem de regula.prędterea sibi debet imputare creditor, eo quòd tanto tempore tacuit vt.l.fi.in fi.C.de his qui à non domino manu.Item idem iuris est in parte

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod in toto.l.quę de tota.ff.de rei vēd. &.l.3.ff.pderelict.ſed totū pręſcribi pōt ergo & pars:itē ſi ſpeciale eſt in tributis ꝙ minus ſoluens nō pręſcribat vt.C.de pręſcr.30.anno.l. cōperit ergo per argumētū ab ſpeciali in alijs eſt ſecus:validū enim eſt in iure hoc argumentum ſpeciale,eſt in hoc caſu, ergo contrariū eſt ius commune in alijs.l.cum prętor.ff.de iudi.& hoc modo argumentandi arguēdum eſt in quæſtiōibus de facto occurrentibus.l.quod vero.ff.de legi. l. ſi vero.§.de viro. ff.ſolu.matri.vnde Bald.in authentica ſed quis.C.de ſecund.nupt. inquit ꝙ arguendo ad quæſtionem de facto debet ſic argui:hæc.l.continet ius ſingulare ergo in contrarium eſt ius cōmune vnde ex illo iure cōmuni non ex iure ſingularij arguendum eſt ad quæſtionem de facto ſecūdum eum,qui infert ad plures quæſtiones de quibus per eum ibi & hoc cōmendat multū Rode. Xuar.in repetitiōe. l. quoniā in prioribus.fol.81.co.4.C.de in off.teſt.in fi.ſecundum primam editionem &.ll.in cōtrarium adductæ parum aut nihil faciunt, nam text.in.l. arboribus. §. idem tractat,qui alias verſiculus eſt ſecundū. Alberi. ibi vbi dicitur ſeruum nomine fructuarij aliquid facere, nam ibi nō erat, qui reliquum vſum fructum perciperet,nec apparet poſsideri ab alio:vnde nec mirū ꝙ percipiendo partē vſusfructus conſeruetur ius in toto & ad.l. vna eſt via.ff.de ſerui.iuſti.prędior.cum ſimilibus cōgrua datur reſponſio, nam vt ibi dicit Floria.operatur hoc ſeruitus indiuidua, quia illud quod eſt indiuiſibile aut in totū perditur, aut in totum retinetur:& propterea nō videtur poſſe ſequi eius particularis interitus & ita etiam Hoſtie.in.c.auditis col.pe. de prę ſcrip.& illa diſtinctio quę fit per antiquos ſumpta occaſione col.is qui vſum fructū.ff.quibus mod.vſusfructus amit. quòd creditor qui recipit etiam longo tempore quinq;,ſciens ſibi deberi decē tunc ſibi non prędiudicat,nec contra eū debitor præſcribet, quia conſideratur affectus volentis retinere totum debitum,vt dicitur in verſicul.idem tractat. ſuprà allega.quod eſſe ſecus dicunt quādo putabat ſibi nō teneri ad maiorem quantitatem quàm ſit ſoluta, nam tunc cōtra eum bene pręſcribitur, quia non videtur habuiſſe animum retinendi ius illius obligationis, quam ignorat: nam hęc deciſio nullatenus contradicit concluſioni noſtræ quoniam hæ. ll. loquuntur in ſeruitutibus quæ per ſimplicem non vſum amittuntur, & ſcientia ab ignorātia vtentis diſtinguitur,& ibi debitor faciēdo ſi creditor vellet vti vel frui totum ſoluiſſe dicitur:vnde nō eſt inconueniens ꝙ non currat pręſcriptio:tamen in quęſtione,de qua agitur, non debemus cōſiderare tam animum recipientis,quàm ſoluentis qui agit de prętcribendo,& quando debitor ſoluit quinq; non vt partem debiti, ſed vt totum quaſi vltra nō teneatur: quis enim poterit aſſerere quòd non currat præſcriptio? Ita in indiuiduo determinat Salice.in.l.cum notiſsimi.§.in his col.1.C. de prętcrip.30.anno. & ſic ꝙ dicitur ꝙ per ſolutionem partis debitor recipiēs conſeruat ſibi ius in toto,procedit in indiuiduis vt ſuprà dictum eſt,aut qñ recipit quinq; vt partē debiti,& creditor ſoluit ea mente vt nō liberetur à toto. Et Anto.debutrio tenuit idem in.c. peruenit de cenſibus in fina.verb.ſui comen. quòd ſi ſingulis annis ſolui decem cum ſecundum veritatem debebam ducēta, per lapſum.30.annorum probatur renūciatio pro reſiduo: & opere preciū eſt legiſſe eundem Anto.debutri.in.c.auditus de prętcri.col.fi. paulo ante finem, vbi dicitur, ꝙ id quod dicitur vtens.in vno articulo cum intentione quærendi totum retinet vt.in.l.pomum. ff. de ſeruitu.procedit in indiuiſibilibus ſecus in rebus quę poſſunt ſeparari,vt in pecunia quæ recipit omnimodam diuiſionē quia poſſeſsio non conſeruatur niſi voluntate poſsidentis,vel ſi ex certa ſciētia,quis vtatur per te, vt quærat totum aliās in dubio præſumitur quod velit quærere poſsidens ad limitis vſus & nihil plus quærit: & præterea quod illud etiam poſsit procedere, quādo poſſeſsio erat vacans,quia tunc non eſt in cōueniens,

ueniens, quòd ratione partis conſeruet totum quòd non erat in caſu quo conſuluit Decius.d.conſ.271.nu.17.

8 *Priuilegiū nō amittitur,ſi eo vti deſijt impeditus.* Sed ꝙ diximus,per non vſum amitti priuilegium fallit primo quādo quis nō vtitur priuilegio quia nō potuit priuilegiatus, nunq̄ perditur priuilegiū etiā per mille annos tex.notabilis in.l. atilicinius.ff.de ſeruituti. ruſticorum prædior.& per illū tex.ita tenet gl.in.c.Abbate ſancti Siluani de verb.ſig. & ita notant Antoni.& Abb. cū alijs de quibus Iaſ.in.l.fi.ff.de conſtitutio. princ.col.10. vnde ſi per vim nō vtitur quis priuilegio ipſum non amittit vt per doct.in.c. fi de terra de priuile.cum alijs ſimilibus quibus in locis dicunt doctores ꝙ vbi poteſt conſiderari alia cauſa quā renuntiationis priuilegij, nunquàm amittitur per non vſum.

9 *Priuilegio nō vtēs mādato ſuperioribus nō præiudicatur.* Secūdò fallit quādo mandato ſuperioris vti deſijt vñ in propoſito elegan- ter dicunt Ioan. Andrę. Hoſtien. Anto. in.c.accedentibus de priuilegijs ꝙ ſi ex mādato facto ſuperioris quis facit actū contrariū ſuo priuilegio nunq̄ amittitur aliquo tempore ipſum priuilegium, quia coacte quodam modo facere dicitur per notata in.c.cum.m̄.de conſti. & late hoc fundat Alex.cōſ.33.incipiē.pōderatis hijs.4.par.poſt. Romanum.cōſ. 252.fin.col.dicit eſſe.tex.notabilem in.l. cura.ff.de munerib.& honorib.

10 *Eccleſia qñ præiudicet ſibi in ſuo priuilegio.* Tertiò, fallit in eccleſia & republica nā licet priuilegium aliqñ vnica cōuentiōe amittatur, fallit tñ in eccleſia & in republica ita declarat Anto.in.d.c.cum acceſsiſſent & ſequitur. Abb.ibi col.fin. verſ.vñ idē dicendū ſequitur & Barba. Feli.nu.29.verſ.3.limita.& verſ.per hoc etiam col.fi.verſ.ſexta & vltima.Carol. cōſ.228.vol.1.not.Inno.& Cano.in.d.c. accedētibus ratio horū eſt quia minores & qui minoribus ęquiparātur qualis eſt eccleſia & reſpublica nō poſſunt rerum ſuarum abdicationi cōſentire.l. titio centum in prin.ff.de cond.& de in l.2.C.pro emp.

11 *Priuilegiū poſitū in li-* Quartò, ꝙ per non vſum amittatur priuilegium fallit quādo facultas priuilegij eſt formaliter poſita in expreſſa &

libera voluntate perſonæ priuilegiatæ tunc enim nullo tempore perditur glo. in.c.vt priuilegia in glo.ſemel de priuileg.quam ſequitur Antoni.ibi & Calderi.in conſil.1.titūl. de præſcrip.quàm licet Iaſ.in.d.l.fina.nu.57.& Abb.& And. ibi aliter velint intelligere tamen communis eſt & vera ſecūdum.Bal. de prę- ſcriptiōe.4.parte quintæ partis principalis quæſtiōe. 4.& aurea ſecundū Fel. in.c.cum acceſsiſſent de conſtit. nu. 26. & Roch.in.c.fi.de conſuet.fol.43.] *bera voluntate priuilegiati nō perditur tempore.*

12 Quintò, fallit quando caſus priuilegij non ſe obtulit, & ſic quādo priuilegiatus non potuit vti prædicto priuilegio, tunc quia nunquā fuit in aliqua culpa, per mille annos non perditur. text. eſt in.l. & Attilicinus deſeruit.ruſtico. prædio.& per illum text.ita expręſſē tenet gloſ.in.c. Abbate ſancti Syluani de verbo.ſignifica. & ibi Anton.& Abbas. & idem eius additionator & Fel. & Deci.vbi multa congerūt in.c.cum acceſsiſſent de conſti.& Iaſ.vltra antiquos in l.fina. de conſtitu. princip. nume.53. ibi per mille annos non perditur,& in leg. falſo.ſuprà allega.facit dictum Bar. in.l. in filijs.C.de decurio lib.10.vbi dicit, ꝙ ſi habes ius eligendi in aliqua eccleſia rectorem,& per centum annos nō elegiſti,quia non expediebat, non amittis: idem tenet de ciuitate, quæ poteſt facere exercitum ſi non facit per multos annos,& idem tenet in.l. cū ſcimus. C. de agri. & cenſi.lib.11. in alio exemplo de terra recommendata, quæ tenetur facere exercitum, ſi per mille annos nō facit,ſequitur Ludoui.Roman.in repeti. rubric. de arbit. col. 20. & licet hæc ſufficiant, non omitto Innocen.in.cap. cum dilecti de capel.monacho. tenentem, quòd habens ius iuris dictionale, licet nō exerceat per plures annos,quia nō potuit,nec ſe obtulit caſus,nō amittit,facit gl.in cle.1.in glo.penult.de foro compet.& in.c.plerunq; de reſ.glo.2.& bene.in propoſito loquitur Ioā.And.in addi ad ſpecula. titu. de feud. Abb.c.ad audientiam de præſcrip.col.vlti.& Bal. Ange.& Albe.& Flo.in.l.hæc autem iura.ff.de ſeruitu.vrba.prædio.igitur.&c. *Priuilegiū non perditur per non vſum quādo caſus nō ſe obtulit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Consuetudini futuræ an derogatũ videatur per legem cõsuetudini derogãtẽ? egregia quæstio.*
2 *Consuetudo ius est.*
3 *Consuetudo inscio principe induci potest.*
4 *Consuetudo inscio principe an iure regio induci possit?*
5 *Principi reseruata acquiruntur, tempore etiam eo ignorante cum communi contra multos.*
6 *Consuetudo legi etiam superioris contraria eo ignaro induci potest tempore immemoriali.*
7 *Cõsuetudo legi superioris contraria eo ignaro an induci possit breuiore tempore q̃ immemoriali.*
8 *Et quid si consuetudo esset particularis.*
9 *Principis aliquid concedentis voluntas qualis esse videatur.*
10 *Consuetudo futura derogat legi etiam derogatoriæ consuetudinis, dũmodo sit generalis contra communem.*
11 *Consuetudinem particularem etiam futuram derogat & vincit lex sibi contraria, cum expressim consuetudini derogabat.*
12 *Intell. l. 3. titu. 2. part. 1.*
13 *Consuetudo tempore immemoriali recepta derogat legi etiam resistenti contra multos.*
14 *Præscriptio temporis immemorialis derogat legi etiam resistenti contra multos.*
15 *Testandi solẽnitas an cõsuetudine minui possit?*
15 *Intell. l. fi. C. de testam.*
16 *Testandi solennitas est iuris positiui.*
17 *Testam. fit à forensi cum solẽnitate illius loci vbi testam. fiebat.*
18 *Consuetudo an liget forenses?*
19 *Consuetudo nõ ligat subditos extra territorium.*
20 *Dotis ad mensuram inspicitur territoriũ mariti.*
21 *Sponsus an pro marito habeatur quo ad dotis mensuram? egregia pugna.*

1 *Consuetudini futuræ an derogatum videatur per l. cõsuetudini derogãtem & est ingẽs pugna.*

IEx, quę simpliciter & indifinite derogat consuetudini dubiũ est an præsenti & pręteritæ tantum derogasse videatur? an & futurę, & quid in priuilegijs, quæ à summis principibus alicui concessa essent non obstante contraria cõsuetudine vel cõtrario statuto: veluti si à summis principibus alicui datum esset priuilegiũ creãdi tabelliones non obstantibus contrarijs consuetudinibus vel priuilegijs qua in re cõmunis opinio esse videtur, vt tale priuilegium extendatur ad futurum priuilegium vel consuetudinem, & similiter quòd talis l. vincat consuetudinem futuram postea admissam, ita tenent. Dinus. & Bart. nume. 4. in l. fi mihi, & tibi. §. fi. ff. de legat. 1. vbi secuntur Bald. Angel. Imol. Cumanus. & Paul. & Alex. nume. 7. qui hanc dicit cõmunem sentẽtiam. Sequitur & dicit cõmunem opinionem Ias. ibi. num. 21. in prima lectura. Petrus de Ancharrano, & Paulus de Liaça, in clem. pri. de excesib. præla. Alber. in prima parte statutorum. q. 66. incipiente quæro de quæstione. & Paulus de cast. in l. fi stipulatus fuero. §. 1. ff. de verb. oblig.

Et quòd l. vel statutũ derogans consuetudini videatur etiam derogare futurę tenent Paulus de Liaça in Clem. 1. de electio. Bald. in. leg. 2. in. 2. oppos. C. quę sit longa consuetudo Ioan. Andrę. & Anto. in. c. certificari de sepultu. Bal. in. c. 1. in pri. de capitibus Corradij. Imola. & Abb. in. fi. de consuet. idem Imol. in. l. 3. ff. de testa. & est de mente Dini. & Bartol. vbi suprà firmat & dicit cõmunem opinio. Ias. in. l. cunctos populos nu. 73. de summa trinit. C. & Alexandr. vbi suprà. nume. 8. sentit Bald. in. d. l. de quibus. ff. de legibus. col. 2. Abb. in. c. 2. de prob. Romanus in. l. fi nõ speciali. C. de testam. Abb. in. c. fi. n. 22. & ibi. Anto. Butrius in repeti. nume. 53. Barto. in. d. l. de quibus nu. 5. Loazes in tracta. de matrimo. regis Anglię in primo fundamẽto pro parte affirmatiua. n. 32. Petrus rebusus in gl. ad cõstitutiones Galliæ parte. 1. in proœmio glo. 5. nu. 144. Alex. in l. fi non speciali. nu. 4. C. de testam. vbi etiã in nu. 2. firmat. magis cõem opinionem esse, vt derogatum videatur etiam futuræ cõsuetudini. quod & tenet Feli. in. c. cũ causa. nu. 12. de re. iudica. idẽ Fel. in. c. accedẽtes de pręscri. n. 6. col. 5. vers. tertius casus. & rursus ibi vers. fallit tertio. & Petrus. in reg. 144. Paul. col. fi. & Ias. nu. 55. qui hanc dicit cõem opi. in. d. l. de quibus. Cõtrariam partẽ tenẽt glo. in clem. statutũ de electio. verb. consuetudine. Petrus & Cinus. in. l. dudũ. C. de cõtra. empti. Petrus Cinus. & Bal. in. l. fi. C. de test. Bar. in. l. cũctos populos. C. de sum. trini. n. 23. v̊ s. nõ obstat. l. fi. infra de test. Sed superiorẽ cõem op. sequũtur, & dicunt cõem Roma. & Corneus co. 3. in. l. fi nõ speciali. C. de test. vbi Paul. sequtur & dicit cõem op. Decius in. c. 2. de probati

probati. nume. 11. vbi not. limi. per Soci. in. d. l. fi mihi. §. fi. Alex. cõs. 195. viso test. lib. 2. domi. in. c. 1. col. fi. de const. in. 6.

2 *Consuetudo est ius cum communi.*

Pro hac secunda opinione facit, quia consuetudo est ius. §. ex nõ scripto. inst. de iure natu. l. 1. C. quæ sit lõg. consue. l. de quibus cum duabus legibus sequẽt. ff. de legib. vnde consuetudo & statutũ venit appellatione iuris vt per Anto. de But. in. c. quintauallis. nu. 49. de iure iur. Alex. in. l. post dotem. num. 26. ff. soluto. matri. Paul. in. l. ius pluribus. nu. 3. de iusti. & iure. Abb. in proœ. Clementi. in princ. sequitur & dicit cõmunem opinionem. Crotus. in. d. l. omnes populi in primo notabili. & est cõ. opi. secũ. Claudium de sei sello. in. l. ius pluribus. nu. 4. ff. de iusti. & iure. Rochus de curte. in rubrica de consuet. in. 6. q. nu. 5. Paul. in. l. prę scriptione nu. 11. C. si contra ius, vel vtil. publ. Abb. in. c. cumana. nu. 11. de electio. & in. c. cum veniissent. n. 4. de eo qui mitti. in posse. & in. c. licet causam. nu. 2. de proba. Prępos. in. c. ius generale 1. distin. nu. 8. Felinus in. d. c. generali prima disti. in. 1. & 2. col. & in. d. c. licet causam. nu. 3. & in. c. 1. nu. 1. de spons. Ias. in. l. omnes populi in. 1. lectura. nu. 5. & in. 2. lectura. nu. 19. ff. de iusti. & iure. & in. l. præscriptione. nu. 14. C. si. cõtra ius. vel vtilita. publi. & in. nu. 18. vbi. in. nu. 20. dicit istam esse cõm. opinionẽ. Philippus Decius. in. d. c. licet causam. nu. 20.

Cum ergo ista futura cõsuetudo superueniens sit ius, & iura posteriora derogent prioribus. l. nam & posteriores. ff. de legib. l. fi mihi & ibi. §. fi. ff. de legat. 1. l. fi quis in princ. testamenti. ff. de lega. 3. l. pacta nouissima. C. de pact. sequitur dictam consuetudinem futuram vincere debere legem illam pręcedentem, vt cunq; sit derogatoriam, quia legislator non potuit illam legem sibi imponere aqua sibi ipsi non liceret recedere vt. d. l. fi quis in princ. &. dict. l. fi mihi & tibi §. final.

3 *Consuetudo inscio principe induci pot cũ coi cõtra multos.*

Præterea induci potest consuetudo & efficax est etiam si nõ inducatur sciẽte principe, vel eo qui ius condere potest ita tenent glo. in. cap. in istis. §. leges in glo. fi. 4. distinct. Geminianus. in. cap. fruſtra. 8. distinct. qui hanc dicit cõmu. opinionem. & ibi. Prępositus. nu. 9. Corneus. cons. 155. nu. 7. lib. 4. Abb. in. c. fi. & ibi cõmuniter doctores de consuetud. vbi Barba. nume. 71. hanc dicit cõmun. op. Abb. cons. 7. lib. 2. Quamuis contrarium & minus recte teneant. gl. in. c. fi. de consuetu. & glo. in. dict. cap. fruſtra. Oldral. cons. 237. nume. 9. cons. 244. nu. 7. Ioannes Azo, & Acursius in. leg. 2. C. quæ sit longa consuet. Innocen. in rubr. de consuet. colũ. 2. Angel. in dict. leg. de quibus col. prima Lucas de pœna. in rubrica. C. de decret. decurio. lib. 10. Gregor. Lupus in leg. 3. in glos. consenciendolo & in. l. 5. in glos. sabiẽdolo el señor. titul. 2. part. prima & in. l. 12. titu. 1. part. 1. per text. in. dict. l. 3. & in. d. l. 5. in quibus hodie iure regio hęc posterior opi-

4 *Quid iure regio.*

nio approbatur: sed de iure cõi prior opinio verior est quia cũ loquimur de consuetudine intelligitur de consuetudine legitime præscripta, vt tradunt omnia iura, & auctores suprà relati, nec dubium est quin pręscriptio noceat domino rei vel iuris de quo præscribẽdo agitur, quando est ignorans non secus quam si esset sciens. l. fin. C. de præscrip. lõgo. tempo. & sic quod principe etiam ignorante præscribatur talis consuetudo tenet Bartol. in. l. cunctos populos. nume. 22. C. de summa. trinit. vltra eos quos suprà retulimus & ibi Ias. nume. 79. quod probatur in. l. omnes populi suprà allegata & in. §. ius autẽ inst. de iure natu. & in. d. l. de quibus. Quini-

5 *Principi reseruata quæ runtur tẽpore etiã eo ignorãte cũ cõi contra plures.*

mo etiã ea quæ principi reseruata sunt per consuetudinem eo etiam ignorante inductam adquiruntur & pręscribũtur, vt est communis opinionis quam tenent Imol. in. l. fi publicanus. §. in omnibus col. 1. ff. de publi. Gregorius Lupus in. l. 3. titu. 2. part. 1. in glos. consenciẽdolo. in fi. Alcia. in. l. minus. ff. de verb. signifi. Felin. qui idem tenet in cap. cum nobis. nume. 2. de præscrip. Ias. in. l. imperium. nume. 21. ff. de iuris omni. iudi. Alex. vbi dicit hanc esse cõmu. opinionem in. cons. 6. nu. 6. vol. 1. eandem opi. tenet Alex. in cons. 125. nu. 1. vol. 2. & in cons. 24. num. 16. vol. 3. Balbus in tracta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præscrip.in.2.part.3.par.prin.q.6.nu.22. Curtius iunior. cons.158. nu.12. Iacobinus de sancto Gregorio.in tracta. feud. in parte cum mero & mixto imperio. nu.20.Anto.rubeus Alexandrinus cōs. 21.nu.6.licet contrarium tenuerit glos. in.c.penu.de filijs presbite.& Geminianus.in summa.11.dist.& sentit Barto.in. d. §. in omnibus cum ergo consuetudo posterior sit ius iusq; posterius necesse est vt vincat legem anteriorem cum le gislator eam legem sibi ipsi aut populo imponere non posset à qua non liceret recedere paulatimq; ab illa lege vtcunq; derogatoria per illius consuetudinis contrarię admissionem & receptionē recessum videtur, quid dicendum & quidem primum de potestate agēdum est deinde de voluntate concedētis inspiciemus ac differemus,quoad potesta tem hodie ius & potestas legis condē- dæ videtur residere penes imperatorē solū vel eos principes qui ad instar imperatorum nullum recognoscūt superiorem in temporalibus.l.1.ff.de consti. principum ibi populus ei & in eū omne suum imperium & potestatem cōtulit ergo apud populum remāsit nihil, quia qui totū dicit nihil excludit.l. Iulianus. ff.de lega.3.ad idem.§.sed & ꝙ principi inst.de iure natur. ꝙ iure regio expeditius est quia leg.12.ti.1.part. 1. nominatim cautum est ne quisquā alius præter principem possit condere leges & cum consuetudo sit lex tacita vimq; legis habeat.l.de quibus.ff.de legib.§.ex nō scripto inst. de iure nat.l.1. C. quæsit long. consue.non poterit à populo induci nō magis quàm lex expressa nisi vel princeps eam cōsuetudinem confirmauerit vel eam admissam sciat & toleret quia tunc assentiri & permittere videtur secundum omnes doct. suprà relatos & Greg.lup.in.l.3.ti.2.par.1. verb. consenciendolo. vel nisi ea cōsuetudo non sit contra legem superioris quo casu valet in ea regione vbi admissa est etiā principe ignaro,vt tradunt pleriq; eorū quos suprà retulimus & Grego.lupus vbi suprà & in.l.12.ti.1.par.1. ꝙ & iure regio procederet quo iure intelligēdū est ve-

titam esse potestatē condendę legis vel recipiendę cōsuetudinis quę legi superioris aduersarentur non sic si minime repugnarentur secūdum eum,ꝙ intel-
6 lige nisi cōsuetudo esset tanti temporis cuius initij memoria nō esset nā ea etiā iure regio vim legis aut priuilegij à rege cōcessi haberet licet nō constaret de scientia principis.c.super quibusdam.§. præterea de verb.signi.tradūtq; nō pauci eorū quos suprà retulimus & Crego. lu.in.d.l.3.glo.consenciendolo in fi.etiā si legibus cōibus aut regijs aduersaretur secūdum eum ergo aut cōsuetudo vel statutum nō aduersatur legi superioris & valet iure tā regio q̄ cōi in regione illa in qua recepta est secūdū Lupū vbi supꝰ & eundē in.l.12.supꝰ.allegata in glo. otro ninguno de eius cons.17.viso pūcto secundū eūd.Decius cōs.199. col.2. Alex.cōs.124.super.1.quęsito li.4.vers. quātū aūt ancharra.in.c.canonū statuta de cōstitu.Soci.cōs.272.prosequēdo ordiné quęstionū li.2.Alex.in.l.nemo pōt
7 col.1.ff.de lega.1.facit.l.formā.ff. de off. præs.prętorio aut tale statutū vel cōsuetudo legi superioris aduersatur & si q̄dē fit cōsuetudo admissa p totū regnū vel regionē vbi rex ille imperat valet similiter quia præsumitur eius sciētia ne ipse turpiter ignorare videatur ꝙ oēs intelligūt cū reipublicæ cura & tutela ac administratio quasi humeris suis ferēda sit.ff.de Orig.iur.l.2.§.deinde quia difficile iūcta lege leges sacrat.C.de legib.&.d.l.de q̄bus ad.c.fi. de cōsuet.respō deo ꝙ loq̄tur in cōsuetudine locali
8 & particulari nō in vniuersali. Quòd si cōsuetudo sit particularis quę prę̄sumit̄ ignorari à superiore.d.c.fi.tūc cū aduersetur iuri & legi supioris si q̄dē fit ius diuinum vel naturale nō valeret iure cōi nec iure regio secūdū cōes opi.in locis superioribus:ꝙ si sit contra ius positiuū valeret de iure cōi vt tenet & dicit cōiter teneri Greg.lup.in.l.3.gl. contra los derechos.titu.2.part.1.idem Greg. in.l. 2.titu.1.part.1. & volunt pleriq; eorum quos suprà retuli.& Bart.col. 2. &.3. & Ias.col.18.in.dict.l.de quibus idem iure regio si princeps expressim assentiret

Consuetudo legi superioris cōtraria eo etiā ignaro induci potest tēpore immemoriali.

Quid si tēpus sit breuius.

Quid si consuetudo esset particularis.

aut

aut cum conscius esset minime contradiceret vt.d.l.3.nō sic si ignoraret & lōge minus si expressim cōtradiceret vt
9 ibid. secundum eum. Hactenus de potestate nunc vero quoad voluntatem cōcedētis in quæstione superiore dum agebamus an priuilegium creandi tabelliones mihi à principe datum cū derogatione statutorum contrariorum,aut contrarię consuetudinis extendatur,& hæc derogatio ad consuetudines futuras vel ad futura statuta magis est vt extēdatur secundū cōem opi.suprà relatā quia de potestate principis dubitādum non est.d.l.1.de.const.principum. §. sed & quòd principi inst.de iure nat. volun
11 tas autem eius tam ad futura sese vertit quàm ad præterita quia locorū particularium consuetudines præteritas tam ignorare prę̄sumitur princeps vt in.d.c. fi. quàm futuras quas scire impossibile est,vnde parem rationem & voluntatē esse credēdum est in vtrisq; consuetudinibus aut statutis derogandis nempe tam præteritis quàm futuris ergo,&c.l. illud ad legem aquiliam, & quia verba & dispositio simpliciter prolata respiciunt tam præterita quàm futura.l.placet.ff.de lib.& posth.l.solemus cum ibi notatis.ff.de cond.& dem. Sed quid in
10 lege generali quæ facta est cum derogatione consuetudinis an etiam ad futuras consuetudines extendatur ea derogatio cōmunis op.supra relata ꝙ sic sed non pauci tenent contrarium vt cōtra retulimus & quidem de iure communi quando consuetudo esset generalis totius regni cuius rex illam legem tulit pars negatiua communi opinioni contraria verior esset quia cum iure cōmuni cōsuetudo generalis quæ aduersatur legi superioris valeat etiam inscio rege qui in dubio vetare videtur.l.qui vas.§. vetare. ff. de furtis similiter valebit eo etiam expressim repugnante quādo talis consuetudo esset contra ius tum positiuum, princeps ergo dum est in fieri antequàm perfecta fiat ea consuetudo poterit legis suę derogatorie transgressores punire ficq; efficere ne ea legitime prę̄scribatur & introducatur,ꝙ si id

Prīcipis Volu.concedētis qui alijs videatur.

Cōsuetudo futura derogat legi etiam derogatoriæ cōsuetudinis contra communem dū modo sit generalis.

omiserit eaq; semel & legitimē admissa & præscripta fuerit non poterit non obtinere vim legis donec contraria cōsuetudine vel lege sublata fuerit:sicque vt talis lex facta cum derogatione aliarum legum postea ferendarum adhuc si aliq; postea leges cōtrarię fierēt, prior illa lex cum suis derogationibus euanesceret.d.l.nam & posteriores. d.l. si mihi & tibi.§.fi.de lega. 1.d.l.fi quis in prīcipio testamēti.ff.de lega.1.siquis in prīcipio testamēti.ff.de lega.3.d.l.pacta nouissima ita quoq; per consuetudinem contrariam vniuersalē totius regni vel regionis euanescit. d.l. de quibus cum
11 similibus suprà allegatis. Quòd si consuetudo superueniens esset particularis (puta vnius aut alterius oppidi)tunc cū in principe hoc casu cadat iuxta ignorā tia.d.c.fi.de consuet.sicq; non potuerit nominatim ortui & progressui huius cō suetudinis obuiare nisi per derogationem quam antea in lege ferenda generaliter fecerat,ęquius est consuetudinē in contrarium admissam nullius momēti esse magisq; clandestinam & per hoc viciosam videri ita intelligo auth.nauigia.C.de furtis.l.eos.§.1. C. de vsuris & ita cauetur in.l.2.titu.2.par.1.& per Ioā. Andr.in summa de consuet. quam posuit in fi.tit.de consuet.in nouella vers. visa col.1.facit.l.palā. ff. de ritu nuptiarum.l.labeo.ff.de aqua pluui. arcēda. ergo isto casu communis opi.suprà relata longe verior esset quàm contraria, tenendumque esset vt lex generalis facta cum derogatione consuetudinis cōtrarię extendatur ad consuetudinem cōtrariam etiam futuram si modo particularis sit nā isto casu ea lex generalis per talem consuetudinem nō videretur sopita etiam in illo populo vel oppidovbi viguit illa contraria consuetudo.

Cōsuetudine in particulari desēditur cōmunis op.

Ergo idē de iure nostro regio quando consuetudo superueniens quæ ad-
12 uersatur legi factę cum derogatione cō suetudinis contrariæ esset particularis nam tunc quasi clandestina & viciosa videretur nec assumeret vim legis per d.l.2.titu . 2. part.1. quòd si consuetudo esset generalis tunc adhuc idem vide-

Intell.l.3.ti. 2.par.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur quia contra legem superioris maxime habentẽ clausulã derogatoriam nõ potuit admitti arg.d.l.3.ti.2.par.1.adhuc tñ cõtrarium admitti potest nam cum princeps Hispanus eam cõsuetudinem vniuersalem vel sciat vel scire debeat cum non clandestine huc aut illuc sed vbiq; locorum regni sui non momento temporis aut vnico actu sed successiuis vicibus ac temporibus nõ ipso rege aut alio renitente sed omnium applausu & tranquillitate & assensu citra vllam cõtentionem fuerit admissa satis superq; ipse princeps vel re vera sciuit vel scire intelligitur vel magistratus eius locum tenentes sicque legitime prescripta intelligitur legitimeque per eam à lege contraria vtcunque derogatoria recessum videtur &.d.l.3.tit.2.part.1.dum ait non valere consuetudinem contra iura & leges latas intelligenda est loqui in consuetudine loci aut locorum particularium quę quando est contra legem latam quodãmodo clandestina videtur l.2.eod.titu.vel intelligenda est quando esset contra ius naturale vel diuinũ quod & iure communi vt diximus obtinebat sicque hac in re inter ius cõmune & regium non erit differentia & merito quia constat Regem Alfonsum illarum legum partitarum auctorem non tam ius cõmune vlla ex parte corrigere quàm omne illud traducere voluisse est que nouus & non inelegans sensus ad dd.ll.partitarum, tenendo nostras sententias parum me mouet quòd Alexã. nu.8.in.d.l.si mihi & tibi.§.fi.ff.de lega. 1.& Bartol.in.d.l.de quibus nu.5. aiunt s.quòd quando lex derogat consuetudini tunc consuetudo contraria superueniens dicitur irrationabilis & illegitima sicque non valet cum ad esse consuetudinis requiratur quòd sit iusta & rationabilis.c.fi.de consuetudine.l.2. & 3.titu.2.part.1. sed id sane nihil est, quis enim vetat quin vt lege illa derogatoria aliquid rationabile reputandum fuit non similiter alia postea lege lata in cõtrarium vel in contrarium consuetudine admissa quòd posterius receptũ est iustius & ęquius videatur cum quotidie leges iura & constitutiones mutãtionem recipiant.l.omnes populi.ff.de iusti. & iure.§.sed naturalia instr. de iure natur. Deniq; ex superioribus apparet an sit vera sententia Felini in ca. accendentes de præscrip.nume. 6. eiusdem Felini in.c.cum causa nume. 12. de re iudi. eiusdem in.c.cum ex officij nu. 13.de præscript. ait enim post alios quos ipse refert & etiam Petr. du. regu. 144. quòd quando lex improbat consuetudinem & nominatim resistit tunc consuetudo in contrarium non valeret etiã si esset tãti temporis cuius initij memoria nulla esset. Idemq; in præscriptione secundum eos nam si lex resistit in aliqua materia præscriptioni tunc consuetudo vel præscriptio contraria etiã tanti temporis cuius memoria nõ existeret non sufficeret ꝙ & tenuit Abbas. in.c.cum ex officij suprà allegato & ibi Antonius Cardin.in Clem.2.in prin.& in.8.q.de rebus alie.non alienãdis Imola in.c.fi.de consuet. sed quòd de consuetudine cuius initij memoria non est firmant id indubitanter verum non est cum illud tempus habeat vim priuilegij c.1.de præscrip.in.6.c.super quibusdam §.præterea de verborum signi.l. hoc iure.§.ductus aquę de aqua coti. ff.&.leg. 1.§.fina.l.2.§.apud na musam.ff. de aqua plui. ar. nec dubium est quin princeps per legem derogatoriam nõ voluit nec potuit sibi auferre facultatem similium priuilegiorum concedẽdorum.l.si quis in principio testamenti.ff.de legat.3.l.si mihi & tibi. §. fina.ff. de legat. 1.iuncta lege.1.ff.de constit.princ.§.sed & quòd principi inst.de iure nat.quòd in specie tenuit Gregorius Lupus in leg.3.titu.2. part.1.in glos. consentiendolo in fin.& nobis videtur ex mẽte doctorum. Deniq; quòd dicunt de prescriptione tanti temporis cuius initij memoria non est id rursus suspectum puto tum quòd id tempus vim habet priuilegij vt modo docebamur etiã quòd inter species præscriptionum id tempus non cõnumeratur vt docemur alibi latius sicque prohibitio illa non comprehendit nostrum tempus cuius initij memoria nõ est

Consuetudo tempore immemorali recepta derogat legi etiam resistẽti cõtramulos.

Idẽ in præscriptiõe cõtra eosd.

est nec acquisitionis modum qui per tãti temporis interuentum contingit pro nobis, quia consuetudo non secus quã l.tollitur per aliam consuetudinem superuenientem priori cõtrariam.gl.in.l. remo.in.§.temporalis. ff.de regul.iuris. quam regulam.per illũ tex.ponit Abb. in.c.fi.de consuet.nu.19.& ibi.Anto.de But.in rep.nume.63.Barba.in.d.c. fi. nu. 76.de consue.l.fin.C.de seruit. & aqua. Areti.in cons.23.nu.11.&.12. Ias.in.l. beneficium.nu.58.ff.de consti. princip. facit text.in.c.1.de reg.iur.in antiquis, & hãc opinionem tenet Felinus in.c.cum accessissent.nu.30.de const.in vers.7.limita.& ibi. Deci.n.93.Ias.in.l.de quibus nu.79.&.80.ff.de.ll. Card.in cõs.131.n.6. Paul.Parisi.in cõs.21.n.14. vol.1. Hierocagnolus.in. l.nemo.in.§.temporalis.ff. de re.iur. Alcia.in.l.moribus. nu.3.ff. de vulga.Bernar.delueo.in regul.142.Rochus de curte.in tract. de cõsue.nu.405.

15 *Testandi solẽnitas an consuetudine minui possit.*

Ex superioribus etiam apparet an vera sit opinio existimantium non valere statutum aut consuetudinem per quam minueretur solennitas testamentorum faciendorum quam opinionem tenuerunt Iacobus de arena in sua disputatione incipiente secundũ consuetudinem ciuitatis Venetiarum quę reperitur inter consilia Bart.Imola.in.l.3.ff.de testa.

Res dubia

sentiunt Abb. & Antonius in.cap. 2. de probati.Ioãnes And.ad Specul.de inst. ędition.§.cõpẽdiose vers.sed nunquid de consuetudine.cum vers.seq.Oldraldus consilio.268.præsupposita consultatione.q.2.mouentur primum per.l.fin. C.de testamentis per locum ab speciali nam ibi iure singulari permissum est rusticis testari cum minore numero testiũ quàm sit numerus solennis ergo in cõtrarium est ius cõmune in reliquis personis prẽter rusticos, prẽterea ibi fit mẽtio de antiqua cõsuetudine rusticorum in testamentis cum leuiore quàm communi solennitate faciendis eamq; consuetudinem ita demum approbat si saltem adsint quinq; testes nõ aliter ergo illa cõsuetudo per se nõ sufficiebat, sed amisso multiloquio verus sensus illius tex.est ꝙ erat consuetudo in aliquo vel aliquibus locis vt rustici facerent testa. cum minore nu.testium quàm solenni, & illa peculiaris consuetudo quę nõ in omnibus terris aut regionibus Romani imperatoris legem illam facientis vrgebat sed huc aut forte illuc vrgere rumor erat dedit causam seu occasionẽ ad illã legem condendam sic generalem per quam in omni orbe liceret rusticis cum minori obseruatione quàm solenni testari sicq; ea lex in eo vtilis fuit & est: ꝙ iam in omni orbe rusticis licebit testari cum minore solẽnitate quàm cõmuni s.cum ea quæ ibi describitur cum antea rusticis non aliter liceret testari quã cũ soléni obseruatione nisi vbi vrgebat cõtraria cõsuetudo vbi aũt vrgebat contraria cõsuetudo vel etiã hodie viget nihil per illam legẽ immutatũ est sed etiã post illã legẽ permissum esse intelligẽdũ est sua vti peculiari consuetudine legitime præscripta ꝙ etiã suadetur ex ratione & prẽfatione quę in ipsamet.l.fi. expressa est quę tota fertur in fauorem rusticorum & exqua verus sensus ad illam sumẽdus est.l.fi.C.de hęr.inst.l.adigere.§.quis.ff.de in ius vocãdo. l.cũ pr̃ §.dulcissimis.ff.de lega.2.ergo talis lex fauore facta rusticorũ in eorũ legionẽ cõuerti non debet cõtra mẽtem & sententiam ipsiusmet legislatoris. l.legata inutiliter.ff.de lega.1.l. legata inutiliter ff.de adim.legatis prẽterea consuetudo de qua in.d.l.fi.ꝑ modũ causę impulsiuę & occasionis illius legis ferẽdę reddita est vñ succedit regula ꝙ etiã si talis rõ impulsiua vel occasio vera nõ esset sicq; re vera tales rustici de quibus mẽtio fit in.d.l.fi.nunq̃ habuissent talem consuetudinẽ.l.illa non desineret locũ habere cõis op.est Bar.& aliorũ in.l.demõstratio falsa.§.ꝙ aũt.ff.de cõd.& dem.ꝑ Tiraquelum de causa cessante parte.2.

Ergo in cõsuetudine de qua in.d.l.fi. fit mẽtio nõ põt fieri sufficiẽs fundamẽtũ qa licet ita relatũ fuerit Iustiniano illius legis autori potuit nõ esse verũ talẽ cõsuetudinẽ vllibi vigere, sed etiã si vrgeret ille tex.magis ꝑbat valere talẽ cõsuetudinẽ ꝑ q̃ minuatur solẽnitas testãdi quia ibi posito pro cõstanti ꝙ aderat

Universidad de Deusto
Biblioteca

talis consuetudo & ꝙ valebat statuitur l.illa generalis eam consuetudinẽ porrigens ad vniuersum orbem cum moderamine tamen.

Secũdò, adducitur pro hac parte negatiua.l.si non speciali.C.de testam.vbi dicitur non valere testam.nisi testes fuerint in conspectu testatoris præterquã si speciali priuilegio id datum esset patrię illi vbi testabatur ergo si ipsa patria vel per consuetudinem vel per statutũ posit sibi prouidere frustra precibus & priuilegiis vteretur sed respondè quòd ibi fuit exceptus ille casus tanquàm frequentius contingens, vel ꝙ priuilegiũ de quo ibi fit mentio est illud ꝙ ipsa patria sibi acquireret per specialem consuetudinem vel per speciale statutũ vel peculiarem principis indulgentiam & concessionem.

Tertiò, arguitur ꝙ reprobata cõsuetudine etiam futura videtur reprobari sed ibi in.d.l.fi. reprobatur consuetudo ergo, &c. respondeꝙ ibi non reprobatur consuetudo sed posito pio constanti quòd antea vrgebatur talis cõsuetudo approbatur quo ad loca vbi vigebat intacta nullaque ex parte diminuta, & extenditur ad reliqua omnia loca sub moderamine de quo ibi, ita vt in reliqs alijs locis non sit necessaria talis consuetudo prędscripta sed sola illius legis auctoritate vt testamẽtum à rusticis cum minore obseruatione quàm cõmuni fieri posit sicq; tex. ille re vera probat opinionem contrariam & cõmunem quæ habet ꝓ statũ vel consuetudinem posse solẽnitatem testãdi coarctari quam opinionem tenẽt Bar.Bal.Sali.Paul.Romanus & Corneus in. d.l. si nõ speciali vbi Paul.Roma.& Corn. firmant hanc esse cõmunẽ op.Cinus Bar.Bal. Sali.& Fulgo. & Ia.nu.80.qui hanc dicit cõmunẽ opi.in.l.cunctos populos.C.de summa trinitate Decius, qui hãc dicit cõmunem op.in.c.2.de probati.nu.12.Paul.& cõmuniter doc.vbi Corneus col.fi.hãc dicit cõmunem op.in.d.l.fi. de testa. C. Bal.in.l.sed & ea in lect.2. ff. de legibus Angelus & Paul.in.l.3.ff.de test.Speculator de instrum.editi. §. compendiose

verſ.sed nunquid de cõsuetudine cum verſ.seq.Bar.in rep.l.de quibus.ff.de legibus Angelus cõs.126.Ias.nu.1.in.d.l. si non speciali Bar.Bal.Paul. & Ias. nu.10. vbi hãc dicit cõmunem op.in.d.l. fi. C. de testam.Bald.in.l.si certis annis.C. de pact.Bal.in.l.1.C. quę sit longa consuetudo.idẽ Bal.in auth.defũcto.C.ad Tertu.idẽ Bal.in.l.de quibus.ff. de legibus.

Testandi solẽnitas est iuris positiui.

16 Pro hac cõmuni opinione omissis leuibus facit illa cõmunis & vera opinio supra relata quæ habet de iure cõmuni valere cõsuetudinem vnius vel alterius loci contra ius cõmune positiuum, nec dubium est quin solẽnitas testandi sit inducta de iure positiuo vt ex cõmuni opinione plenissime resoluimus in lib. de successi.creatione. §. 1. in prin. ergo alio iure cõmuni potest tolli vel minui c.omnis res de regul.iuris.l.nihil tam naturale.ff.eod.§.sed naturalia inst. de iure natur.item facit generalitas.l.omnes populi & quę ibi late habentur per Bar. & alios ibi.ff.de iust.& iure.d. §. sed naturalia. l.ius ciuile.ff. de iust. & iure vbi generaliter videtur populis permissum facere statuta sic ergo, &c. Facit quia sunt innumeri casus in quibus relaxatur solẽnitas testandi vt pote descendens à mero iure positiuo vt docemur latissime li. nostro de successionũ creatione parte seu li.3.in pri.per totũ illum librum ergo quid mirum aut nouum si in specie nostra relaxetur?

Testam. fit à forensi cũ solennitate loci vbi testabatur cũ cõmuni cõtra multos.

17 Ex superioribus apparet an vera sit illa cõmunis op. quæ habet valere test. factum cũ minori aut breuiore seu pauciori testium numero quàm solẽni si fieret. Venetijs etiam à forensi cum ibi vrgeat consuetudo vel statutum quo cauetur valere testa. factum cũ pauciore numero testium quàm solẽni quam cõmunem op.tenuerunt Bar.nu.25.&. 23. in.d.l.cunctos populos. C.de summa trinit.idem Bar.nu.20.ff.de legibus in.l.de quibus Ias.qui hanc dicit cõmunem op. in.d.l.cunctos populos.num.82. Cynus Bart.Bal.Salicet.& Fulgosus.in.d.l.cũctos Ias.in.d.l.de quibus.nu.39. Parisius cons.25.nu.24.lib.1.

Consuetudo an liget forenses.

18 Cõtrariam partem vt tale testamẽtum

tum factum cum minore nu. testiũ quã solenni non valeat tenuit Iacob.de arena.in disputatiõe superius relata & Oldraldus cons.268. alias. 248. pro quorũ opinione facit quòd forenses non ligãtur consuetudine peculiari alicuius loci aut populi vbi morã non contraxerũt, licet ibi casu inueniantur.glo.& ibi cõmunitur doc.in.c.qui contra.verbo.aut peregrini.8.distin. facit text.in.c. certificari de sepult.& in .c.vt animarum de cõsti.lib.6,l.fi.ff.de iuris.omni.iudi. Oldral.in cons.248.nu.1.facit tex.in.l.2.C. quę sit long.consue.in. l. venditor. in.§. si constat.ff.cõmu.prædi. ita Bart. in.l. de quibus.nu.26.quẽ ibi sequuntur Ias. & docto.ff.de legib.idem Bart.in.l. cũctos populos. nu.20. & ibi etiam Ias. & docto.C.de summa.trinita.Corneus in cons.83.nu. 15. volu. 4. Paulus. Parisi.in cons.25.nu.24.vol.1. Albertus Brunus. in cons.20.nu.7. Abb.in.c. postulasti de foro compe.eundem Abb. Barba. & Felinus in.c.fi.eod.titu. Ioannes Igne. in.l. cum fisco.nu.34. ff. ad fillania. Rochus de curte.in tracta.de cõsue.nu.699.Romanus cons.163.Beorius in consuet.Viturícens.ti.de iuris.om.iu.§.3.gl.2.

19 *Cõsuetudo nõ ligat subditos extra territoriũ.*

Nam & similiter per contrariũ subditos non ligat consuetudo extra territorium.d.c.vt animarum.§.1.vbi Gemi nianus.& doct.Bart.in.l.1.nu.50.de summa.trinita.& nume.51. sequitur & dicit cõm.opi.Felinus in.c.à nobis.col.1.n. 6. de sent.excõm. Rochus de curte.de cõsuetudine nu.729.Alex.cons. 111. col. 1. lib.1.Sed isthæc omnia procedunt in iurisdictione cõtentiosa & necessaria nos loquimur in testamẽti factione quę est voluntarię iurisdictiõis. Item facit pro hac parte contra cõmunem.l.conficiũtur.§.1.ff.de iure codi.dum ait eum etiã qui testium copiam non habebat licet haberet sufficientem numerum eorum ad codicillos faciendos posse quidẽ codicillos facere, testamẽtum autem minime, pro cõmuni tñ sententia suprà relata quę verior est facit.l.fin.ff.de mili. testamen.vbi qui degit in hostili loco is cum pauciori numero testium quàm solẽni potest testari sed Ias.in.d.l. cunctos populos nu.83.ait nihil obesse opinioni Iacob.de are.sed magis eam firmare cõtra cõmunem, quia iure singulari concessum fuit vt significętur plane in contrarium esse ius cõmune sed defendendo cõmunem op.responde non tam inspiciendam esse decisionem illius legis quàm ratione quæ mouit legislatorem ad illud decidẽdum: cum enim raro agentes in hostili loco possint adhibere omnia solennia quę regulariter desiderantur in testamentis faciẽdis ideo tex. ille ait vt ibi degẽtes testentur quomodo potuerint aut quomodo voluerint iuxta loci vbi degunt naturam aut comoditatem: vt sic non tam inspicienda sit qualitas personæ quę testatur quàm qualitas loci illius vbi testamentum fit. Sic & in specie nostra nõ tam qualitas istius forensis qui testatur quàm ipsius loci vbi testamentum fit considerandа est vt per hoc testam.rite factum intelligatur si fiat iuxta moré loci illius vbi fiebat & cum isthęc materia quæ facit pro conseruatione testamenti sit fauorabilis.l.si pars.ff.de in off.testam.merito.d.l.fi.trahi debet ad casus similem rationem habentes: pro hoc quia in contractibus non tã inspicitur qualitas cõtrahentium aut rerũ quæ in cõtractum deducuntur quàm loci vbi contractus fit.l.si fundus.ff.de euict. sic & in specie nostra qualitas loci vbi testamẽtum fit potius inspicienda est quàm personę testantis aut rerum de quibus disponitur, præsertim cum bonum sit argumẽtum de contractibus ad vltimam volũtates. §. eum qui chirographum.l.seruum filij ff.de lega.1.l.si diuortio.l.si ex legati causa.ff.de verb.obliga.ad.l.conficiuntur.ff. de iure codi. in . §.1.responde aliud esse quòd mihi vt particulari deesset copia testium cum in eodem loco alijs nõ deesset tunc enim isthęc necessitas quę est in particulari non consideratur arg.l.1. ff. de minoribus tradit in simili Tiraquellus de causa cessante limi.32.Aretinus in.l.2.col.5.ff.de vulg.aliud vero est quòd generaliter in loco vbi testabatur is mos testãdi vrgeret, vt nos loquimur nam priore casu.d.l.cõficiuntur.§. 1. intelligenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligenda est, pro nobis optime facit q̃ ait Decius cons. 19. & pro tenui col. fin. dum ab eo docemur quemadmodum in dotādis puellis qualitas dotis vbi desit maritus dosq; recipitur inspicienda est si ibi contractus fiat matrimonij, & secundum iura illius regionis vbi maritus degebat & matrimonium contrahebatur res iudicanda est non secundū iura regionis alterius & ibi Decius col. 1. firmat hanc esse cōmunem opi. quam expressim tenuit Bar. in l. 1. nu. 18. vers. ex prædictis possunt. C. de summa trinit. vbi plene per. dd. cumanus cōs. 109. domina Ioanna Fulgosius consil. 113. ad id de quo col. fi. Bal. in c. 1. §. fi. de in vestitura de re aliena facta Abbas in. c. 1. de sponsalibus Bald. in rubr. de consuetudine col. 3. versic. de consuetudine dotis est comunis op. secundum Ias. qui eam sequitur & plures allegat in. d. l. cunctos populos. nu. 60. quod omnes intelligūt si maritus habebat domicilium vbi fuit matrimonium contractum q̃ si alibi cōtractus matrimonij fuit cælebratus & alibi maritus habebat domicilium, tunc speciale est in dote vt non tam inspiciatur locus cōtractus cælebrati quàm locus vbi maritus domiciliū habebat hāc dicit cōmunem sententiam Ias. vbi suprà per legem exigere dotem. ff. de iud. Decius & reliqui omnes suprà allegati & ita iudicanda sunt statuta quę disponunt circa dotes lucrandas vel constituendas vnde cum in prag. Hispana moderata & taxata sit mensura dotandarū puellarū certe si Castellæ fieret cōtractus matrimonij inter virum Portugalensem aut Aragonensem, & puellam Castellanam ea dotis mensura Castellę taxata inspicienda non esset sed potius libera res esset cum locus vbi maritus habet domicilium hac in re inspiciendus esset.

20 Dotis admē suram inspicitur domicilū mariti cū cōmuni opi.

21 Verum cum sint varijs in regionibus statuta vt si mulier constante matrimonio sine liberis decesserit maritus lucretur certam partem dotis & quid si non sint illa verba (constante matrimonio) sed illa vt vxore sine liberis decedente maritus certam dotis partem lucretur an si nupta antequàm à viro carnaliter cognosceretur decesit, lucrabitur maritus illam partem dotis & si quidē spōsalia per verba de prę̄senti fuerunt contractę sunt qui teneant partē affirmatiuam, vt lucrum illud marito contingat ita tenet & firmat communiter teneri Corneus per tex. ibi in l. non sine. C. de bonis quę lib. tenet & firmat cōmuniter teneri Paulus in l. cū fuerit per text. ibi. ff. de cōd. & demonstr. Bald. qui ait sic cōmuniter teneri in l. deo nobis. C. de episcop. & clericis Baldus Fulgosius & Paulus in. d. l. non sine. Bar. in l. nihil ff. rerum amotarum Paulus in l. ante nuptias. ff. solu. matrimonio Matheselanus not. 74. nota q̃ statutum Paulus in. d. l. deo nobis Paulus & Ias. nu. 18. in l. si donaturus. §. 1. ff. de cond. caus. data. Cumanus in l. si cū dotē. §. transgrediamur. ff. solu. matrimonio Antonius in. c. 1. de spōsali Angelus in. §. fuerat inst. de acti. Romanus in leg. 1. C. vnde vir. & vxor Corneus cons. 84. licet eleganter lib. 3. Baldus nouellus de dote parte. 6. priuilegio. 37. qui allegat Pontanum in auth. ex testamen. C. de colla. & ait ita vidisse consultum. Cōtrariam partem & sic negatiuam tenet & ait cōmuniter teneri Socinus in. d. l. cum fuerit. ff. de cond. & demonstr. sequitur sub quadam distinctiōe & firmat esse cōmunem op. Ripa in rubr. ff. solu. matrimonio nu. 68. tenet & ait cōmunitet teneri Felinus in rub. de sponsalibus col. 2. cum seq. sequitur & dicit esse cōmunem op. Decius cons. 67. circa propositum consultationis articulum col. fi. vbi cōtra Bar. in. d. l. nihil firmat esse cōmunem opinionē, & hāc partem negatiuam vsibus forensibus receptam esse firmat practicus papiensis in forma libelli quo agitur ad dotē verbo vxor quondam tenet Corneus cōs. 248. in præsenti consultatione lib. 2. Angelus in l. 1. C. de imponēda lucrati descrip. lib. 10. Salicetus in. d. l. deo nobis idem Salicetus in l. cum in te. C. de donationibus ante nup. idē in l. mulierem ff. de ritu nuptiarum Ancharranus in. c. 1. de sponsalibus in. 6. Abbas in. c. tertio loco de præsumpti. idem in. c. ex publico de conuersione cōiugatorum idem Abbas in. c. si inter de sponsalibus idem in. c. 2. per illum text. de sponsa. duorum Bal. in auth. dos data. C. de donati. ante nup. Abbas eleganter cons. 1. facti contin. lib. 1. per totum.

21 Sponsus nō habetur p̃ marito in. q. sequē. & est ingens pugna.

Quid dicēdum? & sane primum videbimus quid iuris inspecta statuti proprietate verborum deinde quid iuris inspecta mente & sententia statuentium, quoad primum nuptię seu matrimoniū trifariam accipitur in iure nostro primū pro ipsa substantia matrimonij quę constat ex mutuo consensu coniugatorū & sane verificatur quoad hoc in spōsis seu sponsalibus contractis per verba de præsenti licet copula carnis nōdum fuerit sequuta ita p̃cedit & probat tex. in. d. l. cum fuerit. ff. de condi. & demōst. l. nuptias. ff. de reg. iur. c. omne nuptiarum bonum. 27. q. 2. deinde hoc verbū nuptię seu matrimoniū assumitur pro ipsa cōmixtione carnali cōtracto prius matrimonio vt probatur in. c. causam & in. c. genuit, eadem causa & quæstione, postremo illud verbum etiam assumitur pro apparatu pompa & festiuitatibus quæ fiunt tempore quo vxor ducitur ad domum viri. c. nostrates &. c. fœmine. 30. q. 5. & in. l. Sancimus. C. de nupti. ergo negari nō potest quin inspecta proprietate verborū is maritus seu sponsus etiam ante copulam ad lucrum dotis inuitatus videatur licet negare nō posimus quin nomen mariti & vxoris proprius accōmodetur post copulam quàm post sponsalia contracta per verba de præsenti ante copulam vt nō obscure probatur in. l. nō sine. C. de bonis quę liberis vbi glo. allegat. iura concordantia. Verum quia vt homo constat corpore & anima ita lex constat verbis & ratione, & verba quidem quasi corpus mortale ratio vero quasi animam legis præ se ferunt Bal. in. l. si quis seruo col. fi. C. de furtis idem Bald. in. l. fin. 15. quęstione. C. de hæred. insti. plene per Tiraq. de causa cessante part. 1. nu. 134. & in præsenti specie non tam circa rudem verborum corticem aut regidam sermonis proprietatem quàm circa mē tem ac sententiam statuentium vestigā dam morari debemus. c. quæ cū etiā ex cōiecturis rimari aut captari potest sequenda est etiam contra proprietatem sermonis certam & indubitatam. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. l. 3. C. de lib. præteri. li. pe. C. de impuberum. l. licet imperator vbi in simili per Ias. & alios. ff. de lega. 1. in specie autem proposita plusquàm manifesta nobis videtur mens & sententia statuentium matrimonijs quo maturius fierent procliuius faciliusq; ad suum effectum finēq; perducerentur consulere volentium, fœmine enim (vt per orbē Christiani nominis vniuersum ab experientia rerum magistra docemur) longe auidius ad matrimonia contrahenda nuptiasq; celebrandas plerunq; properant quàm masculi, quia cum non aliter viros qui eas ducere dignentur inueniant quàm si pudicitiam inuiolatam seruent cūq; quotidie senium eis immineat earumq; iuuenilis nubilisq; ętas procliuis ad senectam declinet qua aduentante neq; viros inueniunt, neq; inuenire expediret cum iam infœcundę factę essent nō possunt non optare & festinare ad nuptias earumq; hac in re honesta festinatio non modo inculpata erit sed etiam laudanda propter bonum sobolis. l. 1. ff. sol. matrimonio quæ ratio cessat in masculis, ideo quo magis masculi ad nuptias contrahendas inuitentur contractasq; ad debitum finem prolemq; suscipiendam perducant hoc lucrum eis propositum fuisse intelligēdum est, sed sane hunc finem non assequimur cum spōsalia tātū per verba de præsenti cōtracta sunt, quandiu nō subsequitur copula carnis ergo interea lucrum illud dotis nondum esse delatum à lege intelligendum est, q̃ autem illum finem interea non assequamur patet in. l. 1. ff. sol. matrimonio ibi ad sobolem procreandam replendamq; liberis ciuitatem, parum enim reipublicę hominum humaniq; generis propagationi consultum esset per sponsalia verbotenns contracta nisi vlterius progressum fuisset, quinimo nocētius ac incōmodius esset matrimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trimonium verbotenus celebrare quã si nullum contractum aut minime cõtractũ fuisset tũc enim libera illa puella maneret vt alij nuberet à quo liberorũ mater fieret & reipublicę bono consuleret ergo talis sponsus non est dignus huiusmodi lucro dotali neque ad illud inuitatum fuisse ab statuto intelligendum est. Quinimo contrarium existimantes mihi viderentur prębere occasionem mali quia is sponsus cum sciat sponsa ante copulam defuncta dotis lucrum se minime habiturum properantius vxorem ducet secumq; cohabitabit vnde bonum prolis maturiùs subsequetur non ita festinaturus si sciret aut speraret post contractas verbotenus nuptias certam esse prędmij dotalis spẽ eo casu quo pacta sponsa decederet. Et est nostra noua inuestigatio quę per se sola sufficeret. scdo optime facit q cũ lucrũ hoc proponatur ab statuto in defectũ liberorum intelligitur eo casu quo liberos possent suscipere q accidit post copulam nõ antea: sicq; ante copulam aut copulæ interuentum cessat præmium propositum quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi secũdum tempus verbi. l. miles. ff. de mili. test. Bart. in. l. ex facto in pri. ff. de vulgari idem in. l. 1. ff. de suis & legiti. per tex. ibi vt enim intestatus non videtur decessisse nisi qui test. facere poterat & non fecit ita sine liberis decessisse non videtur quo ad lucrũ propositum nisi quæ liberis operam dabat. Tertio facit quia tale lucrum q alter cõiugum post mortem alterius sperat inducit quodãmodo votum captãdę mortis argu. l. fi. C. de pact. l. pactũ q dotali. C. de pact. l. pactum dotali. C. de collati. & consequenter est restringendum vt. dd. ll. &. c. detestãda &. c. ne captandę de concessi. pręb. lib. 6. l. 2. in fin. cum lege seq. ff. quib. vt indig. l. qui iure. §. fi. cum. l. seq. ff. de donat. præterea ex cõmuni vsu loquẽdi ante copulę interuentum non dicitur proprie matrimonium nec coniuges dicũtur maritus & vxor sed tantum sponsi vt plene probat Abbas in. d. consi. 1. col. 3. li. 1. & Socinus in. d. l. cum fuerit col. fi. per. c. genuit. 27. q. 2. ideoq; Ioseph nõ tam maritus quã spõsus beatissimę Marię semper virginis dicebatur vt ibid. ergo statuti huius interpretatio facienda est secũdum cõmunem vsum verborum. l. si seruus plurium. §. fi. cum. l. seq. ff. de lega. 1. facit nã q statuentes interrogati verisimiliter responderẽt id pro cauto haberi debet glo. in. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. quæ ibi & vbiq; approbatur & cõmendatur sed sane verosimile ac verosimillimum est q statuẽtes si de nostra specie interrogati essent respõderent id prędmium seu lucrum nõ tam ob priuatam spõsorum vtilitatem propositum fuisse quã ob publicam vtilitatem quæ in matrimonijs per interuentũ copulę consummandis ad sobolem procreandam replendamq; liberis ciuitatem magis cõsistere videtur quàm in eis verbotenus tãtum celebrandis, præterea istud statutum est cõtra ius commune ergo restringẽdum quominus lędat ius cõmune secũdum Abbatem in. d. cõs. 1. col. 2. & secũdum Socinum in. d. l. cum ita fuerit col. pe. præterea secũdum eosdem satis odiosum & restringibile intelligitur esse id statutum q alicui immerito prędmium defert & dãnum irrogat immerẽti q accideret in specie nostra si tenemus hoc lucrum spõso deferendum nam ipse interea nulla onera matrimonij sustinuit neque liberis ex illo matrimonio procreandis actu operam dedit ergo parũ dignus illo prędmio esse videtur & lõge indigni sunt legitimi hæredes illius puellæ vt pœnam patiantur quam quodãmodo subire videntur per denegationem illius dotis quæ sibi iure successionis debebatur. Tenẽdo hãc partem quæ vt nobis videtur satis cõprobatur ex dicta lege non fine. C. de bon. quæ liberis dum ait cum quęritur an appellatione matrimonij vel mariti & vxoris proprie contineantur spõsalia contracta per verba de præsenti vel contineantur spõsi proprie eum nõ videri comprehẽdi sed hac in re plures leges licet reperire quę varijs in casibus varia statuerunt & ideo ad mẽtem sententiamq; legumlatorũ confugiẽdum esse

esse atq; ad benignam interpretationẽ potius quàm ad corticem verborũ aut proprietatem sermonis decet. mens autem & sententia statuẽtium nostræ interpretationi & huic parti negatiuę lõge proximior videtur quàm parti affirmatiuę, sicq; vt lucrum non deferatur, tenendo hanc partem ad fundamenta partis contrarię dic q procedunt inspecta vi verborum nos autem loquimur inspectata mente & sententia statuentium quæ prędualere debet.

1 *Statutum q cogebat subditos ad molendum in molendinis vel ciuitatibus valet etiam in dãnum ecclesiæ, & est ingens doctorum pugna.*
2 *Leges condere iurisdictionis est communis.*
3 *Nostris vti possumus etiam cum damno alterius cum com.*
4 *Nostris vti sine cõmodo nostro & cum damno alterius non licet cum com.*
5 *Legitimatio fieri potest cũ dãno alterius cũ cõi.*
6 *Appellari potest ab statuto facto in damnum singularis personæ cum communi.*
7 *L. fieri potest ad publicam vtilitatem etiã cum legitimis quorundam.*
8 *Reipublicæ necessitatibus subueniẽdũ cũ iactura vniuersorum nõ quorundã tantũ cum cõi.*
9 *Præscribi non potest etiam tempore immemorialis vt molẽdinũ vel furnũ inuitus qs adeat.*
10 *Præscribi etiam tempore immemorialis hospitium non potest. cum communi.*
11 *Præscribitur tempore immemorialis ius facult, à tempore coactionis cum communi.*
12 *Præscribi vt non possunt ius facultatis tempore etiam immemorialis, ita eo etiam tempore non præsumitur actus gestus ex necessitate sed spõte contra plures.*
13 *Necessarie an sponte quando quis fecisse præsumatur noua doctrina.*
14 *Causa obligatoria quando præsumatur.*
15 *Titulus allegatus nõ præsumitur ex tẽpore etiã immemorialis cõtra eũ qui semper actus faciebat ad suam vtilitatem tantũ contra nouissi.*
16 *Cõducens per annos. 30. vniformi pretio fundum non quærit ius in posterum conducendi inuito domino contra plures.*
17 *Statutũ vt ciues inuiti furnos dñi adeant non fit a ducibus & marchionibus Hispaniæ.*
18 *Statutum ne vinum in vrbẽ extra fines termini inferat valet, & ligat etiã clerũ cõtra plures.*

1 *Statutũ q cogebat subditos ad molẽdũ in molẽdinis dñi vel ciuitatis valet etiam in dãnum ecclesiæ, & est ingens doctorum pugna.*

STatutum q cogebat subditos ad molẽdum in molendinis domini, vel ciuitatis in prędiciũ molendinorum priuatarum per sonarum, quæ per hoc reddebãtur bre-

uioris vel forte nullius redditus, an valeat quęsitũ est, idẽq; & in fornis quęrebat, mouet quęstionẽ q malicijs hominũ indulgendũ non est. l. in fundo. ff. de rei vendi. l. 1. §. deniq; Marcellus. ff. de aqua pluui. arce. l. sed & qui data opera. ff. ex quibus caus. maiores. l. 19. ti. 32. par. 3. etenim alteri p alterũ nõ debet iniqua cõditio inferri vt in pr. inst. de. l. aquilia sed cũ p hoc reliqua molẽdina fere inutilia reddantur huiusmodi exẽplũ admitti iniuriũ videretur, & magis iniuriũ ac impiũ si id fieret in prędiudicium ecclesię, quę forte sua molẽdina vicina habebat quę p tale statutũ omnino aut fere inutilia reddebãtur, & hac ĩre quo ad ecclesiã cõis opi. esse videt, vt tale statutũ propter prędiudiciũ ecclesię nullius momẽti sit ita resoluũt in col. Boerius decisiõe. 125. quidã dominus habebat & Aymon Crauet de antiq. temporum par. 4. vers. circa prędmissa. nu. 7. cum pluribus seq. fol. 178. Ias. in. l. ciuitatis col. 4. ff. si cert. pet. idem. Ias. in. l. quominus. ff. de fluminibus col. 29. q. 25. nu. 155 idem Ias. in. l. 1. col. 1. ff. de legibus Socin. cõs. 272. lib. 2. col. 4. Alexand. cons. 211. col. fina. lib. 2. Calderinus inter consilia Ancharr. cõs. 12. & collegiũ bononi. ita cõsuluit vt patet inter cõs. Anchar. cõs. 13. Anchar. cõs. 155. & cõs. 298. Ancha. in c. 1. q. 11. de cõst. est cõis op. secũdũ. Ias. d. n. 155. cũ seq. & est cõis op. secũdũ Boeri. vbi suprà. & secũdũ Aymonẽ vbi sup. Sed cõtraria partẽ vt etiã in lęsionẽ ecclesię tale statutũ valeat, tenet Bal. inter cõsilia Ancha. cõs. 11. Calder. cõs. 21. epsti. de cõstit. & illi cõsilio Ancharranus quoq; se subscripsit, seqtur Ias. sibi cõtrarius cons. 236. viso titulo quęstionis col. 3. vers. similiter laici lib. 2. idẽ Ias. cõs. 39. ad finem lib. 3. curtius iunior cons. 147. ad finem Decius in. cap. ecclesia sanctæ Mariæ de constit. nu. 53. vers. tertia conclusio suprà facta vbi refert & sequitur Ancharranum in. d. cons. 11. idẽ Decius cons. 269 consultus ab illustri. col. 4. n. 9. Ias. in. l. filiusfa. §. diui. col. 11. vers. tu vltra alios. ff. de legat. 1. Decius consi. 293. col. pe. ad finem idem Decius cons. 271. col. 4. & hæc mihi videtur receptior

D opi

Universidad de Deusto
Biblioteca

opi. vt patet ex allegatis per Decium & Iaſ. vbi ſuprà. quàm & ſequitur Aymon Cravetus vbi ſuprà. nu. 14.

Et in hãc poſterioré partem procliuior ſum, nã ſuppoſito ꝙ tale ſtatutum conditum fuiſſet ab ijs, qui regulariter haberent poteſtatem ſtatuendi vt infra probabimus, hæc pars probatur coacta ratione, nã hic nullũ negotium geſtum eſt inter ſtatuentes & eccleſiam qui de ea non meminerunt, aut vllã mentioné fecerũt, ſed cum ſuis ſubditis duntaxat locuti ſunt: ꝙ ſi ſubditi ſponte ſua huic ſtatuto parere voluerũt vtilitatem reipublicę ſuæ inſectãtes & à molendinis eccleſiæ abſtinẽtes id ꝙ eis liberrimum eſt facere. nõ eſt cõtra quẽ eccleſia vllã iuſtam querimoniã mouere poſsit, non quidé contra ſtatuentes qui cũ ſuis dũtaxat ſubditis nõ etiã cum eccleſia vllũ negotium geſſerũt nõ quoq; cõtra ſubditos quia ipſis à molẽdinis eccleſiæ abſtinere liberrimũ erat cũ iura facultatis nullo tẽpore pręſcribantur. l. aq̃. ff. quẽadmodũ ſerui. amitta. iũcta. l. quæcũq; gerimus. ff. de act. & obliga. l. quo tutela. ff. de regulis iuris, cũ enim ſtatuendi poteſtas a iuriſdictione deſcẽdat vt tradũt cõmuniter doct. poſt gl. ibi in. l. 1. ff. de iuriſdi. omni. iudi. Bar. & alij in. l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iure. Socinus conſ. 272. non proſequẽdo col. 2. in pri. nu. 3. lib. 2. & in iuriſdictione reddenda quaſi cõtrahi videatur. l. 3. §. idẽ ſcribit. ff. de peculio, iſq; contractus vel quaſi inter ſtatuẽtes & ſuos ſubditos non etiã cum eccleſia factus, geſtuſue fuerit eccleſia nõ debet cũ tali ſtatuto quicq̃ cõe habere aut vllã mouendi querimoniã cõtra ſtatuẽtes occaſionẽ habere. Et ſi ſubditi qui antea ſuũ molẽdinum adibãt ab eo, modo abſtinere cœperint, ipſa eccleſia videbit an cõtra eos querelam mouere poſsit ꝙ minime fas erit cũ ipſis abſtinere liberũ omnino ſit. Præterea liberrimũ eſt nobis rem noſtrã meliorẽ facere etiã cũ dãno vtcunque graui alterius dũmodo id faciamus non vt illi nocere mus, ſed vt nobis cõmodum faciamus nec eſt cũ quiſquàm nobis dicere poſſit cur ita facis? & ideo poſſumus ædificium vſq; ad cœlum eleuare etiam ſi luminibus vicini officiamus. l. altius. C. de ſeruit. l. ſi in ędibus eod. titu. l. cum eo. ff. de ſeruit. vrbanorũ prædiorum. etiãſi vicinus eſſet nimis fauorabilis perſona, puta pupillus. l. altius cum ſua gloſ. ff. ſi ſerui. vẽdi. Corraſius lib. 3. miſcellaneárum. c. 24. nu. 3. Decius. nu. 1. & Cagnolus. nu. 4. in. l. nullus videtur. ff. de regul. iur. Aymon. cõſ. 84. nu. 1. lib. 2. Stephan. Bertran. conſ. 29. nu. 2. lib. 3. idem Bertrandus conſ. 234. nu. 1. eod. lib. idẽ conſ. 67. col. 1. lib. 2. ex quorum relatione apparet hanc eſſe cõmunem opi. Sic ergo in ſpecie noſtra tale ſtatutũ cum principaliter fiat ad cõmodum ſtatuentium firmũ erit nec iniurium videbitur etiãſi eccleſiæ noceat. Ad id autem quod dictum eſt de iniquitate & odio ſtatuti, dici poteſt ſatis eſſe, vt aliquam habeat rationem, aut etiam occaſionem, & (vt loquar cum Bald. in. l. lege. C. de legit. hęre.) aliquod motiuum. & ſtatuẽtium volũtatem & autoritatem licet (vt idẽ dicit) contineat iniquitatẽ & idem propemodum dicit ipſe Bal. in. c. ex reſcripto. col. vlt. verſ. & nota extra de iure. iur. nota iniquit quod ſtatutũ quod habet in ſe rationem motiuam non dicitur eſſe ſine ratione. Sed & quod plus eſt non poteſt lex infringi etiamſi non habeat rationem. vt dicit idem Bald. in l. non omnium. in princ. ff. de legib. per. l. proſpexit. ff. qui & à quibus per quam etiam leg. dicit Innocen. in. c. irrefragabili in fin. de offi. ord. & omnes vbique ſufficit ſic ſtatutum eſſe & vt dicit ipſe Bald. in. dict. l. non omnium ſufficit quod ſtatuẽtes putauerint eſſe bonum & iuſtum & idem in. l. 1. §. initium. ff. de poſtu. ſufficit ait ita ſtatuentes fuiſſe arbitratos. nã id pro rõne eſt ad quod allegat. Fede. ſenen. in ſua quadam diſput. & eius rei eſt optimus tex. in. d. §. initiũ in illis verbis quia moderatam hanc ętatem prætor ratus eſt ad procedendum in publicum & ibi gl. in verbo ratus dicit hanc eſſe mirabilem rationem. Qua de re per Ioannem fabrum in. §. ex non ſcripto inſt. de iure natur. Calcaneus cõſi. 3. Bal. in. l. Gallus. §. ſi eius col. 2. verſic. ſecundo

2 *Leges cõdere iuris diſtinctiõis eſt cũ communi.*

3 *Noſtris vti poſſumus etiã cum dãno alterius cum cõi.*

ſecundo nota. ff. de lib. & poſthumis. Iaſ. conſilio. 188. ſpectabilis ad finem lib. 2. Decius conſ. 563. duo dubia ad finem l. non omnium. l. & ideo. ff. de legibus quibus in locis habetur omne ſtatutum eſſe tolerabile, dum modo non ſit aperte irrationabile, aut contra ius naturale vel gentium, ſed nihil tam naturale eſt quàm vt vnuſquiſque melius ſibi malit eſſe quàm alteri, vt Terentius ait, quinimo vt res noſtras tueamur hominem etiam interficere permiſſum eſt, & ſi id omnium facinorum triſtiſsimum ſit. §. 1. inſt. de iniuri. glo. communiter app. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure quanto ergo facilius admittetur, quòd vt melius mihi ſit quàm antea erat, poſsim intactis rebus ac perſonis alienis tale ſtatutum facere, præſertim cum in omni cauſa id tantum inſpiciatur, quòd principaliter agitur minime inſpecto eo quòd venit in conſequentiam. l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. pet. vbi plura per Iaſ. & per eũdem in leg. neque quicquàm. §. vbi decretum col. 6. ff. de offi. proconſ. glo. fin. in. c. quanuis de pact. lib. 6. & ibi Geminianus Iaſ. in. l. decem col. 9. ff. de verb. obligati. Quinimo nemo dãnum facit niſi qui id facit, quòd facere ius non habet ita ait. l. nemo dãnum. ff. de reg. iur. ſi ergo ius mihi eſt rem meam meliorem facere, idque hominum naturali voto omniq; iuri cõſonat, quid ad rem quòd exinde alteri damnum contingat. certe id omni iure inculpatum videri debet, neq; vnquàm in re aut facto permiſſo vllus dolus ineſſe videtur. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. nullus videtur. ff. de reg. iur. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo, nam etſi aliquando etiam rem meam eiuſq; præſentem ſtatum mutare in euidentem lęſionem necem ac dãnum alterius non liceat ſicq; vetitũ ſit ædificare ad ęmulationem alterius & læſionem. l. 1. §. deniq; Marcellus. ff. de aqua pluui. arcẽda Decius & Cagnolus in. d. l. nullus videtur. ff. de reg. iur. Paul. & alijs cõmuniter in. l. altius. C. de ſeruit. Ripa. in. l. de pupillo. §. meminiſſe. n. 34. ff. de noui. oper. nunt. eſt q; recep. op. vt diximus alibi tamen id intelligitur dummodo id fieret ſolum ad necem læſionem & ęmulationem vicini ſine vllo omnino cõmodo ipſius ędificantis, non ſic ſi aliquod cõmodum etiam minimum inde ſenturet, vt omnes ipſi fatentur & probat. d. §. deniq; & l. 19. ti. 32. par. 3. nam & non deſunt qui teneant ꝙ etiam ad necem alterius & ſine vllo cõmodo ædificantis id facere liceat vt tenuit Alberi. in. d. l. altius & Angelus in. l. cum eo. ff. de ſerui. vrbanorum prædiorum quorum opnimis dura eſt & nõ tenenda, ſed tamẽ omnes conueniunt, vt ſi faciebat ad ſuã vtilitatem licet incõmodum alteri exinde reſultet impedimento ei eſſe non debeat, ſic ergo & in ſpecie noſtra huic ſtatuto ꝙ bono conſilio, ad vtilitatem reipublicæ fiebat, impedimento eſſe nõ debet, ꝙ exinde alteri dãnum ſequatur, quinimo etiamſi omnino ceſſaret vtilitas faciẽtis (ſi tamẽ exinde ſequebatur vtilitas alteri amico forte cognato vel familiari ſeu auxiliari: cui ipſe rem gratam facere volebat) id permiſſum eſſet vtcunq; cum incõmodo alterius, vnde etiam poſt hęreditatem agnatis delatã, poteſt princeps dãnatum reſtituere qui excluſis agnatis ab illo iure iam eis delato eam hæreditatem capiet. l. 1. §. filio. ff. ad Tertuli. vn(ſimiliter etiam poſt hæreditatem agnatis delatam, princeps & poteſt & ſolet ſpurium legitimare vt per. d. §. filio cum ſimi. tenuit Bar. & cõmuniter doct. ibi in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum ad finem. ff. de lib. & poſth. dixi ſuprà. c. 1. ad finem licet per hoc agnati ab hęreditate iã ſibi delata excludãtur, ſic ergo & in ſpecie noſtra id ſtatutũ valebit, vtcũq; eccleſię noceat cũ fiat prĩcipaliter ad cõmodum ſtatuẽtiũ, cũ & ꝙ fortius eſt valeret & ſi ad alterius tãtũ vtilitatẽ fieret. Intereſt enim noſtra alijs bñfacere arg. l. ſi pignore in pr. ff. de furtis & licet mandatarius nõ teneatur, niſi quãdo intererat & quatenus intererat mandãtis. l. ſi procuratorem. §. mãdati &. §. mandaui. ff. mand. tamen quãdo ad vtilitatem alterius mandaui intereſſe mea videtur quòd ille non careat eo cõmodo vt. l. 1. ff. eod. & in pr. & §. 1. inſt. eod. licet ſecus ſit in ſtipulatiõibus

4 *Noſtris vti ſine cõmodo noſtro et cum dãno alterius nõ licet cũ cõi.*

De ead. re.

Legitimare filios pot cum dãno alterius cũ communi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus.§.alteri&.§.ſi quis alij inſt.de inutil. ſtipu.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb. obl.vt plenius diſſeruimus alibi quia ſti pul.ſtricte interpretantur.

Facit quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter,idemq; in omni iure ſuo.l.in re mandata.C.manda.etiã abutendo.l.ſed & ſi lege.§. conſuluit.ff. de pet.her.ibi dũ re ſua ſe abuti putãt.l.1.§. & magis verb. ꝓdegit.ff. ſi qd in fraud. patro. quãto ergo facilius in ſpecie noſtra vbi ſtatuentes potentia ſua iureque ſuo non abutebãtur ſed vtebãtur, facit quia nulli debet auferri aut minui rei iuriſue ſui vtcunq; diſponendi libertas.l. nõ vſq;.ff.ſi qs aparẽ.fuerit manumi. idq; naturali iuri & rationi cõuenit.§.per traditionem inſt. de rerum diui.l. pe.ff. de pact. l.ex facto in prin.ff. de vulgari. ibi auferret enim homini ſanę mentis liberam rerũ ſuarũ.l.teſtamenti factionẽ facit quia iniurius nullus vnquã videt, eo quòd alteri dãnum dedit niſi & dãnum dederit & iniuriã.i.non iure dederit dando operã rei illicitę non ſic ſi dãnum dedit dando operã rei à iure permiſſę vt in.§.1.& in pr.inſt. de leg. aquili.& tenendo iſtã partem tũc ad omnia ea quæ pro contraria parte adducuntur longe facilior erit cõfutatio quã noſtra enarratione aut contentione egeat. Illud autẽ aduertendũ eſt in reſpõſis eorum conſiliorũ Ancharrani de quibus ſuprà mentionem habuimus, eſſe tale exemplum, ꝙ in fluuio qui iuxta ciuitatem Spoleti elabitur ſunt plures domus molendinarię, quædam ipſius ciuitatis quædam vero Archiepiſcopi & mos erat in vtriſque vt bladi duodecima pars pręſtaretur dominis molendinorum: ciuitas impunitatem quandam quorundam vectigalium pollicita eſt ijs qui bladum molendum ad ſua molendina deferent quo magis hominum turba ad ſua molendina conflueret,vnde euẽturum non ignorabatur molẽdina eccleſiæ raros homines adituros, & nihilominus tale ſtatutum valiturum. longe procliuius faciliuſq; eſt quàm in exemplo à nobis ſuprà defenſato,nam intentio Archiepiſcopi in contrarium contendentis tyrãnidem quandam hoc vero ſtatutum aut ciuitatis pollicitatio benignitatem ſapiebat ac hominum auxilium,per hunc enim modum conciues beneficio afficiebãtur cui Archiepiſcopus inuidebat, quaſi reditus ſui minuerentur,ꝙ non abnegamus ſed minuebãtur cum vniuerſorum hominum illius ciuitatis cõmodo & vtinã omniũ principum & etiã tyrãnorum orbis reditus ita minuerẽtur. Quid enim ſi magnates piiſsimi quo tempore annona aut frumentum carum eſt polliceantur ſingulos modios frumenti tenuiore precio ſe vendituros(vt quandoq; à ſanctiſsimis pręſulibus factum videmus) nõ ne impedietur aliqua ex parte aut minuetur tyrãnis & improba ac inhumana duricies eorũ fœneratorũ aut publicanorũ aut aliorum hominum qui carius ſæuiẽte cariſtia ac penuaria frumẽtorum frumenta ſua venditurí erant iſthęc autem quis tam ſtupidus erit qui nõ videat ſimillima eſſe,& tamen illud Ancharrani exemplum cõmuniter receptum ſuprà eſſe oſtendimus ꝙ mirandũ eſt,nec dicatur id factum videri ad ęmulationem nam id vel negandum eſt vel aſſeuerandũ non ad bonam modo verum ad optimam quoque ęmulationem factum videri,neq; enim alibi dolum bonum improbatum inuenies hic enim ſi dolus eſt optimus dolus eſt, qui aptius ac iuſtius, prudẽs ac reipublice vtiliſsimum conſilium nuncuparetur, ſed & in eiſdem conſilijs Ancharrani, aliud exemplum eſt puta ꝙ ciuitas præcepit vt quicunq; portas ciuitatis ſubiret flumen ad molendum petiturus ad portas ipſius ciuitatis mercedem molẽdini ſolueret vt ſic nec liberum eſſet molendina archiepiſcopi adire.nec penſio merces præſtanda ciuitati tenuior erat quã quę pręſtanda eſſet molendinis Archiepiſcopi adhuc tamen id ſtatutum nocebit eccleſiæ nã ſiue tã iniquũ illud diceres vt ſubditos non poſſet ligare tũc eccleſię nocere deſineret nõ qdẽ ex eo capite ꝙ eccleſię incõmodum eſſet,ſed magis ex eo ꝙ ob ſui iniquitatem etiã vim ſtatuti habere deſineret.ꝙ ſi id ſtatutum

tutum neges eſſe iniquum ſicq; firmes ſubditos tenere vimque ſtatuti habere tunc ob læſionem eccleſiæ vel alterius nullibi ſcriptum inuenies, ꝙ eneruetur aut enim ea læſio tertij tam euidens ac iniqua fuit vt ſufficeret ad talem legem vel ſtatutum nullum reddendum quaſi iniquum & intolerabile, & valere deſinet,non tam ob dãnum illius tertij quã ꝙ omnis lex iuſta eſſe debet alias nõ valet.c.erit autem lex.4.diſt.aut non erat ita iniqua, & non deſinit vim legis habere & cum habeat vim legis dãnum illius in conſideratione non eſt,nam pleręq; legum alijs nocẽt,alijs proſunt:ſed parui facimus incõmodũ, vt plurimorum vtilitates ſequantur, quid enim ſi lex iuſsit furespuniri? Quid ſi latrones? Quid ſi homicidas? Quid ſi falſarios? Quid ſi adulteros? Quid ſi veneficos? & ſimilia? nõne id furibus, latronibus, adulteris, homicidis, falſarijs incõmodum eſt? Reliquis autem vtile? Quid ſi vetuit lex veſtes ſericas geſtare? Vel forte eas auro & oſtro decorare non permiſsit? Vel equos,aut arma,aut monetã à regni finibus extrahi ꝓhibuit? Iſthæc omnia & ſimilia nocent ijs, qui ex illius modi rebus aut negotiatiõibus victum quęrebant,eumq; viuendi modũ elegerãt. Quid rurſus ſi iuſsit ne qſquàm mula veheretur? Sed oẽs equitarẽt,aut pedites ambularẽt? Iam oẽs mulę vilioris & fere nullius pretij erũt in dãnum dominorum earũ. Sed iſthæc omnia & ſimilia fere innumera habemus in libro pragmaticarum huius regni, de quarũ validitate,qui dubitaret,ineptire videretur:ſic ergo & in ſpecie noſtra ſtatutũ illud,ꝙ ob publicam vtilitatẽ principaliter fiebat,licet euidẽs dãnum cuidã vel quibuſdã inferret,valere nõ deſinit. Sed quid ſi tale ſtatutũ non ſolũ eccleſiæ,ſed etiã ipſis quibus vel eorum non paucis nocebat? eo ꝙ quidã eorũ diſtabant à molendinis ciuitatis lõgius, quã à molendinis eccleſiæ? Sicq; in eo eorũ conditio fiebat deterior, ꝙ remotiora molendina adire cogebantur, id quòd hodie in ſalinis regalibus contingit, an hoc caſu tale ſtatutũ valere deſinat, & magis eſt vt adhuc valere non deſinat: quia vt iam docuimus, ſtatutum vt valeat, ſatis eſt ꝙ ſit tolerabile, fatiſq; eſt ſimiliter vt ſtatuẽtes id putauerint eſſe bonum, & ꝙ longius aliquantulum ad molendum ire cogantur ciues,leue,modicũq; dãnum eſt,ac ideo non conſiderandum arg.l.ſcio.ff.de minoribus idq; modicum dãnum ſi cõferatur cũ vtilitatibus, quę ipſis ciuibus obueniunt ex eo ꝙ diteſcat ſua reſpublica,ſicq; ceſsẽt vel minuantur impoſitiones, quæ pro publicis neceſsitatibus ſolent ciuibus indici certe apparebit facta commodi ac incommodi compenſatione rectius veriuſque commodum appellari poſſe, quàm incõmodũ. Deniq; cum tenuerimus etiam in dãnum eccleſiæ tale ſtatutum valere indubitatum, ac pluſquã manifeſtum erit valere in læſionem facilius eorum dominorum, qui alia molendina haberẽt,id quòd nominatim tenuit Aymõ vbi ſuprà & Nicolaus boerius vbi ſuprà.& ij fere omnes quos ſup̃ pro hac noſtra ſententia retulimus,quã non minus receptam, quàm cõtrariam reputamus. Hactenus quando molendina eccleſię,vel priuatorum, quibus molendinis nocumẽtum fiebat, eſſent extra ditionem ac imperium illius ciuitatis, quæ tale ſtatutum faciebat: quid autem ſi in ſuo territorio ſita eſſent,& tũc Aymon negat eccleſię id ſtatutum nociturum. Idemq; & in priuatis aſſeuerat dicens,quòd vt ab ſtatutis iniquis, quæ in odium certæ tantum perſonæ facta fuiſſent,poſſet illa perſona appellare,vt
6 tradunt ipſe Aymon ibi & Bartol.in.l. omnes populi in.5.q.pr. ad fi.ff.de iuſt. & iure idem in.l.fi.ff. de appel.recep. c. cum omnes & ibi Philippus Decius no ta.5.de conſti.idem Decius in. c. conſuluit.in.3.de appell.col.2. Alexand. conſ. 190.lib.2.ita quoq; à tali ſtatuto appellari liceret eccleſiæ, vel priuato, qui ſua molendina ibi haberet. Neq; ad rem (inquiunt) pertinebit ꝙ ob publicam vtilitatem poſsit fieri ſtatutũ in necem, ſeu pręiudicium ſingularium perſonarum, vt tradunt Iaſ.in.l.1.ff. de legibus col.2. Angelus conſilio.63. nobilis miles dñs

Appellari poteſt ab ſtatuto facto in dãnum ſingularis perſonæ cũ cõi

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Raimundus Aymon de anti. temporũ 4.par.versi.circa prẽmissã nu.15. Bal. & Fulgosius.in.l.1.ff.de legi. Angelus not. in.l. impetrata. C. sententiam rescindi non posse nã id aiunt procederet, quãdo tam ingens dãnum nõ esset. Ego hac in re aduerto statutum si iniquũ est respectu dñi molendinorum, longe iniiniquius esse respectu ipsorum ciuium, nam grauior compulsio est in personã, quàm in rem arg.l.in seruorum cum ibi notatis per glo.& doct.ff.d.pœnis. ficq; multo grauius ac durius est, ℘ ciuium libertas quibus alterutra molendina adire liberum erat constringatur, quàm ℘ nocumentum molendinis priuatorum vel ecclesię aliqua exparte inferatur facit.l.1.&.2.ff.de homi.lib.exhi.l.1.§. quæ onerandę. ff. quarum rerum actio non detur & quę tradunt Bart. & omnes in l.Stipulatione non diuidũtur. ff. de ℣b. obligati dum aiunt ℘ in obligatiõibus facti, ideo non cadit compulsio pręcisa, ℘ hominem ad factum precise cõpelli esset quid grauissimum & quasi species quędam seruitutis: licet ad dãdum cõpellatur præcise quia in dando cessat molestia personalis, quæ adest in faciendo: vt sic pecuniarium dãnum vtcunq; immẽsum leuius reputetur, quã quælibet molestia personalis ergo grauius ac durius videri deberet ciues cõpelli vt abstineant à molendinis ecclesiæ, vel priuatorum, ficq; ciuium libertatem constringere quàm dãnum pecuniarium ecclesiæ vel priuatis molendinorum dominis inferre. Vnde cum ob hanc læsionem grauiorẽ, quæ respectu ciuium vetitorum adesse videtur non desinat valere lex illa prohibitiua, longe minus valere definet ob dãnum pecuniarium eorum, qui molendina habebant. Præterea aduerto tale statutum indubitanter firmum esse per rationes supra memoratas & in eo tantum quæstionem relictam esse, an ecclesiæ, vel reliquis dominis molendinorũ dãnum illatum sit, vel ex toto vel aliqua ex parter esarciẽdum, & quidem si magna lęsio sit resarciri equum est argu.l.item si verberatum in prin.&.§.1.ff.de rei vẽd.

L. fieri pot ad publicã vtil. etiam cum læsione quorũdam.

& quæ plenius alibi diffẽruimus. s. supra c.1. etenim vt ciues publicis necessitati 8 bus subueniendis, suum conferãt ius est vt ibi diximus per.d.l.item si verberatũ tradũt Bar. & omnes in prœmi. ff. veteris, at iniurium esset ac intolerabile, vt cum iactura quorundam tantũ ciuium non etiam vniuersorum huic publicæ necessitati subueniretur, nã vt vtilitas vniuersorum est, ita re & ope vniuersorum non etiam quorundam tantum quærenda, ac parãda est: vnde dicebam ℘ in quibus causis princeps vel respublica ex causa potest nostrum nobis auferre (℘ accidit cũ id publice vtile est) dãnum nobis aliunde recompẽsandum est, ne cõmunem omnium vtilitatem vnius tantum iactura comparasse videremur, diximus supra.c.1. hactenus cum læsio immodica esset, ℘ si modica quia etiam si ciues talia molendina ecclesię, vel priuatorũ vetita nõ adirent, adhuc tamẽ nõ deessent alij forte finitimi, qui par fere cõmodum & lucrum talibus molendinis delaturi essent, putarẽ non esse necesse, vt quicquã reficeretur, arg. d.l.scio.ff. de minoribus. l. si voluntate C. de resci. vendi. l. altius. C. de seruit.

Reipublicæ necessitatibus subuenĩdum cũ iactura vniuersorũ nõ quorũdam tantũ cum communi.

Omnia superiora intellige, quando statutum factũ erat ab eo, qui habebat potestatem statuendi: quę potestas pẽdet à iurisdictione, vt per doct. in. d. l. 1. & per Barto. in. l. oẽs populi. ff. de iust. & iure nam si ille talem potestatem nõ haberet, aliud esset, ficq; aliud est quærere an id statutũ valere desinat ex defectu iurisdictionis: nam tũc siue equũ esset siue iniquum non valeret: aliud vero quęrere an desinat valere ex defectu iustitię & negamus ex tali defectu desijsse in speciebus suprà memoratis valere. Sed licet tale statutum valere te- 9 nendum sit: tamẽ ius cogendi siue subditos, siue alios ad certum molẽdinum ire ad molendum, quanto tẽpore quæratur, satis dubium est, nec leuiter controuersum an tempore etiã, cuius initij memoria non sit acqratur, mouet quę- stionem quòd iura facultatis nullo tempore præscribantur. l. 2. ff. de via publica l. proculus. ff. de dãno infecto. l. 1. §. deniq;

Præscribi nõ põt etiã tẽp. immemoriali vt molendinũ vel furnum inutus quis adeat.

10 niq; Marcellus. ff. de aqua pluui. arcẽda l. si in meo fũdo. eod. ti. l. qui luminibus. ff. de serui. vrbanorum prędiorũ: ideoq; qui iure familiaritatis amicum lõgissimo etiam tempore recepit, eodem officio erga eundem amicum deinceps vti cogi non poterit, non magis quàm si tale beneficium nunquã contulisset vt ex cõmuni opiniõe resoluũt Riminaldus Ias. Decius & alij in. l. si certis annis. C. de pact. per illum tex. Bart. Imola, Paulus castrensis, & Alexandr. in. l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. possessione Cinus in. l. 1. & rursus in. l. 2. C. de seruit. & aqua sequitur & dicit esse cõmunẽ opi. Couasrub. in. c. possessor par. 2. §. 4. nu. 6. de reg. iur. lib. 6. facit optime. l. operis non impositis. ff. de operis liber. l. creditor. C. de vsuris, & hanc puto esse merã veritatem vt etiam tẽpore immemoriali nõ præscribatur à me vt si quidam populus sponte sua per tale tempus molendinum meum iugiter molendi causa adibat, cogatur etiam in posterum illud adire: verum si non sponte sua sed necessitate coactus populus ille (in populo enim pono exẽplum, quia homo tanto viuere raro euenit) molendinum meum molendi causa adire & cœperat & perseuerabat quia etsi ad aliud molẽdinum ire volebat vetitus fuit, an per tempus immemoriale pręscriptio procedat? Idemq; in furnis panis coquendi causa adeundis similiter quęritur, & magis est in his speciebus & similibus præscriptionem immemoriali tempore contingere? ista est vera & cõis opi. quam tenent glos. in. d. l. qui luminibus sentit gl. in. l. 1. C. de serui. & aqua. Abb. in. c. significãte p illũ tex. de appel. Bart. Angelus & Florianus in. l. qui luminibus suprà. alleg. Ias. n. 27. & ibi Ripa. nu. 132. in. l. quominus. ff. de flum. Balbus de præscrip. in. 4. par. 5. par. prin. q. 5. Ias. in. §. ęque si agat inst. de actionibus Aymõ Crauetus de antiq. par. 4. vers. materia ista. nu. 99. Brunus asten. cons. 56. Guido pape. q. 298. &. q. 531. Decius in. c. cũ ecclesia de causa poss. nu. 50. idem cõs. 197. col. 2. & cons. 8. Cinus & Baldus in. l. 1. C. de seruit. sequitur & dicit esse cõmu

Præscribi tia tempore immemoriali hospitiũ non põt cũ cõmuni.

11 *Præscribitur tempore immemoriali ius facult. a tẽpore coactionis cũ cõmuni.*

12 Sed postquã populus ille aut furnos meos coquendi causa, aut molendina mea molendi causa adiuit per tempus immemoriale an iam præsumatur ex tã to tempore, ℘ retro iuerunt, iuisse semper non tam spõte sua quàm ex necessitate. & Salicætus in. l. autoritatem. C. vnde vi Decius cons. 271. in casu ad me transmisso de Hispania nu. 14. &. nu. 15. quem refert, & ita intellexit Couasrub. vbi suprà tenuit causam necessariã post tempus immemoriale præsumi. ℘ ipsemet Couasrub. non simpliciter admittit, sed ita demum si aliquę prohibitiones probentur, licet nõ retro à tempore immemoriali ꝓcedentes sed ab hinc forte. 30. vel. 40. annis sed vtrunq; suspectum puto nec eam fuisse mentem Decij existimo, quia ipse in eod. cons. nu. 2. &. 3. ait ea, quę sunt mere facultatis, tũc demum posse pręscribi, cum præscribẽs erat non solum in quasi possessione illius iuris (forte in flumine publico piscandi) sed etiam erat in quasi possessione, ne quisquàm alius de populo ibi piscaretur, ℘ hic non erat: nam ponimus quòd populus ille per tempus immemoriale consueuit ea sola molẽdina nõ etiam alia adire, eosq; solos furnos non etiam alios adire, non tamen erat vetitum alio ire ad molendum vel coquẽdum: quinimo alio ire liberũ erat, hoc est non constabat ℘ dominus ille furnorum vel molendinorũ esset in quasi possessione, ne populus ille alio ad molendum vel coquendum ire posset, nec vnquam talis quasi possessio libertatis impeditiua ex tẽpore etiam immemoriali præsumitur. Et deniq; illa cõis op. ℘ iura facultatis ex tempore immemoriali non tollantur intelligenda est tam negatiue, quàm affirmatiue, vt siue populus per quandam viam publicam per mille annos nũquàm iuit, nihilominus

Præscribẽs non posũt ius facultatis tẽpore etiam immemoriali ita eo etiã tempore nõ præsumitur actus gestus ex necessitate sed spõte cõtra plures.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ire posit & ex diuerso vt si per annos mille per eandem viã ibit, nihilominus etiam per aliam ire liberum sit si nihil extrinsecus prohiberet. Neque ad rem pertinet. l. cum de in rẽ verso. ff. de vsuris vbi expluribus actibus positiuis præsumitur obligatio, nã refert vtrum eos actus positiuos mea tantum gratia facerem vt tunc, nec per annos mille obligatio contra me præsumatur aut cõtra me præscribatur vt in. q. nostra. An vero tua tãtum gratia eos actus faceré? Et tunc contra me facile obligatio præsumitur & facile præscribitur.

13 *Necessitate an spõte qñ quis fecisse præsumatur noua doctrina.*

Neq; obscura est harum rerum differentia, nam si ibam ad molẽdum vel coquendum certum est q̃ hoc faciebam meæ vtilitatis causa, non etiam domini molendinorum aut furnorũ cui mercedem soluebam, sicq; cessat prælcriptio seruitutis vel quasi seruitutis, quia nõ vt alteri, sed vt mihi inseruirem faciebam: sicq; ille non solum tempore immemoriali non videtur fuisse in quasi possessione seruitutis cõtra me, sed nec etiam momento temporis fuit. Et hanc puto esse meram veritatem, quę etiam probatur in. l. operis non impositis. ff. de operis libertorum & in. l. creditor. C. de vsuris licet præter Couasrub. Deciũ & Sali. suprà relatos idem & male tenuerit etiam Felinus in. c. cum in ferrariẽsis nu. 7. de const. post Ioannem And. in. c. peruenit de censi. & Ang. in. l. si certis annis. C. de pact. &. Bart. in. d. l. cum de in rem verso. quos Felinus ipse allegat. Vnde si per mille annos aliqd feci mea tantum gratia, cessat contra me prælcriptio vt dixi in exemplo de furno & molendino: q̃ si tua tantum gratia, veluti si dabam par caponum singulis annis, tũc aut expressa erat causa obligatoria & legitima, & contingit præscriptio contra me. d. l. cũ de in rem. Aut expressa erat causa obligatoria sed non legitima, & non præscribitur. l. si certis annis. C. de pact. aut expressa erat causa gratuita & voluntaria & non præscribitur in futurũ. d. l. operis. d. l. creditor: aut nulla causa expressa erat: sicque dubitatur vtrum præstationes præcedentes factę fuissent

14 ex causa obligatoria, an vero ex causa voluntaria & tunc Riminaldus Decius & Ias. post alios ibi cõmuniter videtur velle vt decẽnium non sufficiat ad causam obligatoriam in futurum præsumẽ dam etiamsi allegetur, & Molineus de contractibus. q. 20. & est cõmunis opi. vt patet ex relatiõe. Couas. in. c. possessor de reg. iuris lib. 6. part. 2. §. 4. nu. 2. licet aliud forte in tricẽnali tempore vt infra videbimus. *Causa obligatoria q̃n præsumatur.*

15 Quæ hactenus diximus de furno & molendino, procedunt, quando dominus furnorum & molendinorum in solo tempore immemoriali nitebatur nullum allegans titulũ: sed quid si titulum allegaret, & eum per tanti tẽporis præteritionem probare vellet? An sufficeret? Quòd firmat licet titubans Couasrub. vbi suprà qui tamen fatetur cõtrarium sensisse Petrum Iacob. in practi. libello de furno Cepola de serui. vrb. prędi. c. 50. Ripa. nu. 68. in. c. cum ecclesia sutrina de caus. pos. Aymon de antiq. par. 4. vers. materia ista. num. 98. qui omnes nihil aperiũt, sed tamẽ veritas est nihil iuuare tituli allegationem quoad hoc, nam titulus allegatus ex diuturnitate temporis licet præsumatur quando prę stationes annuę fiebant ob vtilitatẽ accipientis, vt in terminis. d. l. cum de in rem secus tamen si fiebãt principaliter ob vtilitatem dantis vt in. q. nostra. Nã qui ad molendum vel coquẽdum item arripit præstaturus magistro furni vel molendini mercedem, sua tantũ gratia non etiã illius faciebat, sicq; sibi non alteri seruiebat, & consequenter alter cõtra eum quasi possessionem seruitutis acquirere non poterat, est q; ratio ab alijs non prędicta. *Titulus allegatus non præsumitur ex tempore etiã immemoriali cõtra eũ qui semp actus faciebat ad suam vtilitatem tantum contra nouiss.*

Vnde si rector ecclesiæ cõsueuit habere certos coadiutores, quos nũquàm remouit, cum ei liberum esset eos remouere non præscribetur, cõtra eum scilicet Aymonem vbi supra Antonius Butrius consi. 3. col. 2. & cons. 51. quia iura facultatis non prędcribũtur secũdũ eos, quibus adde, & quia id fiebat ad eius nõ ad ipsorum vtilitatem, sicq; nõ illis sed sibi inseruiebat, & consequente illi cõtra *Deead. re.*

tra eum quasi possessioue seruitutis nõ acquirebant. Et hac ratione dicebam q̃ famulantes per immensum tempus siue priuatis personis, siue reipublicę nõ præscribunt etiam tempore immemoriali ius ministrãdi inuitis dominis vel republica, quia non tam famulorum gratia, &c. *De ead. re.*

16 Quid si locaui tibi fundũ meum per vnum annũ, & perseueraști per annos triginta, sicq; tacite re conduxisse singulis annis videbaris vt. C. locati. l. licet cũ simi. an præscripsisse videaris ius quasi perpetuę locationis, vt sic in posterum te etsi velim expellere, nequeam quandiu solitam pensionẽ præstare non cessaueris q̃ Bald. firmat in. l. male agitur col. 2. vers. si vero conductio. C. de præs. 30. annorum. idem ipse Bald. in. l. omnes eod. titu. col. 2. vers. exemplum colonus Angelus in. d. l. male agitur col. 2. Alex. in. l. item queritur. §. qui impleto in prima add. ad Bar. ff. locati. Bertachinus in suo repertorio verb. Colonus vers. 11. quę opi, omnino suspecta est, meritoq; improbatur ab Aymone de antiq. temporũ parte. 4. vers. materia ista nu. 100. Nam est in primis contra. d. l. male agitur quę non recipit euasionem, estque contra. l. fin. C. de acq. pos. & est contra omnes rationes, nam contractus locationis fit mutuo vtriusq; contrahentis consensu vel expresso vt in. l. consensu in pri. ff. de act. & oblig. & in pr. inst. de oblig. ex consensu vel tacito vt dd. legibus in tit. C. locati. & quatenus consensum fuit vtrinq; & nõ vltra arg. l. si procuratorem. §. mandari. ff. mand. sed hic singulis annis consensus vtrinq; & inducebatur tacite, & finiebatur, rursusq; renascebatur vt. dd. legibus suprà. addu. ergo cum ad annum tantum consensus ille sese porrigeret vt in simili per. l. 1. §. interdũ. ff. de vsufr. accres. dũ ait vsumfructum quotidie oriri, & quotidie finiri rursusq; renasci, sequitur talem cõsensum vltra annum porrigi non posse, præsertim cum sine possessione prędcriptio etiam per annos centum non procedat. c. fine possessiõe de reg. iuris: nec dubium sit quin colonus non sibi sed mihi tãtum possideret vt. d. l. male agitur sicq; semper integrã ciuiliter & naturaliter retinuerim possessionem, ille autem nullam ergo, &c. vt in. l. 1. §. per seruũ qui in fuga. ff. de acq. poss. nec oporteret nudam illam coloni detentationem operari quicquàm vltra intentionem tam suã quàm ipsius domini. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. constat ergo ius illud perpetuæ conductionis neq; ex partium consensu quæsitũ fuisse, neq; longe minus præscriptum videri posse. *Conducens per annos. 30. Vniformi precio fũdũ nõ quærit ius in posterum conducẽdi inuito domino cõtra plures.*

Redeundo ad quæstionem furnorũ & molendinorum licet suprà tenuerimus valere statutũ, vt ciues ad sola reipublicę molendina vel eius furnos molendi, aut coquendi causa non etiam ad alios furnos vel ad alia molendina possint accedere: tamen contrarium tenet & firmat cõmuniter tenere Couasrub. in. d. c. possessor de reg. iuris lib. 6. parte 2. §. 4. nu. 7. Soci. cons. 272. lib. 2. Ioã. Bap. de sancto Seueri. in. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Ripa. li. 1. resp. c. 11. Boerius decisione. 125. Bal. consi. 410. lib. 5. q̃ ipsi intelligunt, etiam si tale statutum fieret ad ęrarium ipsius cõitatis augendum, quo casu contrarium tenent Iacobinus de sancto Georgio in tract. de feudis. q. 3. Aymon de antiq. partę. 4. vers. circa prędmissa nu. 4. cum seq. & alij non pauci quos suprà retulimus vt incertũ sit mihi vtra harum opinionũ receptior sit: sed hanc posteriorem partem esse longe veriorẽ non dubito, si ponas statuentibus statuẽdi ea, quę iusta forent, & vtilia, potestatem non defuisse, nam si talis potestas defuerit, non valeret statutum vtcumq; iustum, non magis quã si Rex Hispanus Regi Gallorum leges vtcunq; vtiles imponeret, aut contra vt suprà docuimus & tradit plene Decius post alios in. c. ecclesia sanctæ Mariæ de constituti. sin autem talis potestas & iurisdictio statuendi adfuit, & sic in eo tãtum quęstio est, an tale statutum vt iniquum valere desinat verisimum est valere vt suprà plene ostendimus, nam & principes & legislatores possunt ex causa nostrum nobis auferre vt plene diximus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus suprà.c. 1. Et licet cum vni tantum de vniuersitate res sua auferretur precium eius rei sibi dandum esset ne solus iacturam facere ad vniuersorum vtilitatem videretur contra naturalem rationem.l.nam hoc natura.ff.de cond.in d.l.iure naturę.ff.de regulis iuris. Tamẽ cum vniuersis de ciuitate dãnum ex ęquo infertur, vt hic ne mutuę vicissim restitutiones frustra fierent, nihil restituendum esset:nec dubium est,quin tale statutum & iustum ac vtile reipublicę esse potuerit (veluti si ciuitatis molendina non multum remotiora ęrant, quàm alia, & per augmentum ęrarij cõmunis desinebãt ciues collectari & exigi.i.exactiones pati)& iustum in re dubia præsumatur nec quęuis etiam aperta duricies ad illud debilitandum sufficeret, sed ea demum, quæ intolerabilis esset. Veluti si nullum cõmodum afferret,dãnum autem graue inferret vt suprà ostẽdimus post Andr.tiraq.de retr. in præfatione nu.75.

Domini tamen temporales aut per-
17 petui Hispani,quales sunt duces, comi-
Statutum vt ciues inutilibus furnos dãi adeant nõ fit ad ducibus & marchionibus Hispaniæ. es,& marchiones:tale statutum ad cõmodum proprium facere non possent, ad cõmodum tamẽ illorũ oppidorum, quę sub ditione sua sunt, facere possent de consensu municipum,nam tunc ipsi fecisse viderentur,ipsis aũt renitẽtibus non posset:vt per Couasrub.vbi suprà.

Hinc apparet an ea statuta, quę sunt
18 in oppido Vallisoleti,& oppido dePala-
Statutũ ne vinũ in vrbem extra fines termini inferatur valet et ligat etiam clerum contraplures. cios,& in oppido Mutinẽsi del campo, & in alijs quã pluribus populis castellæ vt in eas vrbes vinum vendendũ aliunde tractum,quàm à locis iurisdictionis talium oppidorũ, minime inferatur an valeãt & Couasrub.vbi suprà tenet nõ valere quo ad ecclesias vel ecclesiasticas personas illorum oppidorum:idem vult Thomas grãmaticus deci. 100. dicens ita iudicatum fuisse: sed contrariũ vsu receptissimũ est in non paucis oppidorum Hispaniæ, ꝙ & in puncto iuris verius est,& reipublicæ conducibilius: nam cum clerus qui in hoc oppido cõmoratur, quasi pars populi videatur,& cõmoditatum ac incõmoditatum publicarum non sit expers,par est vt statutis æqualibus regatur.l. secundum naturam de reg.iuris.nec dubiũ est quin tale statutum vtile sit. Nam si fines illius territorij abundabant vineis sufficientibus ad victũ totius oppidi, & amplius si vina aliunde etiam inferrentur, non possent municipes vina sua vẽdere, ficꝙ id vtile est vineas habentibus, reliqs nõ ita id tamen sufficit, vt statutum valeat vt in simili per Crotum in.l.filius.f. §.diui.ff.de legat.1. col. 24. vbi Loazes. nu.424.Fredericus cons.35. statuto ciuitatis Cardi.cõs.144.Felinus in.c.ecclesia sanctæ marię de const.nu. 81.Aymõ vbi suprà nu. 23. Nam vt tale statutum vtile reipublicę reputatur,quia prodest vineas habẽtibus, licet alijs non prosit, sed forte noceat:ita & respectu clericorum vtile reputabitur, quia prodest clericis vineas habentibus,licet non habẽtibus non prosit sed forte noceat:nã cũ statuta intẽtionaliter fiãt ad cõmodum l.1.&.2.ff.de legibus.c.erit autem lex. 4. disti. licet reuera habeant se ad cõmodum & incõmodum, adhuc dicuntur fauorabilia: & ligant clerum, quia clerus hac in re tanquàm ciues vel pars populi iudicatur.Et licet aliquã do per hoc posit ei euenire incõmodum:tamẽ plerunq; saltem intẽtionaliter cõmodum continget, vt notanter per Aymonem vbi suprà versi.circa pręmissa nume.23. Ancharranus cõs.61.ista quæstio Alex. consil.41.lib.7.Decius consi. 114. col.3. Ias.in.l.fi.col.pe.vers. subdit Bald.C.de sac.eccles. Decius in. c. ecclesia sanctæ Mariæ de constit.nu.27.vers.tertia concluſi.Itaq; leges & statuta vtilia esse videntur re,& consilio,re plerunq;, consilio semper arg.l.1.ff.de legibus.Et clerus cum pars populi intelligatur, & cũ populo vitam similem ducat, similem sentire debet in legibus disciplinam. c. recolentes de statu monachorum.

1 *Ecclesias non tenet. l. imperatoris cum cõmuni.*
2 *Ll.sita in ti.de sac.eccle. & in tit.de episcop.& cler.an valeant?*
3 *Ecclesiasticæ rei alienatio an fieri debeat cum solennitate ciuili? noua declar.*
4 *L.ad instructionẽ.C.de sacr. eccles. ligat etiam clericos*

clericos cum quibusd.contra plures.
5 *Leges imperatorum generales,quæ de clericis mentionẽ non faciunt,si sint iustæ valent cum communi.*
6 *Leges tutelarum tenent clericos.*
7 *Leges contractus tenent clericos.*
8 *Leges de infamibus tenent clericos.*
9 *Leges imperatorum etiam de clericis expressam mentionem facientes si sint iustæ,nec reperiãtur innouatæ, ligant clericos cum quibusd.contra communem.*
10 *Præsc.30.annorum de iure ciuili procedit cum scientia rei alienæ ꝙ ius etiam hodie viget cõtra communem.*
11 *Præscribit.30.annis hæres rem legatam, etiam sciens contra Decium & alios.*
12 *Rapta bona raptoris,quæ quæsierat, non amittit per matrim.cum eo contractum dubium certamen.*
13 *L.limitans dotes puellarum tenet contra Hipo. cum Couas.*
14 *L. iubens ne filia nubat sine consensu patris,non valet cum communi.*
15 *L.iubens ne filia nubat patris consensu non petito,non valet cum quibusd.contra plures.*
16 *Lex ciuilis, quæ ex causa rationabili præsumeret contractum iuratum fuisse simulatum, valeret cum cõmuni. licet si omnem contractum iuratum simulatum præsumeret non valeret cum communi.*
17 *Clericus actor litigans sub iudice laico in respicientibus ordinem procedendi, subest legibus laicis cum communi.*
18 *Idem etiam in respicientibus decisionem causæ.*
19 *Clericus litigans sub iudice laico non appellat ab interlocutoria cum communi.*
20 *Clericus litigans sub iudice laico subest legibus laicis nõ solum iuris communis, sed etiam particularis contra plures.*
21 *Clericus litigans coram iudice laico Hispaniæ tenetur leg.4.hic.all.contra Decium.*
22 *Clericus litigans sub iudice laico etiam indecisuis sequitur leges profanas,cum communi.*
23 *Clericus litigans sub iudice laico sequitur legẽ laicam augentem probationem contra Calderi.cum com.*
24 *Clericus is lege laica vtetur quo ad dilationes cum Corn.contra Bal.& Abb.*
25 *Clericum hunc tenebit statut. quo libris mercatorum fides dabatur cum Corn.contra Abb.*
26 *Clericus ille subierit statuto cauenti vt causæ compromittantur contra Decium & Bal.*
27 *Idem si caueretur, vt non licet petere quòd laudum reduceretur ad arbitrium boni viri contra Decium.*
28 *Idem si caueretur,ꝙ tale laudum haberet paratam executionem contra Decium.*
29 *Clericus actor subest legibus regijs.*

LEx imperatoris, quæ specialiter de ecclesijs loquitur, vel de ecclesiasticis personis, vtcunq; fauorabilis sit,non valet ex defectu potestatis legislatoris,nõ magisquã
1 valeret lex Hispanorum, quæ Gallis fa- *Ecclesias nõ tenet.l.imperatoris cũ communi.*
uorabilis esset,aut contra eos enim inuitos non teneret: vt enim beneficium non confertur in inuitum.l.inuito.ff.de regu.iur.& vt consilium vtcunq; saluberrimum nõ obligat eum cui datur.l. cum pater.§.mando.ff. de lega.2. l. titio centum in pr.ff.de cõd.& dem. §.1. inst. mand.l.1.&.2. ff.eod. ita & talis lex vtcunq; salubris & vtilis quasi beneficiũ consiliumq; cõmodum haberi debet ꝙ non ligat eos, qui subditi nõ sunt ita in specie in clericis & ecclesijs tenent cõmuniter doct.in. c.ecclesia sanctę Mariæ per illum tex.de constit. præsertim Abbas ibi & Felinus & Anto.& Decius nu.24.qui alios allegant.

Vnde omnes leges quæ habentur in
2 titulo de sacr. eccles.& in titu. de epi- *Ll.sita in ti. de sac. eccl. & in ti.de episco. & cler.an valeant?*
scopis & cleri.non habent vim legis ita Decius vbi suprà post Abb.ibi Innocẽtius in.c.1.de rebus eccles. non alienan. lib.6.& ibi Geminianus in gl.in verbo. tract.in fine Albe.in.c.nulli col.1.de rebus eccles.non ali.idem Abb.in. c. inter alia.§.præterea.2.de immuni. eccles.idẽ Abbas in.c.in præsentia de probati. col. 6.versi.ego in hoc dubito.

Et ideo secundum eos solẽnitas in-
3 ducta per imperatorem in alienatione *Ecclesiasticæ rei alienatio an fieri debeat cũ solennitate ciuili noua decl.*
rei ecclesiasticæ per auth.hoc ius porrectum.C.de sac.eccles. non tenet sed licet vtrunq; cõmuniter receptũ videatur: tamen non est simpliciter verum nam vt ius prætorium, & ciuile veluti in vnam consonantiam iuerũt, & quasi omnium bonorum socij quodãmodo videbantur:ficq; statutum inuentumq; ab altero,& approbatum,vel inuentum ab altero quoq; intelligebatur arg.§.sed cum paulatim inst.de testa. & fere per totum inst. de iure nat.ita quoq; & dispositа per ius ciuile, per ius canonicũ ex toto ac ex vniuerso approbata vidẽtur vt in.c.1.&.2. cum vtrobiq; notatis

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per gl.& doct.ff.de noui opi.nun. vnde cum omnes pleræq; leges, quæ sitę sunt in titulo de sacr.eccles.& de epis.& clericis & nominatim.d.auth.hoc ius porrectum sint à iure canonico approbatæ & veluti hospitio quodam receptę, iam dubitari nō oportet quin vim legis habeant, & in eo tantum quæstio erit an eam vim vigorem, ac viuacē spiritum ab imperatoribus, an vero ab ipsis pontificibus assumpsisse videantur: & magis est vt ab ipsis pōtificibus cœpisse videantur, vt fere per totū de confir. vtil. vel inutil.itaq; dicimus eas leges, vel earum pleraque etiam hodie vigere, non solum quasi vsu totius cleri paulatim tacitēq; receptas, sed etiam quasi à pontificibus generaliter admissas. Et alterutrum sufficiebat nedum vtrūq;.§. ex nō scripto inst.de iure nat.l.de quibuscum seq.ff.de legi.vnde suspectum etiam est q Decius vbi suprà post Abb.ibi & alios per eū relatos ait dum negat seruāda esse iura ciuilia, quæ loquuntur de emphiteusi ecclesiæ, nam & ea seruāda sunt, vt pote non solum vsu gentium.i. totius clerici sed etiā canone generali receptum. Qua ratione dū Decius vbi supra.post gl.in.c.nouarum.16.q.1.Calderi.cons.2.11.de cēsi.Bar.in.l.ad instructionem. C.de sacr. eccles. Andr. sicul. cons.1.lib.3.& cōs.29.lib.4.quos ibi Decius allegat & Abbas.cons.3.lib.1.& gl. in.d.l.ad instructionem.dum inquā tenent q ad instructiones de quibus in.d. l.ad instructionem clerici non teneantur cōtribuere, suspectum est, quia & id vsu totius cleri approbatum, & in generalitate.d.c.1.de op. noui nunt. cōprehensum videtur. Quandoquidem nullo canone nominatim reperitur immutatum, præsertim cum ea res sit ratione naturali munita, quòd enim erogatum est & necessario, & ad vtilitatem vniuersorum per quàm iniurium esset, si quisquàm contribuere recusaret. Sicq; vellet ipse ditari & iuuari cum iactura aliena contra omne ius, & æquitatem naturalem.l.nam hoc natura.ff.de cōd. indebiti.l.iure natu.ff.de reg.iuris. Quę iniquitas longe remotior ab ipsis clericis, quàm à reliquis esse debet: & ita in specie contra Cald. Decium & sequaces suprà relatos tenent Lucas de pēna in.l.fi.in fine.C. de exact.tributorū. lib. 10.Bellamera cons.45.consulis ciuitatis Guido pape.q.78.Ripa.li.2. responsorū. c.20.nu.5.id q vbi necessitas postulabat receptum est per.l.54.ti.6.par.1. vbi idē tenet Gregorius lupus sentiens cōtrariā op.posse defendi, vbi opus illud publicum esset mere voluntarium, aut vtile tantum: nō sic si esset necessarium ad idem.l.20.ti.32.par.3.l.1.ti.3.lib.1. ordin. facit.l.ad portus.C.de oper. pub.l.absit. C.de priui.domus augustę lib.11.l.fi. C. de quib.muneribus lib.10.glos.in.c.non minus verb.releuandas de immuni. eccles.i. confirmatur ex his quæ in.c. præcedenti diximus.s.l. vt statutū ne vinum forense in vrbe inferretur, teneat etiam clericos.

4 *l.ad instructionem. C. de sacr. eccles. ligat etiam clericos cū quibusd. cōtra plures.*

5 Infertur etiam ex supradictis an vera sit illa cōmunis opi. quæ habet quòd leges imperatorum, quæ generaliter loquuntur, nec nominatim de clericis aut ecclesijs mentionem faciunt si sint clero fauorabiles, & rationabiles, valeant & quidem valent ita Abb.in.d.c. ecclesia sanctæ Mariæ in.3.casu de cōst.& ibi Decius nu.27. Ancharranus in.c.1.eod. tit. Antonius in.d.c.ecclesia col.3. Host. in.c.fi.de solu. Alex.cons.121. viso themate lib.2.col.fi. Alex.cōs.122.viso processū col.pen. lib. 5.& eod.lib.cons.123. col.fi.& est communis opi. Vnde ijdem doct.cōmuniter inferunt, q iura loquē tia de tutelis minorū valēt etiam de iure canonico. Idem similiter cōmuniter inferunt, q iura loquētia de contractibus, valēt etiam de iure canonico, & similiter cōmuniter inferunt, q qui sunt infames de iure ciuili, infames quoque erunt de iure canonico.

Leges imperatorum generales quæ de clericis mētionē nō faciunt, si sint insteva let cum cōi.

6 *Leges tutelarū tenent Decius.*

7 *Leges contractus tenent clericos.*

8 *Leges de infamibus tenent clericos.*

9 Et in omnibus his speciebus, & similibus aiunt hanc esse rationem: quia leges illę generaliter loquebātur, nec nominatim de clericis loquuntur q Decius impugnat vbi supra, dicens non in eo vim faciēdam esse, vtrum sint leges nominatim loquutę de clericis nec ne? Sed vtrum sint fauorabiles nec ne? quia & cle

Leges imperatorū etiā de clericis expressā mentionē facientes si sint iustæ nec reperiūtur innouatæ ligant

clericos cum quibusd. cōtra cōmu.

& clericis inquit priuilegium concedi potest.capitu.nouit de iudic. sed id Decij argumen. leue est, nam & beneficium à lege solet dari, etiam inuitis capitu. si diligenti de foro competenti. Et tamen absurdum esset dicere, quòd beneficium à lege ciuili datum clericis, non posset ab ipsis repudiari: iam enim esset species subiectionis. Sed licet ratio Decij non placeat, eius tamen opinio.contra communem sententiam in principali conclusione, & etiam in tribus illationibus suprà relatis verior mihi videtur, vt leges loquentes de contractibus, vel de tutoribus, vel de infamibus valeant etiam de iure canonico, id tamen non ideo fit, quòd loquantur imperſonaliter: sed ideo quia omnes leges Imperatorū, & vsu totius cleri tacite receptę & generalitatæ dicto capitu.1.de noui operis nuntiatione, cùm similibus comprehensæ sunt & approbatæ. Quam etiam euenturum esset, licet nominatim dictæ leges de clericis loquerentur: & cum etiam ante ius canonicum scriptum leges Imperatorum starent, clerici, quia non poterant sine lege viuere, illis legibus sponte sua regebantur, nec vnquam postea ab eis discesserunt generaliter, imo à pontificibus fuerunt generaliter approbatæ: nisi in casibus, in quibus modo contrarium modo diuersum statuerunt, modo nouum ius crearunt. In reliquis autem id ius cōmune adseruauerunt, facit illud per me, reges regnant. Itaque ipsis clericis turpe esset incerto iure, & sine lege viuere more ferarū argum.l.2.§.exactis.ff. de origine iuris. sicque ipsi & ante conditum ius canonicum legibus Imperatorum vtebantur: & eis vti etiam post conditum ius canonicum perseuerarunt, easque leges veluti hospitio quodam receperunt.d.l.ca.1. vt in simi. diximus in.§.1. de succ.creati.

Ergo omnes leges ciuiles, quæ iuri canonico, vel iuri diuino, aut rationi naturali nominatim non repugnant, ab eodem iure canonico approbatæ intelliguntur: non solum vsu totius cleri, sed etiam generali pontificum constitutiōe: estq; vera & communis opinio, in quibus legibus mentio expressa non fit de ecclesia aut ecclesiasticis personis. At diuersum est secundum commun. opinion. suprà relatas, quo ad leges quæ specialem mentionem faciunt de clericis, vel personis ecclesiasticis, nos contra vt & in iis idem fit. Nec enim lex ciuilis, eo quòd nominatim de clericis meminerit odio sed potius laude, & gratia digna videri debet, & vtrobique, vt iam diximus, par ratio est, & vtroque casu leges vigere intelligo, non ex vi iurisdictionis, sed ex vi approbationis: vt in simili aliena iurisdictio approbatur in mille casibus relatis per tex.glos.& noniores in.l. si conuenerit.ff. de iurisdictione omnium iudicum, & in.l.1. C. eodem titulo, & alibi diximus, sicque apparet veram non esse opinio. Pauli Castrens. post Iacob. Butrig. ibi in.l. 1.ff.si certum pet. contendentis ius canonicum non omnes leges Imperatorum approbasse videri, sed eas tantum de quibus nominatim canones mentionem faciunt: sicque merito improbantur à Philippo Decio in dicto capi. ecclesia sanctæ Mariæ, nume. 27. versicu. non obstant iura. Nam & similiter Romani legibus Athenienſium, veluti hospitio receptis, vtebantur. l. 2.ff. de origine iuris, & Hispani Romanorum legibus, veluti hospitio receptis vtimur gloss.in capi. Adrianus. 63. distinct. idemque in gallis, & alia similia differimus libr. pri. de succeſſ. cred.§. 1. sic ergo & clerici Imperatorum leges sponte receperunt. capitu. 1.& 2. de noui operis nuntiatione. sed postquàm eas receperunt, iam eos ligant, non secus quàm si ab eis primordialiter essent inuentę. Nec quicquam refert, vnde originem traxerint, si modo iam à pontificibus autoritatem receperunt. l. non vnde. C. de non numerata pecunia: omnia enim nostra facimus quibus autoritatē impartimur, vt ait Iusti. in prima constitutione. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præscr. 30. annorũ de iure ciuili præcedit cũ scientiæ rei alienæ, cap. ins et hodie viget cõtra commũnem.

10 Deniq; hinc apparet, an vera sit cõmunis illa opi. de qua per gl. app. in. c. possessor de regulis iuris. libro sexto, quæ habet præscriptionem etiam triginta annorum, non procedere cum mala fide, hoc est cum scientia rei alienæ, quæ quidem communis opinio quatenus habet cum scientia rei alienæ non procedere, suspecta est: nam non bene sequitur habeo scientiam rei alienę ergo habeo malam fidem, potui enim cogitare dominum permissurũ. Quod si dixeris, quod dominus præsumitur vetare. l. qui vas. ff. de furtis, replicabo id verum ad tempus, sed non pepetuo: nam ita præsumitur vsque ad annos triginta: sed postea præsumitur rem suam pro derelicto haberi vel le, vel possessori velle concedere, ita Barto. communiter receptus in. l. cum quærebatur ad fin. C. vnde vi. estque ex mente. l. ficut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscriptione triginta annorum. Itaque lex eam sinistram suspitionem vel præscriptionem ad tempus induxit, & post tempus reduxit ac reiecit, sicque cum bona vel mala fides pendeat ex animo possessoris, qui soli Deo notus esse potest. l. penult. C. de euictio. dum lex canonica in possessore, etiam post longissimum tempus præsumit malam fidem, potuit errare, dumque lex ciuilis post tale tempus longissimum præsumit bonam fidem, potuit similiter errare, ergo stante hoc dubio alterutra lex in suo foro probanda est, licet lex canonica præualeret, ciuilisque conquiescet, vbi esset peccatum certum & indubitatum. Qua de re alibi latius, & per Decium numero. 25. vbi suprà & plenius diximus infrà libr. 4. capit. 77. & capit. 79. nume. 16. cum præ. & sequen.

Præscribit 30. ãnis hæres rẽ legatam, etiam sciens cõtra Decium et alios.

11 Hinc apparet, quid respondendum sit in illo articulo, cum quæritur, an hæres rẽ, quã legatã fuisse non ignorabat, posset præscribere? & quidem vbi hęres testamentũ occultasset dolo, ita quòd delegato nullam notitiam habuisset legatarius: & si post annos triginta mero iure non desierit currere præscriptio argument. l. final. C. de præscriptione longi temporis. glos. communiter app. in. l. licet. C. de iure deliberandi. Tamen restitutionem dari legatario æquum esset iuxta communem opinio. Barto. & aliorum ibi. Cæterum si hæres nihil dolo fecit nec legatarius legatum sibi relictum ignorauit, non dubito quin hęres post trigin ta annos tutus sit: quia eo tempore omnis actio siue illa personalis sit, siue realis, siue mixta, finitur: vt in pri. inst. de perpet. & temp. act. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de prę scriptione triginta annorum. Neque hæres malam fidem habuisse videbitur, cum incertum sibi esset, vtrum legatarius agniturus esset legatum, an repudiaturus? præsertim cum nec legatum vnquam fuisse videatur repudiatione secuta text. optimus in. l. 1. §. vtrum autem cũ §. sequen. ff. si quid in fraudem patroni. l. si legatarius. §. final. ff. de legat. 1. l. si tibi homo. §. cum seruus, vbi glos. & communiter Doctor. ff. eodem titulo. nec refert, imo paria sunt, quod legatarius expressim repudiauerit, vel etiã tacite sinendo tempus ad agnoscendum præterire. l. si quis filium. C. de inofficioso testamento in fin. iũct. l. cum quid. ff. si certum petatur. ergo si postquàm legatarius intellexit legatum sibi relictum fuisse, longissimum tempus præteriit, indubitanter hæres vtroque iure tam canonico quam ciuili tutus erit: licet contrarium & male tenuerit Decius in dicto capitu. ecclesia numero. 26. versicu. & circa illum textum. Post Paulum Castrens. quem refert in quibusdam consilijs. Nec his aduersatur, quòd Cumanus consilio 147. Domina contesia respondit, nam in suo casu hæres dolo occultauit legatum, quod legatarius petere cœpit si mul, ac sibi relictum intellexit.

Rapta bona raptorũ, quæ quæsierat, non amittit p matrimo. cũ eo cõtractum dubiũ certamen.

12 Sed an lex ciuilis, quæ virginem raptam vetuit nubere raptori, eiusque bona ipsi virgini raptæ contulit, sit iure canonico correcta, & correctam esse omnes admittunt quo ad hoc, vt matrimoniũ valere non desinat. Sed an lucrum

crũ bonorum, quòd à lege ciuili adraptam ipso iure translatum fuit cesset matrimonio secuto, inspecto iure canonico, quemadmodum cessat inspecto iure ciuili, vt authentica de raptu mulie. §. superfluam glos. & communiter Doct. ibi in. l. vn. §. etsi quidẽ. C. eo. titulo mouet quæstionem quòd si virgini raptæ, quæ raptori ex dispositione iuris canonici nubere potuit, illud lucrũ à lege ciuili auferat, ipsa tardior timidiorq; ad tale matrimoniũ contrahendum reddetur, & tamen lex canonica voluit, ne quòd omnino nuptijs impedimentum fieret, vt not. per glos. & omnes in. l. j. C de institution. & substitutio. sed tamen, vt ibidem est communis opi. glos. & Doctorum, licet metu pœnæ, non possit quis remoueri à nuptijs contrahendis, aliud tamen est in lucro oblato. Adhuc tamen magis esse videtur, vt lucro non priuetur, nã illud lucrum semel sibi statim, post sui raptum à lege delatum fuit: & licet ab eo lucro postea per nuptiarum interuentum vetitarum priuetur vt. dd. ll. ta men illa pœna non fuit perpetua, sed temporalis: durauit enim, quandiu legis prohibitio durauit, non vltra, legis autem ciuilis prohibitio iam euanuit, per legis canonicæ permissionem superuenientem, sicque legis ciuilis habetur prohibitio pro infecta: ergo vt si re vera nunquam lege ciuili vetitum esset raptam raptori nubere per nuptiarum interuentum ipsa non lucro semel legitime quæsito priuaretur, sed potius forte laudaretur: ita & hoc casu cum ea legis ciuilis prohibitio iam finita fuerit, & veluti pro infecta, vel nunquam nata habeatur post legis canonicæ interuentum, consequens est vt mulier suum lucrum sibi retineat, præsertim cum correcta ratione legis ipsa lex correcta etiam videatur. l. vn. in pr. C. de caduceis tollendis, vbi plene per Corneum plenius per Andræ. Tiraquell. de causa cessante. Hic autem ratio id lucrum mulieri adimendi erat, ne nuberet, hodie autem id matrimonium non videtur improbatum, ergo cessat ratio legis ciuilis punientis seu pœnalis, præsertim quia si ipsa lex ciuilis cogitasset id matrimonium aliquando permissum futurum, verosimile est quòd hanc quoque pœnam reiceret, vel minime apponeret, iuxta glos. communiter ibi & vbique appo. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. sicque pro cauto haberi debet id quod iureconsultus interrogatus verisimiliter respondisset iuxta dict. glos. communiter ibi approbatam, & ita in speciem quòd talis pœna hodie cessat, resoluit Decius in dicto capitu. ecclesia sanctæ Mariæ numero. 34. versicu. in quinto casu. glos. in capitu. de puellis. §. fina. verbo nullatenus. 36. quæstio. 2. post Abbat. in dicto quinto casu idem Abbas in capit. cum causam de rapto. idem in capit. j. de sponsalibus. Romanus in rubric. ff. soluto matrimonio, colum. 2. Frederi. Senensis consilio. 36. Decius numero 11. in. l. nuptias de regulis iuris. ff. Couasrub. in. 4. Decret. part. 2. capitu. 3. §. 9. Alexand. in. l. Seius & Auger. ff. ad legem falcidiam. licet glos. in capitul. cum secundum de hæretic. libr. 6. teneat quòd dicta pœna licet cesset de iure canonico in terris ecclesiæ, tamen probatur de iure ciuili in terris imperij. sequitur Ioannes Andræas ibi & Antonius in capit. 1. de sponsali. Salicetus in. l. vn. colum. 5. de raptu virginum. C. Ioannes de Anania in dicto capitu. cum causam. Sed prior opinio verior est, quasi pœna à lege ciuili inducta, iam non solum ex dispositione legis canonicæ, sed etiam ex verimili ipsius legis ciuilis mente & sententia euanuerit, vt iam ostendimus, licet & hanc vltimam partem quam impugnamus, tenuerit etiam Felinus sibi male constans in dicto capitu. 1. de sponsalibus, numero. 15. Pal. rubric. de donationibus inter virum & vxorem. in capitu. per vestras. 3. not. nume. 13. & alij quos refert Couasrub. vbi suprà. Qui tamen in eo fallitur, quod ex defectu potestatis legis ciuilis id descendere intellexit, cum non nisi ex defe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctu voluntatis descendat, vt iam ostendimus, & multis comprobat Decius in d. numero. 34.

L. limitans dotes puellarũ tentet contra Hypo. cum Couasrub.

13 Illud autem plane ridendum est, quòd Hyppolitus Marsilius singula. 589. scripsit, quo asseruit non valere legẽ, quæ modum dotibus assignaret, quem excedere fas non esset, sicque deduceretur non valere legem regiam, quæ comitijs Madritij habitis lata fuit: quasimilis modus ac meta dotibus definita fuit, non quoque valere diceres similem legem à Venetis latam, vt refert Postellus de magistratibus Atheniensium capit. 33. mouetur Marsilius, quia vt sibi videtur est cõtra libertatem matrimonij, quasi facilius fœminæ maritos inuenturæ essent, si probe dotibus onustas eos quærerent quam aliter, sed ipse non aduertit, quòd imo facilius eos inuenient tali lege lata, cum sic viri necesse habituri sunt sese abstinere ab immensium dotium postulatione, quę ratio mouit nostram legem regiã, & similes, quæq; & si fallax esset (quæ non est) non impediret, quin vim legis ea lex haberet, cum ad id sufficiat, vt legislator id putauerit vtilius esse, nec iuri naturali palam aduersetur, vt per Baldum in. l. non omnium. ff. de legibus plene per Tiraquel. de vtroque retract. in prefatione numero. 75. merito ergo à Couasrub. vbi suprà, notatus fuit.

L. iubẽs ne filia nubat sine consensu patris, nõ valet cum communi.

14 Denique cum sit vera & communis opi. non valere legem ciuilem, qua caueretur filiam non posse matrimoniũ contrahere sine licentia patris, vt per Alexandrum in rubri. colum. fina. ff. soluto matrimonio, per eundem in. l. Seius & Augerius. ff. ad legẽ falcidiã. per Decium numero. 36. in dicto capi. ecclesia sanctæ Mariæ de constitu. per Baldum in. l. nemini. C. de nupt. idem Bald. in capi. pe. de consuet. Francis. de Curte. consilio. 27. magnificus vir. Andræas Siculus consi. final. libr. 2.

L. iubẽs ne filia nubat patris cõsensu non peti-

15 Tamen hæc communis opin. limitatur, vt aliud sit quando non cõsensum sed consilium duntaxat lex ciuilis exigeret, cum enim consilij requisitio nõ inducat necessitatem, sed qui illud requirebat possit tali consilio sese accõmodare, vel ab eo si libuerit discedere. l. cum patr. §. mand. ff. de legatis. 2. l. Titio centum in pr. ff. de conditionibus & demonstrationibus. l. j. ff. mand. §. 1. instit. eodem. capitul. cum olim de arbitris, non videtur per hoc infringi conrrahendi matrimonij libertas: ita Bald. in capit. statutum de hære. libro sexto, de quo & non iniuria dubitat Perusinus ibi licet Bald. sequatur Decius post Paul. Castrens. quem ipse allegat in dicto capitu. ecclesia sanctæ numero. 36. quorum opinionem suspectam esse duco, quia lex desiderat, ne quod omnino nuptijs impedimentum fiat. l. cum tale. §. rescriptum. ff. de cõditionibus & demonstrationibus, & hæc est vehementissima legis canonicæ intentio. capit. gem. cum similibus de sponsali. nec dubium est quin saltem quale quale impedimentum sit in talis consilij requisitione argumento. l. fina. in pr. &. §. j. C. de bonis quæ liberis, & patet ad sensum ergo &c. faciũt q̃ traduntur per Emanu. in. l. cum tale rescriptum li. 6. ff. de conditionibus & demonstra. quid si statutum, vel lex Hispanorum diceret omnem contractum iuratum præsumi simulatum, & sane communis, & vera op. est quòd non valeret ea lex, at si diceret contractum etiam iuratum posse & debere ex causa rationabili simulatum præsumi valeret ex

to, nõ valet cũ quibusd. contra plures.

16 communi opiniõe & vera, de qua per Decium in d. c. ecclesia nume. 41. qui plures allegat, & alibi plenius differuimus. Huiusque rei ea ratio est, quòd iuramentum non supplet consensus defectum. l. fin. C. de non numerata pecunia & simulatio inditijs probatur argumen. l. pen. C. de euictio. l. dòlum. C. de dolo vnde si interfuit simulatio, sicq; defuit consensus necne? cum ex iudicijs colligi debeat, nihil hac in re habet immutare iuramenti interuentus. Verum hanc nouam legis Hispanæ præsumptionem vtcunque rationabilem sequi non tenerentur iudices ecclesiastici, nec etiam laici non subditi,

Lex ciuilis, quæ ex causa rationabili præsumeret contractum iuratum fuisse simulatũ, valeret cũ cõmuni. licet si omnẽ contractum iuratum simulatũ præsumeret, nõ valeret cũ communi.

subditi, cum eos nõ ligaret: & leges tãtum ciuiles Imperatorum, non etiam reliquorum regum, lex canonica approbauit dicto capit. 1. de operis noui nuntiatione.

Clericus actor litigãs sub iudice laico in respicientibus ordinem procedẽdi, subest legibus laicis cũ cõi

17 In summa si clericus litiget coram iudice seculari in iis, quæ respiciunt ordinem procedendi legibus secularibus, nõ etiam canonicis vti debet iuxta veram & communem opin. gloss. in cap. quod clericis de foro competẽti, quã gloss. non communiter tantum, sed etiam ab omnibus nullo dempto approbatam esse firmat Decius nume. 42. in dicto capit. ecclesia.

Idem etiã in respicientibus decisionem causæ.

18 Et cum clericus actor teneatur sequi forum rei capit. cum sit generale & calicet. capit. ex tenore. de foro competẽti, adeo vt etiam coram eodem iudice teneatur respondere in causa reconuẽtionis, gloss. in capitu. pr. verb. super suis de mutuis per eti. gloss. in capitu. at si clericis in verb. non tenet de iudicijs gloss. in capit. multi verb. seculari. secunda quæstione, prima. l. 57. titulo sexto part. j. vbi plene per Gregorium Lupum Marianus Socinus in dicto. c. 1. de mutuis petiti. nume. 24. cum plu. sequent. qui hoc varie limitat Decius in capi. at si clerici nume. 25. de iudi. & est communis opin. secundum Iacob. de sancto Georgio in. l. secunda. §. sed si agat nume. 4. ff. de iudi. idem Iacobinus in. l. qui non cogitur colum. 1. eod. titulo sequitur, & dicit esse communẽ opin. Petrus Dueñas regula. 102. cum inquam clericus teneatur sequi forum rei, & in eo foro necesse sit secundum ius ciuile vel Romanorum vel illius ciuitatis ius dici, vt in pri. inst. de obliga. ibi secundum nostræ ciuitatis iura, & in pr. inst. de officio iudicis. l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure. l. omnes populi eodem titulo. §. sed naturalia quidem iura inst. de iure natu. necesse est similiter vt clericus ibi litigans eo iure vtatur, & cum prorogatio iurisdictionis fiat multipliciter capit. pe. fina. de officio delegati. l. si conuenerit vbi omnes ff. de iurisdictione omnium iudicum: quasi sponte sua is clericus illius iudicis sub quo litigat, iurisdictioni sese submisisse videtur, nam & idem facere necesse habet homo gallus, cum Hispanum in sua iurisdictione conuenire vult, vel contra cum Hispanus hominem gallum in regione sua conuenire velit.

Clericus litigans sub iudice laico nõ appellat ab interlocutoria cũ communi.

19 Vnde infertur quòd si clericus qui conueniebat laicum coram suo iudice, velit appellare à sententia interlocutoria, non audietur, quia id iure tãtum canonico non etiam ciuili iure permissum est: ita tenent communiter Doct. vt resoluit Decius in dicto cap. cum ecclesia. nume. 43. versi. ex præmissa allegat Archi. in capit. non ita secun. quæstio. 6. & alios plures quòd ipse intelligit non procedere quando appellaretur à sententia diffinitiua, a qua ex forma statuti appellari non liceret: tunc enim secundum ipsum Decium vbi suprà & secundum Aretin. in capi. quòd clericis de foro competenti, colum. 3. Post alios à Decio relatos iudex ille laicus secũdũ iura canonica iudicare deberet, quòd à parte vt nobis videtur suspectum est, & contra tex. in pri. inst. de officio iudicis, vbi dicitur in primis illud obseruare debere iudicẽ ne aliter iudicet quàm secundum leges suæ ciuitatis: ad idem tex. in pr. inst. de obligat. ibi secundum nostræ ciuitatis iura facit. l. ius ciuile &. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. §. sed naturalia inst. de iure natu. quòd habet tationẽ, quid enim si iudex ille laicus suæ ciuitatis iura optime nouit, canonica autem iura nec summo digito attigit, & ita in specie tenet gloss. in dicto capi. quòd clericis, licet Antonius & Areti. & reliqui aliter & male ibi sentiant secundum Decium vbi suprà, quid enim si secundum illius ciuitatis ius vel vni tãtum testi fides adhibẽda esset? aut quid si ex diuerso non paucioribus quam quinque testibus fides esset adhibenda? aut quid si non fœminis sed masculis tantũ? quid denique si pro furto nõ manifesto nõ dupli sed minoris? aut p manifesto nõ quadrupli sed minoris aut pro rapina non tripli sed minoris pœna esset?

Clericus litigans sub iudice laico subest legibus laicis nõ solũ iuris cõis, sed etiam particularis cõtra plures.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in omnibus his speciebus & similibus, quę pertinent ad litis decisionem per absurdum esset iudicem laicum nō secundū suæ ciuitatis iura sed secūdum aliena iura iudicare compelli, id quod tam distat à mente, & sententia iuris quam distat solis occasus ab ortu, nec arbitror contrarium potuisse ius canonicum inducere, etiamsi nominatim vellet ad dict. capit. quòd clericis respondeat quòd loquitur Parisius, vbi ecclesia & ecclesiastici iudices habebant temporalem iurisdictionem, alias secus vt ibi per glosam: & cum tenuerimus quòd etiamsi per legem ciuilem illius ciuitatis facultas appellādi à diffinitiua esset sublata adhuc clericus coram tali iudice litigans eo iure vti deberet multo magis idem admittemus, & si statutum ibi esset vt non liceret appellare ab alio grauamine irreparabili, licet vtrunque pertineat ad causæ decisionem, quanuis cōtrarium teneat Decius: vbi suprà quā verosimile est idem responsurum etiam si ageretur de interlocutoria quæ haberet vim definitiue, in quo & nos contrarium teneremus, & ita intelligo. l. 4. titulo de las appellationes libro tertio ordin.

12 *Clericus litigans corā iudice laico Hispaniæ tenetur leg. 4. hic alle. cōtra decium*

22 *Clericus litigans sub iudice laico etiam in decisiuis sequitur leges profanas, cum cō muni.*

Denique generale est quòd etiam in his quæ pertinent ad ordinationem causæ, clericus litigans coram iudice seculari est iudicandus secundum ius ciuile, vel commune vel peculiare illius ciuitatis vbi lis erat: hanc tenet & firmat communiter teneri Corneus consilio. 114. quanuis per aspectum columna secunda in prim. libro secundo. & apparet esse communem opi. vt per Decium in dicto capit. ecclesia sanctæ Mariæ de constitu. nume. 42. & ab hoc nullus fere discrepat secundum eum, sed in his quæ respiciunt causę decisionem, an is clericus sit iudicandus secūdū iura canonica, an vero secundum ius commune vel municipale, quando litigat coram iudice seculari: & licet sint varię opin. vt suprà diximus, tamen communis opin. est eum vti debere iure ciuili vel communi vel municipali, ita tenet Barto. in. l. 1. C. de summa trinit. & ibi Bald. Ioannes Andræas ad Specul. titulo de constitut. §. 1. versicu. & nota Hostiensis titul. de testament. §. qualiter versicul. verum & de consuetudine. §. fina. Antonius de Butrio, & Imola in dicto capit. quòd clericis de foro competenti. Sentit Florentinus in capit. cum venissent de eo, qui mittitur in possessionē, quos refert, & sequitur hanc partem communem dicens Corneus dicto consilio. 114. libro secundo nume. 4. nulla tamen iura allegat, sed sunt iura ab aliis non citata in. d. pr. inst. de officio iudic. &. d. pr. inf. de obligati. l. secunda. ff. de origine iuris. in pr. Facit dicta. l. secunda in. §. post originē, dū ait parū est enim iura in ciuitate esse, nisi sint q iura reddere possint: sentit enim magistratus nō aliter ius dicturos quam iuxta mores & leges suæ ciuitatis, quòd & inuit. d. l. 2. §. Seruius autē, Sulpitius dum ait turpe esse magistratui ignorare ius i quo versatur, & sic ius suæ ciuitatis secundum quod iudicaturus est non secundum ius alienum, quod ius alienum & si ab eo ignoretur, innuit non esse turpe eò quòd secundum ius alienum iudicaturus nō sit: faciuntque alia iura suprà per me allegata, facit. l. 1. ff. quod quisque iuris quæ iubet æqualitatem in iudiciis probari, simile in. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis: ergo vt laicus si actor esset & clericum conueniret in suo foro & coram suo iudice ecclesiastico, iure canonico vteretur. capit. cum sit generale, cap. ex tenore. capit. quòd clericis. capit. licet de foro competenti, ita quoque si clericus hunc laicum coram iudice suo conueniat, iure illius & sic ciuili vti debet, vt sic illa ſū ma æquitas ac æqualitas iure naturæ debita, de qua in dicto titu. quod quisque iuris obseruetur.

23 Ex his etiā infertur erraſſe Calderi. in sua disputatione incipiente, statuta ciuitatis, quem refert & sequitur Imola in. d. cap. ecclesia sanctæ Marię de constit. dum firmat, quòd si erat statutū ne contractus paucioribus quam quatuor testibus, possit probari & clericus ibi litiget coram iudice seculari eo statuto non vtetur, cuius contrarium verius est ex supradictis, merito ergo à Corneo in dicto consilio. 114. colum. 2. notati sunt.

Clericus litigans coram iudice seculari tenetur leg. omni. C. de sacr. eccles. hic alle. cōtra Decium.

Clericus litigans sub iudice laico sequitur legē laicā augētē probationem contra Calderi. cū Corn.

Clericus in lege laica vtetur quo ad dilationes cū Cor. contra Bal. & Abb.

24 Infertur similiter suspectū esse quòd Bal. in. l. omni innouatione. C. de sacr. eccles. & Panor. in. c. quòd clericis de foro competē. firmant scilicet quòd talis clericus nō vtetur prę scriptione statutaria dum coram iudice seculari litigat, cuius contrarium ex superioribus verius esse apparet, sicq; non immerito à Corneo vbi suprà notati sunt.

Clericū hūc tenebit statut. quo libris mercatorum fides dabatur cū Corn. cōtra Abb.

25 Infertur similiter suspectū esse q Abbas vbi. s. negat clericum vsurū iure statuti illius, quo cauebatur libris mercatorum fidem adhibendam, cuius cōtrariū ex supradictis verius esse apparet, merito ergo & in hoc ab Corneo vbi suprà notatus fuit.

Clericus ille suberit statuto cauēti, vt causæ cōpromittantur contra decium & Bald.

26 Infertur similiter suspectū esse quòd Bal. in. c. si clericus de foro competen. & Decius in. d. c. ecclesia nu. 45. versi. 3. inferri pōt post alios quos ipse refert, tenent. s. q talis clericus litigans coram iudice seculari non vtetur iure statutario, quo cauebatur vt causę cōpromitterentur, cuius contrarium ex superioribus verius esse apparet: subinfertur si militer suspectum esse q ipse ibid. firmat negans talem clericum vsurum iu

Idē si cauetur, vt nō liceret petere q laudū reduceretur ad arbitrium boni viri contra Decium.

27 re statuti illius, quo cogebantur litigantes compromittere & præterea denegabatur facultas petendi vt laudum re duceretur ab arbitrium boni viri, nec (inquit) vtetur iure statuti quo cauere tur tale laudum habere executionem paratam: sed in omnibus his speciebus

Idē si cauetur, q tale laudū haberet paratam executionem contra Decium.

28 contrarium & verius est & forte receptius si credimus Corneo, vbi suprà & ad confirmationem istorum omnium facit: quia æquale ius vtrinque est, nam & iure regio si laicus clerico decē promisit fecitque publicum instrumētum, quòd iure regio habet paratam executionem. l. 3. titulo de las exceptiones libro tertio ordi. isque clericus laicum conueniat coram suo iudice laico, qui probabit ius regium illud instrumentum statim executioni mandabit. Sicque longè in hoc melioris conditionis erit clericus quàm foret laicus ille, qui si clericum similiter obligatum haberet eumque coram iudice ecclesiastico conueniret, id instrumentum non mandaretur statim executioni. l. si minor vigintiquinque annis cui fideicommissum. ff. de minoribus & ita iudice memilies fere probatum fuit: vides ergo vt clericorum conditio esse huiusmodi statutis melior fieri & pōt, & solet: ergo si quando deterior fiat patienter tollerare id debēt. l. secūdū naturam. ff. de regu. iur. per totum. C. & ff. de peri. & commo. rei vendi. aliter enim non essent ferendi vt in simili dicit. l. vn. §. his ita. C. de caduceis tollendis. in summa vide alia statutorum varia exempla per Decium. numero. 48. versicul. Quarto infertur in dicto capi. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitut. Ex quibus vtilissime infertur quòd cum iure regio innumeræ leges communes sint

Clericus actor subest legibus regijs.

29 immutatę cum † clericus actor litigat sub iudice laico in omnibus illis casibus leges regias subibit nec secundum leges communes iudicabitur.

1 *Ecclesiæ an noceat in acquirendis lex iubens omnia prædia esse tributaria? anceps pugna.*
2 *Ecclesiæ interest plus æquo non ditari.*
3 *Ecclesiarū nocet iure regio lex iubens omnia prædia esse tributaria.*
4 *Clerici tenentur contribuere ad necessarias murorum & viarum refectiones.*

L. iubēs oīa prædia esse tributaria nocet ecclesiæ in acquirendis anceps pugna.

1 SI. l. iubeat omnia prędicta esse tributaria, nocebit ecclesiæ in acquirendis ita Barto. in. l. rescriptum in §. fina. ff. de muneribus & honoribus. nume. 5. & ibi Alexan. & in eius additionibus idem Bartol. in. l. fin. C. de exactori tributorum lib. 10. Ancharra. in capit. 1. de immunita. ecclesiarum libro. 6. idem tenet Bald. in. l. final. C. fine censu vel reliquis. numero. 7. & hoc vult dicere gloss. in l. numerum in §. patrimoniorū in verbo. pontifex. ff. de muneribus & honoribus. idem tenet idem Bald. in consil. 280. volum. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hanc opinionem Bar. sequuntur alij Docto. relati per Philipp. Deci. in cap. ecclesiæ sanctę Mar. num. 52. de consti. quam opi. latissimè defendit Io. Mauri. in rub. l. vnicæ. pag. 57. C. de mulieribus & in quo loco libr. 10. Sequitur & firmat esse communem opin. Aymon Crauet de antiq. temporum par. 4. ver si. circa prędmissa nume. 10. fo. 179. Curtius iunior consi. 68. calcaneus. col. 7. colum. 10. versic. istam etiam opinionem Bal. consil. 280. prędmisso statuto libr. 2. idem Bal. consilio. 434. licet iudex ver si. vtrum autem priores lib. 3. post Innocentium, quem allegat in ca. postulasti de foro competenti, vbi idē tenet Abbas consilio. 26. lib. 1. Ias. consi. 39. in præsenti consultat. col. fi. ad finē versi. nec obstat dum dicebatur hanc opin. tenet & firmat esse communem Socinus cōsi. 12. ni fallor multum abunde libro. 4. Paul. Castr. in. l. fin. C. sine censu vel reli. Abb. in. c. quòd clericis de foro competen. idem in. c. non minus de immuni. eccles.

Contrariam opinionem tenet Iacobus Butr. in auth. Item nulla communitas. C. de episcop. & clerici. quam opinionem contra Bart. dicit esse communem Iason in. l. placet. suprà allegata in secunda lectura nu. 21. eandē opinionē contra Barto. dicit esse communem. Feli. vbi latissime eam exanimat in dicto cap. ecclesiæ sanctæ Mariæ num. 76. & eam dicit esse falsam Bald. in dicta. l. placet. & in. l. neminem. C. de sacro sanct. eccles. & in d. authen. Item nulla communitas & in. d. l. fina. C. sine cens. Vel reliquis & in. d. consilio. 280. Vbi dicit quod hæc est tutior opinio. Ludo. Roma. in. l. si publicanus. §. 1. nume. 7. ff. de publi. & vectiga. Abb. num. 13. & Ioan. de Imol. nume. 16. versi. an autem in. c. fi. de vita & honestat. clericor. pro qua opi. contra Bart. est rex. in. l. 2. tit. 3. lib. primo ordin. secūdū quosdam, & hanc partem sequitur Ias. in. l. si. nume. 24. C. de pactis per Imolam in simili, Romanum & Alexan. in. l. Stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. per Angelum consilio. 24. per Fran. Ripam lib. 2. de rescriptis. capi. 20. nume. 6. Sed prior opinio verior videtur, nam de potestate legis ciuilis: quin omnia prædia ditionis suę potuerit facere tributaria, dubitandum non est argu. c. significatū de prębendis, & vt munus reale ordinariū posset priuatus rebus suis imponere. c. verum de condi. appos. i. l. fin. C. de lega. l. quoties & fere per totum. C. de dona. quæ sub modo, ita & facilius idē poterit cōmunitas, vel vniuersitas & vt testator potest onera realia rebus suis imponere, vt. l. Vnum ex familia per totam legem, cum mille similibus. ff. de legatis secundo, & vt facere potest maioratum de rebus suis. Sicque res suas tam inter viuos, quam in vltima voluntate veluti vinculis alligare, vt ibi et taurina. l. 17. &. l. 44. ita quoque & facilius vinculis quibuslibet res potērūt per legē ciuilē alligari & affici: & vt lex induxit, quòd res furtiuæ, & vi possessæ vinculo aut vicio quodam affectæ viderentur, & cum eo transirēt ad quemcunque nouum possessorem vt in. §. furti. inst. de vsucap. l. vicia. C. de acquiren. possess. ita & facilius & vt per interuentū pignoris, vel hypothecæ quilibet priuatus potest res suas sic onere reali afficere, & cum eo transeant ad quemcunque, vt in omnibus titulis. C. & ff. de pignoribus ita & facilius. Ad idem fere per totum. C. sine censu. vel reliquis & fere per totum. C. de agricolis, & censi. libro pri. Denique si postquam per talem legem omnia prædia essent facta tributaria, aliqua ecclesia, vel ecclesiastica persona allegaret se velle denuo noua prædia ab omni onere libera acquirere ad suum victum & vestitum, repli cabimus ad honestum victum & vestitum satis eis superque esse decimas fructuum, quæ à Christi fidelibus clericis præstantur vt per totum de decimis. Nec dubium est quin pro vno clerico ī Christiani nominis regionibus, sint non decem modo, verum etiam centum, & plures homines laici, sicque si clerici exigant ex integro decimas fructuum, singuli clericorum tantum

tum fructuum percipient, quantum decem, vel plures etiam laici, sicque longe plenius & affluentius quam laici victum, vestitumque habebunt, & cum ecclesia, ecclesiasticæque personæ reliquos Christi fideles, loco fratrum, & habere, & fouere debeant. ca. de reditibus. 12. quæst. 2. interq; fratres æqualitas sit seruanda. l. cum oportet in pr. C. de bonis quę liberis supersit, vt tales clerici, qui fructuū quos terra parit, ac reddit duplo, & etiam quadruplo plus quam singuli laici capiunt, contēti esse debeant. Et cum ecclesia, ecclesiasticæque personæ, solum necessaria 3 ad victum & honestum vestitum quęrere debeant, & præterea nihil. d. c. de reditibus. c. concessio. c. nulli episcopatū. c. quatuor. 12. q. 2. & cum ista plus satis affluenter ex solis fructuum decimis eis supperant, certè à proprietate prædiorum, omnino vel abstinere deberent, vel si non abstineant, saltem talium prædiorum onera patienter ferre deberent. Quinimò cùm quod eis vltra victum & vestitū supereſt, non sibi ipsis retinere, sed inter pauperes distribuere debeant. d. c. quatuor. d. c. de reditibus. d. c. nulli. Nonne risu & ludibrio dignum videbis, si Christi fideles prius velint exhaustos & expilatos reddere, atque enudatos, vt eos postea cooperiant? Arqui satius vtiliusque esset, intacta eorū bona seruare, quam post homines enudatos ac exhaustos pallio, vestesque repetere: vt in simili ait text. in. l. f. C. in quib. ca. in integrū rest. nec. non est: & vt refert Sali. in rubr. C. de verb. signi. in Chronicis legitur, quod postquam per Constantinum facta fuit donatio ecclesię, audita fuit vox de cœlo, dicens, Hodie infusum est venenū ecclesiæ Dei, significans non oportere ecclesiasticas personas plus nimio ditari, quasi quo magis ecclesia ditescit eò magis periclitetur: nā vt Horatius ait, & celsæ grauiore casu decidunt turres, feriuntque summos fulgura montes, & alibi Claudianus ait, Tolluntur in altum, vt casu grauiore ruant, & licet eam vocem è cœlo auditam, quam

Ecclesiarū interest plus æquo nō ditari. 2

refert Salicetus, non sit credēdum, aut verosimile: tamen nullorum magis interesse videtur, quam ipsorum ecclesiasticorum plus nimio nō ditari propter rationem modo signatam. Vt in simili dicebat iureconsultus in. l. diuus. ff. de mili. testam. & in. §. plane inst. eodem. 4. Pro hac. parte facit. l. professio. C. de muneribus patri. lib. 10. Facit. l. quia autem. §. 1. &. 2. ff. quæ in fraudem creditorum. &. l. 1. §. vtrum autē. ff. si quid in fraudem patroni. & multa quæ cumulat Iaso. in. l. patre furi. ff. qui sunt vel ali. iu.

Ecclesiæ etiam nocet iure regio, lex iubens omnia prædia esse tributaria.

Et hæc pars iure regio approbata est in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordi. dum ait, E otrosi q̄ la heredad que fuere tributaria, en que sea el tributo apropriado a la heredad, qualquier clerigo q̄ la tal heredad cōprare, peche aquel tributo, ques apropriado y anexo ala tal heredad. Et Castellæ facilius hæc pars obtineret argu. quamplurium legum huius regni, quæ allegauimus & induximus in lib. 1. de succ. cre. §. 3. nu. 3. verf. superioribus affinisest. Tenēdo istam partem ad auth. Item nulla communitas. C. de episcop. & cler. auth. cassa & irrita de sac. eccle. C. resp. quod loquuntur in quæsitis, nō in quærendis, secundū Aymonē & Soci. vbi su. Quicquid enim nostrum est, id legis authoritate nostrū est. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure cum ibi tradit. per gl. & doct. & vti virtute legum, quę modo vigent nostrum & esse, & seruari gaudebamus, ita quoque si virtute legū, quæ postea factæ sunt, alius modus in rebus datus fuerit, id æquo animo ferre debemus. Nec enim ferendus esset, &c. ar. l. vn. §. his ita. C. de cad. toll. Pro nobis etiam facit quia ad structionem viarum, & murorum, clerici debent cō tribuere.

Clerici tenētur contribuere ad necessariā murorū & viarum instructionem, cū multis contra plures.

Vt in. l. ad instructionem. C. de sacro sanct. eccle. & in. l. ad portus. C. de operibus pub. & in. l. absit. C. de priuile. domus augustæ. lib. 11. & in. l. fin. C. de quibus muneribus nemini liceat se excusare. lib. 10. glo. in. c. non minus in verbo. releuandas de immuni. eccles. de iure regio tex. in. l. 54. tit. 6. part. 1. & l. 20. tit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

82.part.3.& in.l.1.tit.3.lib.1.ordi. Hanc traditionem ponit Lucas de Penna. in.l.fina. in fine. C.de exacto.tributo. lib.10. Fran.de Ripa in lib.2.c. 20.num. 5.&.6. Hanc etiam opinionem tenent Bart. & docto. in.d.l. ad instructiones. C. de sacro. eccles. de quo latissimè & notabiliter per Aegidium Debellamera in cons.45.incipiente.Consulis ciuitatis Aluinię Guido Papa.in.q.78.facit. d.l.1.tit.3.lib.1.ordinamen. per Fran.de Ripa.lib.2.de rescrip.c.20.num.6.Ias.in l.fi ex toto in pri.nu.7. & num.10. ff.de legatis pri.Ias.in.l.placet lect.j. num.13. C.de episcopis & clericis, & Salicetus ibi in notab.vltimo. Etenim cum hac de re vtilitatem capiant clerici eccle-siasticæque personę,par est ne aliena ia ctura ipsi iubentur & garriant,arg. l.cũ oportet in pri.C. de bonis. quæ lib.l.nã hoc natura. ff. de condi. indebiti. l.iure naturæ.ff.de reg.iur.Contrariũ tamen consuluit Abb.in cons.3.in.1. volu.pro qua opinione est glo. in d.l. ad instructiones, & ideò pro concordia est distinguendum,aut mœnia fiunt, seu reparantur ad ornatum ac pulchritudinẽ decorumque ciuitatis: & tunc procedit,vt quibusdam opinio illa, quòd ecclesia & clericus non tenetur. Aut vero propter certam necessitatem belli, & tunc æquum est, & minime iniuriũ vt sit.secus ita videtur sentire Cinus & Bald.in.d.l.ad instructiones,vbi dicunt quòd tunc sunt compellẽdi clerici per episcopum:allegant.c.1.de immunitate eccle.lib.6.& ita notabi.cõcludit Carolus Degrassalis,in suo regal.Franciæ, libro.2.Ius.6.pagina.255. in verfic.cogi. & quòd plenè tradit Nicol.Boërius de cisione. 125. Figuorolus de homodeis inter consilia Bal. consilio. 56.casus talis lib.3.Matthęus Afflictus deci.388.Ergo vt contribuere tenẽtur hoc casu ob bonum publicum, laicisque legibus, & statutis ob publicã vtilit. latis subsunt: ita quoque & hoc casu idẽ erit, vt subsint statuto, quòd ob publicam vtilitatẽ præcepit:vt omnia prædia essent tributaria.Et accipe nouissimam, ac coactam rationem, nam clerici, quatenus clerici sunt, contenti esse debent decimis,primitijs,& oblationibus,& cupere prætereà nihil: cùm id ipsis satis superque sit, si auri sacra fames eos nõ tenet.Ergo si prætereà à prædijs abstinere nolunt, sed ea habere, tam respectu prædiorum, quasi laici iudicandi sunt. Nam & Papa,licet sine vlla causa beneficia ecclesiastica possit clericis auferre patrimonialia:tamen bona non potest: quasi in ecclesiasticis bonis tanquã clerici,in patrimonialibus verò ferè vt laici iudicentur,vt ex communi opinione resoluimus.ẽ.c.j. Sic ergo & in specie nostra, quò ad prædia patrimonialia ferè vt laici habendi sunt, licet quò ad decimas,oblationes,primitias,sacerdotia,& similia,vt clerici iudicentur & venerentur.

1 *L.ciuilis obligat in foro animæ cum communi.*
2 *Conscientiæ in foro tenetur reus pœnam ipso iure incursam restituere absque sententia iudicis, cum nostris contra nouiss.*
3 *Intell.c.cum secundum de hæret.lib.6.*
4 *Intell.l.44.tauri.*
5 *Declar.l.fi.tit.del consejo,lib.2.ordi.*
6 *Declar.l.2.tit.delos derechos delos secr.lib.2.ordi.*
7 *Declar.l.fi.tit.delos alguazils.lib.2.ordi.*
8 *Declar.l.30.tit.delos alcaldes,lib.2.ordi.*
9 *Declar.l.3.tit.delos escriuanos,lib.2.ordi.*
10 *Declar.d.l.3.*
11 *L.3.tit.delos alguazileś,lib.2.ordi.*
12 *Declar.l.4.tit.de los escriuanos de las audi.lib.2.or.*
13 *Declar.l.5.tit.delos escriuanos delas audi.lib.2.ordi.*
14 *Confiscatiobonorum cum inducitur ipso iure impeditur alienatio etiam in foro animæ, & contentioso, cum communi.*
15 *Declar.l.vn.C.ex delict.defunct.*
16 *Pœna ipso iure cum a.l.imponitur delinquens nõ facit fructus suos cum communi.*
17 *Pœna ipso iure irrogata debetur in foro animæ cum nouiss.contra communem.*
18 *Pœna cum imponitur ipso facto debetur in foro animæ contra nouiss.*
19 *L.3.tit.4.lib.1.ordi.*
20 *Pœna regulariter non debetur in foro animæ,nouæ declaratio.*
21 *Pœna conuentionalis debetur in foro animæ contra nouiss.*
22 *Intell.c.1.&.2.de adulteri.*
23 *Virginem deflorans quòd in animæ foro eam dotare non teneatur contra nouiss.*
24 *Pœna legalis quæ non irrogatur,ipso iure præscribi potest.*
25 *Pœna ipso iure incursa,an præscribi possit noua op.*
26 *Præscribi mala fide non potest bona ipso iure amissa contra nouiss.*
27 *Declar.l.3.tit.1.lib.1.ordi.*
28 *L.5.tit.1.lib.1.ordi.*
29 *Declar.l.7.tit.1.lib.1.ordi.*
30 *Declar.l.8.tit.1.lib.1.ordi.*
31 *Declar.l.21.&.23.tit.3.lib.1.ordi.*
32 *L.22.tit.3.lib.1.ordi.*
33 *Declar.l.1.tit.7.lib.2.ordi.*
34 *Declar.l.2.tit.delos alguazileś,lib.2.ordi.*
35 *Declar.l.21.eodem tit.*
36 *Lex ciuilis an obliget in foro animæ? & declar.legũ quarundam ordi.*

L.ciuilis obligat in foro animæ cum communi.

1 LEX ciuilis obligare potest in foro animæ, quia leges feruntur authoritate diuina:nã caput.8.prouerb.ait, Per me reges regnãt,& cõditores legũ iusta decernũt.facit.c.2.de maiorit.& obed. c. quo iure.8.distin.c. quod prȩcipitur.14.q.1. & ad Roman. cap.13.tradunt.Bar. & communiter doct.o.in. l. siquis pro eo col.4. ff. de fideiuss. & nouissimi.in.c. cum cõtingat de iureiur. gl. in.c. quæ in ecclesiarum de constitu.Bal.in proœmio feudorũ,nu. 6.Ias.in.l.nemo potest.ff.de leg.j. num. 106.Bal. Barb. & alij communiter in.d. 3 c.quæ in ecclesiarum.Abb.Felin.& alij in.c.j. de constitu.vbi Decius nu.17. cũ sequẽtibus Inno. & Abb.in.c.quia plerique de immunitate ecclesiarũ, Abb. in proœmio rex pacificus.col.4.Florẽ. pri.part.tit.18.c.vnico.§.2. Thom.12.q. 96.articu.4.quos ferè refert & sequitur Disertus Didacus, Couar. in.4. decretalium part.2.cap.7.nu.8.intellige tamẽ quòd habet potestatem obligãdi in foro animæ, non tamen semper obligare vult latè Tiraque. de vtroque retr. in præf.num.73.qui plures allegat: cogita tamẽ quia &.j.repetã. Retẽta tamẽ cõmuni opinione existimãtiũ, vt.l. ciuilis obligare possit in foro animæ infertur.

Conscientiæ in foro tenetur reus pœ 2 *nam ipso iure incursam restituere absque sententia iudicis cum nostris contra nouiss.*

Vnde quòd lex pœnalis,si pœnã ipso iure inducit,ligat in foro animæ non aliter atque in foro contentioso,quò fit, vt qui in crimẽ incideret.vbi.l.pœnam irrogat ipso iure puta cõfiscationis bonorum,is nulla spectata sententia condemnatoria eam pœnam præstare,bonáque restituere in foro animæ teneatur.ita Abb.in.c.dilecti de arbitris. Andreas, Tiraquelus in.l. si vnquã in verbo reuertatur. C. de reuo. donatio.nu. 236.Felin.post Abb.ibi in.c.j.de constitut.Felin.in.c. Rodulphus de rescript. nu.38. Felin. in. c.in nostra de rescript. col.2.Petrus a Belluga in speculo principũ rubri.14.§. nunc. Videamus Bar. & Imol.in.l.commissa.ff.de publica.Cinus,& Bal.in auth.incestas.C.de incestis nupt.contrariã sententiam, vt pœna legis exterioris nõ habeat vigorem in foro animæ,tenent Didacus de Couar.lib.4.decretalium,in.2. part. c.6. §. 8.nu.10.post diuum Thom.22.q.62.artic.3.& ibi Cayetanus Fortu.in tractatu de vltimo fine illatione.18. Felin.in. c. Audiuimus de simonia, Adrianus quodlibetico.6.arti.1.mouẽtur ex.c. cũ secundum de hæret.in.6.Vbi in pœnis etiam ipso iure incursis ad earum iustã executionem requiritur. Declaratio iudicis ergo ante talem declarationem nõ tenetur, delinquens pœnam præstare facit,quod ait Bar.in.l.eius qui delatorem per tex.ibi. ff. de iure fisci. Felin.nu.37.in.c. Rodulph. de rescrip. sed responderi potest talem iudicis sententiam ad auferendam à delinquẽte possessionem rerum propter delictum amissarum requiri. Non autem propterea sequitur, quin reus ille in animæ iudicio pœnã præstare teneretur,cessante etiam sententia iudicis. Nam apud rempublicam, vel principem qui facinorosos persequitur. Non antea certũ est facinus admissum fuisse,quàm si declaratum fuerit per iudicis sententiam: cæterùm id certum est apud Deum, & apud ipsum delinquentem etiam ante iudicis declarationem. Vnde quo ad obligationem quæ in interiore cõscientiæ foro inter delinquentẽ & Deũ contrahitur, minimè opus est iudicis sententia declaratoria, cùm id apud ipsos magis declaratum,& indubitanter cõpertum esset.Licet talis declaratio necessaria esset, quò ad principẽ, vel rem publicã,qui anteà facinoris huiusigna-ri fuerant. Deinde mouẽtur ex lege finali.§.fin verò.C. de iure de lib. & in.l. si quis

Intell. c. cũ secũdum de hæret. lib. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquis in tantam. C. vnde vi, quibus legibus licet ipso iure pœna imponatur, tamen in foro animæ secundū quosdā non debetur, quod parum me mouet, quia nec id expeditum est, vt alibi diſeruimus. Neque id materiæ nostræ affine est, & pro superiore opinione, vt talis pœna in foro animæ debeatur. Facit quia de potestate legis: quin rerum nostrarum possit nobis dominium ex causa & de merito nostro auferri dubitari non potest. Quemadmodum potest nobis cuiusque rei dominium concedere etiam ignorantibus, & etiam citra vllam possessionis apprehēsionem, vt in.l.cum patr.§.furdo.ff. de leg. 2.l. à Titio.ff. de furt. quod & in iure possessionis etiam procedit, vt in.l.45. tauri.

4 De voluntate autem legis similiter dubitari nō potest, quia voluit vt cùm primū facinus admitteretur, statim pœna irrogaretur, licet in foro contentioso pœnæ executio non possit non recipere aliquā dilationem, cùm manu' ominis facienda sit, quæ dilatio cessat in foro animæ & conscientiæ, quæ cùm primum læsa est, statim malefactorem scientem obligat apud Deum huius facinoris, similiter non ignarum.

Intell.l.44 tauri.

5 Vnde infertur necessaria declaratio ad legem finalem, titu. del consejo del rey, lib.2.ordi. vbi varię pœnę imponūtur Senatoribus regijs, qui transgressores extiterint earum cōstitutionū, quas ipsi peculiariter ratione, officij seruare tenētur, & subdit lex illa verba, En las quales penas dende agora cōdenamos a qualquier que en ellas cayere, ipso iure. Por manera que desde luego sea obligado in foro cōscientiæ a pagar la dicha pena, o penas en que cayere, sinq̄ aya, ni se espere otra condenacion, quā to quier quel delicto sea occulto. Quorū verborum sensus est, vt cùm pœna infertur ipso iure, obliget in foro animæ continuò à tempore criminis admissi, citra vllam delicti detectionem, aut sententiæ declarationem, &.d.l.fi. hanc dirimit controuersiam.

Declar. l.f. tit.del cōsejo, lib. 2.ordi.

Declar. l.2. tit.de los de

6 Infertur.3. necessaria declaratio ad legem secundam tit.delos derechos de los secretarios, lib.2.ordi. vbi trāsgresso ribus illius legis imponitur pœna ipso iure, & ait statim teneri ad pœnam prę standam in foro conscientiæ, citra vllā iudicis sententiam declaratoriam, quæ lex similiter dirimit hanc quæstionem.

rechos delos secr. lib.2.ordina.

7 Infertur.4. necessaria declaratio ad legem fi. tit. delos alguaziles, lib.2.ordi. vbi postquam executoribus illius legis formam transgrediēntibus pœna imposita fuit. Subdit hæc verba, En las quales penas desde luego los condenamos, por manera que sean obligados alas pagar in foro conscientiæ, sin q̄ mas sean condenados en ellas quantoquier que sea occulto. Quorum verborum sensus est, vt cùm pœna imponitur ipso iure, statim à tempore delicti debeatur in foro animæ citra vllam iudicis sententiā, quæ res similiter dirimit hanc quęstionem.

Declar. l.f. tit.delos alguazi. lib. 2.ordi.

8 Infertur.5. necessaria declaratio ad legem.30. tit. delos alcaldes, lib.2.ordin. vbi iudicibus, qui legis illius transgressores fuerint, pœna imponitur ipso iure, & subijcit hæc verba, En las quales penas desde luego los cōdenamos, por manera que sean obligados a las pagar in foro conscientiæ, sin q̄ mas sean condenados en ellas quantoquier quel delicto sea occulto. Quorum verborum sensus est, vt cùm pœna imponitur ipso iure, statim à tempore delicti debeatur in foro conscientiæ citra vllam iudicis declarationem, quæ lex similiter dirimit hanc quæstionem, non secus quam ſ.all.

Decla.l.30. tit.delos alcaldes, lib. 2.ordi.

9 Infertur. 6. necessaria declaratio ad legem tertiam, tit. delos escriuanos de las audiencias, lib.2.ordi. vbi tabellionibus illius legis transgressoribus pœna imponitur ipso facto, citra vllam iudicis sententiā in hæc verba, E qualquier escriuano q̄ cōtra lo suso dicho, o qualquier dello fuere, en qualquier manera que por esse mesmo hecho sin otra sentencia alguna sea suspenso del dicho officio. Quorum verborum sensus est, vt cùm pœna inducitur ipso facto, nulla sententia opus sit, & licet ibi non exprimatur, intelligendum tamen est in foro etiam

Declar. l.3. tit.delos escriua. lib.2. ordina.

etiam conscientiæ statim teneri, vt in reliquis legibus.ſ. citatis.

Decla.d.l.3.

10 Infertur.7. similiter quòd in terminis d.l.3. ille tabellio sic suspēsus, tanquam priuata persona iudicabitur, & consequenter instrumenta ab eo confecta solennia non erūt, quia ritè ab officio suspensus, pro persona priuata habetur, vt in.l.3.tit.delos alguaziles, lib.2.ordi. ibi y de mas que incurrā, en las penas en q̄ caen las personas priuadas, que vsan de officios publicos, sin tener facultad para ello, y sean auidos en ellos por perso nas priuadas.

l.3.ti.de los alguaziles lib.2.ordi.

11

12 Infertur.8. similiter necessaria declaratio ad.l. 4. tit. delos escriuanos de las audi. lib.2. ordi. vbi tabellionibus iudicum nobilitat'. (quos Hispanè allōdes de hijos dalgo appellamus) si illius legis transgressores extiterint, pœna imponitur ipso iure, vel ipso facto, & tamen licet ibi non exprimatur, intelligēdum est in foro conscientiæ eos teneri à tempore transgresionis, vt patet ex superioribus: vnde subinfertur eos similiter pro priuatis personis haberi, vt instrumenta ab ipsis postea confecta pro infectis habeantur, minusque solennia iudicentur, argu. d.l.3. tit. de los alguaziles.

Decl.l.4. ti. de los escriuanos delas audi. lib. 2. ordi

13 Infertur 9. quòd similis declaratio ad l.5. tit. delos escriuanos dela audi. libr.2. ordi. vbi tabellionibus qui officia seminata exercuerint, ipso facto pœna priuationis imponitur: & licet non exprimatur, intelligo à tempore transgressionis, eos ad pœnam in foro conscientiæ teneri argu. supradictorum, & consequenter ab eodemmet tempore, tanquam priuatas personas reputari, argu. d.l.3. tit. delos alguaziles, per quod d.l.5. vtiliter ampliatur: nam vt.j. dicam, quā do.l. pœnā imponit ipso facto, vel ipso iure illico debetur. Nec opus est sentētia declaratoria, vt ex cōmuni opinione resoluit Andræas Tiraque. in.l.si vn quam. C. de reu. don. verb. reuertatur, nu.267. cùm pl. prēc. & seq.

Decl.l.5. tit. de los escriuanos delas audi. lib. 2. ordi.

Infertur similiter. 10. quòd si pœna à lege ipso iure imposita est publicationis seu amissionis bonorū, tunc statim à tempore commissi crimi nis dominium rerum delinquentis ab ipso facinoroso ipso iure abscedit absque vlla sententia declaratoria, transuolatque in fiscum, quia neque de voluntate, neque de potestate legis circa tam ademptionem quam translationem horū bonorum dubitandum est, vt superius ostendimus, præsertim cùm lex operetur in momento temporis, vt in. l. fi. ff. de cōd. inst. & in. l. necessarijs. ff. de acq. hær. §. sui inst. de hær. qual. §. sui inst. de her. ab intestato. l. fi is cui. ff. de lega. 2. l. à Titio. ff. de furtis. l. cùm patr. §. furdo. ff. de lega. 2.

14 Vnde &. 11. si post tale delictum bona essēt alienata ab ipso fisco, liberè possent vendicari, vt à plerisque scribentium receptum est, argu. l. commissa. ff. de publi. & vectig. Ioa. And. & alij in. c. cùm secundum de hæreti. in. 6. Bald. in auth. incestas. C. de incestis nup. Bar. & Imola in. d.l. commissa, Bar. in. l. post contractum. ff. de donati. vbi Ioa. Hanib. in. 2. tempore nu. 360. Decius cons. 235. col. 3. Tiraq. in. l. Si vnquam in ver. reuertatur. C. de reuo. donati. nu. 267.

Confiscatio bonorūcùm inducituripso iure, impeditur alie natio etiam in foro animæ & con tētioso cum communi.

Vnde &. 12. dolo feciſſe neque à peccato inculpatum esse videtur is, qui nō ignarus seid delictum commisisse, propter quod pœna cōfiscationis bonorū ipso iure imponitur, bona sua alienauit in fraudem certamque lęsionem emptoris, secundum Dida. Coua. in. 4. decret. parte. 2. c. 6. num. 9. post Silues tr. in verb. hæresis primo. q. 8. Ioa. à Medina, de restit. fol. 4. col. 3. & alios quos ipse allegat.

15 Infertur similiter & 13. vt licet regulariter delicta extinguantur morte delinquentis. l. 1. &. 2. C. Si reus vel accusator. l. vnica. C. ex delictis defunctorum cum ibi notatis. c. a nobis. 2. de sentētia exco. c. causamque. 2. qui filij sint legitimi: tamen quoties à lege pœna amissionis bonorum irrogatur ipso iure, tunc etiam mortuo delinquente id crimen tractari potest contra hæredes facinorosi ad finem, vt fiscus eis auferat bona delinquētis, ista est communis opi. quā tenent Bal. Nouellus in tracta. de dote

Decla.l.vn. C.ex delict. defunct.

part.

Universidad de Deusto
Biblioteca

part.12.nu.25.per.l.cõmissa.ff.de publi. & in.l.Cayus.ff.ad Silani.Bar. in. l.1. ff. de priuatis delict. & in. d. l. commissa. gl.in.l.3.§.quod autem ff.quod quisque iuris.vbi per Iaſ.poſt alios.Bal.in.l.vnica.C.de priuileg.dotis,Tiraque.in.l.Si vnquam.C.de reb.donat. in verbo. reuertatur. nu. 241. quos refert & ſequitur.d.Didacus de Couar.in.4. decretalium.part.2.cap.6.nu.6.

16 *Pœna ipſo iure cum a. l.imponitur delinquens nõ facit fructus ſuos cũ communi.*

Infertur ſimiliter.14. vt ſi pœna ob delictum imponitur ipſo iure, & bona delinquenti auferantur, tunc à die commiſſi criminis, iudex debet præcipere fructus etiam bonorum fiſco reſtitui, arg.text.in.l.eũ qui in pri.ff. de ijs quib. vt in dig.& videtur communis opinio, vt per ipſum Didacum de Couar.vbi.ſ. gl.imminere in auth.de inceſt.nupt.§.j. vbi per omnes Tiraque.in.d.verbo.reuertatur, nu.219. Felin.in.c. Rodulph. de reſcrip.nu.38.idem Felin.nu.32.cum ſequentibus in. d. c. de quarta. Petrus à Belluga in ſpeculo principum rubr.14. §.nunc videamus:nam cùm in foro cõſcientiæ,vt iam diſſeruimus, delinquẽs teneatur ad reſtitutionem omnium rerum quaſi ſit in mala fide,neceſſe eſt vt ipſarum rerũ conditionẽ fructus quoque ſequantur à tẽpore malæ fidei,veræ vel interpretatæ,vt in.l.j.C. de peti. hęredi.in.§.Si quis a non domino cum ibi notatis inſti.de rerum diui.l. 1. &.2. ff.de pecu.

17 *Pœna ipſo iure irrogata debetur in foro animæ cum nouiſſ. contra communẽ.*

Vnde apparet totam non eſſe illam ſententiam quam communem vocitat Didacus de Couar.vbi.ſ.nu.10. verſi.1. ratio.Poſt Abb.Felin.& Deci. in.c.j.de conſtit.quæ habet, vt pœna etiam ipſo iure à lege irrogata non debeatur in foro conſcientiæ, quòd neque in terminis iuris communis expeditum eſt, & per leges regias.ſ.citatas euidentius cõuincitur,& diſſerit plenè Alfonſus à caſtro,lib. 2. de iuſta hæreticorũ punitione,cap.7.

Pœna cùm imponitur ipſo facto debetur in foro animæ cõtra nouiſſ.

18 Vnde infertur quòd in quibus caſibus lex ait pœnam committi ipſo facto citra vllam iudicis ſententiam,aut declarationem, tunc pœna debetur ipſo iure,quod planè probatur in.l.ſi. titu.3. lib.2.ordi.& in.l.2.tit.9.lib.2.ordi. & in l.40.tit.delos alguaziles, eod.lib.tenet Siluester in verb.Enphyteuſis.q.2.licet nouiſsimè contrarium tenuerit dominus Didacus de Couar. vbi.ſ. verſic.3. Hinc deducitur & quod ipſe ibidẽ ait, leges regias.ſ.citatas,nimis duras & aſperas eſſe,id nobis notãdum viſum eſt, cùm vt iam diſſeruimus,illæ leges iuſtę ſint ,& quęlibet lex iuſta præſumatur, vt diſſeruimus in.§.j.nu.13.de ſucc. cre. & in.§.2.nu. 8. præſertim cùm id quod noſtrum eſt,plerumq; noſtrum fiat authoritate legis poſitiuæ,vt in.§.ſingulorum cum pluribus.§.§.& titulis ſequẽtibus inſti.de rerum diui.vnde alia lege poſitiua nobis auferri poteſt, & licet quæſitum eſſet iure gentium adhuc,tamen per principem vel legem poſitiuã nobis ex cauſa auferri poſſet, vt diximus.§.j.num.48.in. d.tract. nec vlla iuſtior cauſa eſſe poteſt, quàm vt homines à facinoribus arceantur. Qua in re trã quilitas reipublicæ ſita eſt,& quamobrem legum pleræque,præſertim pœnalium ferri intelliguntur,vt in.l.j.ff.de 19 iuſt.& iu.l.1.&.2.ff.de legib.l.3.tit.de las leyes,lib.1.ordi.(cogita tamen propter id quod.j.dicam.) Neque ad rem pertinet,quòd id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro nobis auferri nequeat. l. id quod noſtrum.ff.de reg.iuris: nam delinquenti quod ob delictum aufertur, id facto , & conſenſu ſuo ſibi aufertur. Nec me mouet,quòd ipſe non huius animi fuerit,dum deliquit vt ſuum amitteret:ſed vt animũ ſuum in alienis fortè rapiendis expleret: nam adhuc olim cõſenſum præbuit, cùm lex publica de talibus facinoribus puniendis,lata fuit, quæ ab vniuerſis de populo lata intelligitur.l.de quibus.ff.de legibus,& ab illo conſenſu tunc præſtito, iam poſtea pœnitere nõ licuit.l. Sicut ab initio.C. de act.& oblig. præſertim cùm eius cõſenſum requiri hac in re nullus dixerit, modò ſanus ſiet, præſertim cùm.ſ. ex communi, veráque aſſertione oſtendemus leges ciuiles obligare in foro cõſcientiæ poſſe.Cogita tamẽ propter id quod.j.dicam.Illud autem dubium eſt, quo

L.3.titul.4. lib.1.ordi.

Pœna regulariter non debetur in foro animæ nouæ decla.

20 quo caſu pœna à lege poſitiua non infertur ipſo iure, aut ipſo facto, nec lex expreſsit, vt tranſgreſſor legis in foro conſcientiæ teneretur,aut condemnatus ſtatim citra vllam ſententiam haberetur, ſed ſimpliciter pœnam impoſuit,an legis tranſgreſſor in foro animę teneatur, ita vt licet crimen occultum ſit, ipſe ſuimet delator eſſe debeat, & ſunt qui putent ante vllam iudicis ſententiam ipſum delinquentem ſe ipſum deferre debere,etiamſi crimen occultũ eſſet,ita Felinus in.c.1.de conſtit. num. 43. Alij intelligunt demum poſt ſentẽtiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam,licet executio facta non fuerit, teneri delinquentem in foro conſcientiæ cõtra ſemetipſum executionem facere, vt ſignificat diuus Thomas.2.2.q.62. arti.3. Tertij dicunt neque delinquentem ante ſententiam ſe deferre teneri, neque poſt ſententiam contra ſe ipſum executionem facere: ſed tamẽ iudici exequẽti non reſiſtere: vti exiſtimat Didacus de Couarub.in.4.decret.part.2.c.6. nu. 10.poſt Deciũ in.d.c.1.nu. 20. de cõſtit. poſt Adrianum, & poſt Caieta. 2. 2. q. 62.artic.3.quos ipſe refert. Et cùm de poteſtate legis dubitandũ non ſit,quin ſi velit, poſsit legum tranſgreſſoribus obligare in foro animæ propter ſalutẽ, tranquillitatem,incolumitatemquerei publicæ,vt ex præfatis edocemur. Reliquum eſt, vt ſtatus ſit cõiecturalis circa legis voluntatem, & magis eſt,vt de hominibus in interiore animæ foro obligandis ad animarum ſuarum internecionem, certamque damnationem, lex cogitaſſe non videatur , tùm quòd per talem animarum damnationẽ reipublicę tranquillitas non comparatur, aut augetur,tùm quia cùm id leges voluntillud exprimunt per aliquẽ ex modis.ſ.memoratis, vel per interuentũ iuramenti,argu.ff.de cõd.inſt.l. quædam in pr.ibi metu diuini numinis,arg.l.pro perandum.§.1.&.2.C.de iudi.& in omnibus titulis, qui de iuramento calumniæ, & reliquis iuramentis loquuntur, tum etiam quia quo ad Deum in re dubia lex nullum videtur obligare voluiſ-

non teneturquis exacutionem facere contra se.

21 Non ſic eſt in pœna conuentionali, in quam quis per conuentionis tranſgreſsionem inciderit,quæ iudice me in dubitanter debetur in foro conſciẽtiæ, etiamſi ab aduerſario non petatur, non ſecus quam etiam aduerſario non petẽte,in foro conſciẽtiæ debetur,quòd ex cauſa mutui, vel alia ſimili acceptũ eſſet, & redditum non fuiſſet , quia cùm lege naturæ obligemur , ex omni conuentione,vt in.l.j.ff.de pact.l.j.ff.de conſti.pecu.l.non minorem.C.de tranſact. Supereſt vt ex conuentione pœnali naturaliter obligemur, nõ ſecus quam ex reliquis conuentionibus,& conſequẽter teneamur in foro cõſcientiæ, & ita tenet Ancharra.in regula poſſeſſor,tertia.q.de regul.iur.in.6. Felin.& Decius in.d.c.1.de conſti.Licet contrarium ex preſsim notauerit Corn.conſ.69. lib.2. & conſ.55.lib.3.Rebuffus in.l. vnica.C. de ſentẽtijs quæ pro eo quod intereſt, quos refert & ſequitur dominus Didacus de Couar.in.4.decretalium,part.2. c.6.nu.11.mouentur eò quòd regulariter ad pœnã legalem quis non tenetur in foro conſcientiæ,quaſi idẽ ſit in pœna conuentionali: ſed iſtarum rerum ſimilitudo nulla eſt, cùm lex in re dubia in fo-

Pœna conuentionalis debetur in foro animæ contra nouiſſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in foro animæ neminé obligare voluiſſe videatur, non ſic in contrahentibus, quorũ vterq; alterũ omni iure obligare voluiſſe videtur, vt dictis legib. & in prin. inſti. de oblig. cùm ibi notatis facit l. Siquis cũ totũ. ff. de except. rei iudic.

Intell. c. 1. & 2. de adulteri.

22 Deniq; dum ad pœnã legalẽ in foro animæ neminé teneri regulariter docuimus, inde infertur, vt in terminis. c. 1. & 2. de adul. dum ait vicianté virginé cogendũ eſſe eam dote cõgrua, donareq; is teneatur ad talé dotẽ in foro tãtum cõtentioſo, non etiã in foro cõſcientiæ, licet Floré. par. 2. tit. 5. c. 6. §. 1. & Ioa. Bernar. in praxi criminali. c. 77. quos refert & ſequitur Dida. de Coua. vbi. ſ. n. 15. tenuerint etiã in foro cõſcientiæ, nõ quidé obligari ad integrã dotẽ, ſed tamé quatenus ea mulier poſtquã viciata eſt, pluris eget ad inueniendũ virũ ſibi coęqualem, quàm egeret ſi integra & illibata foret, id quod procederet, ſi talis mulier vim paſſa eſſet, aut dolo, vel metu ſubducta fuiſſet, quod raro accidit: cæterũ ſi ſpõtaneus fuit viri & mulieris cõgreſſus, vt plerumque fit, tunc vir ille nullatenus teneretur in foro animæ, neque ad rẽ pertinet, quòd mulieris conditio ad nubendũ deterior facta fuerit, viri autẽ minime: nam damnum quod quis ſpõte, ſuaq; culpa ſenſerit, ſibi & nõ alij debet imputari, vt in. c. damnum de reg. iur. in. 6. in. l. Si filius qui patri. ff. de vulg. ibi etenim ius dicẽtis propoſitũ eſt, liberos oneribus non ſponte ſuſceptis liberare: ad idem. l. iam dubitari in fi. ff. de hær. inſti. ibi iam non vt neceſſarij, ſed ſua ſpõte hęredes extiterint ad idẽ. l. Si fidei. §. Si neceſſaria. ff. qui ſatis dare cogã. vbi in ſimili plura per Iaſ. & per Soci. in. l. conditionibus pupillus col. antep. ff. de cõd. & dem. Nam & ſimiliter qui donat rem ſuã, licet damnũ ſentiat, quia re ſua caret, tamẽ non videtur damnũ ſenſiſſe, tũ quia id fecit ſpõte, tum etiã quia beneficij debitorẽ adquiſiuit. vt in. l. Si pignore in pri. ff. de furt. ſic & mulier cõpreſſa, illũ virũ quo dã modo ſibi obnoxiũ reddidit, neque ita ſtultus ſum, vt ignorẽ illi viro nihil emoluméti acceſsiſſe pręter peccatum.

Virginẽ deflorãs quod in animæ ſo re eam dotare nõ tenea tur cõtra no uiſſi.

Sed tamẽ negari nõ poteſt, quin moribus receptum ſit, vt ille ei mulieri quã cõpreſſit, obnoxius intelligatur: & præterea prior ratio ſpõtaneæ cõceſsionis quã mulier fecit, per ſe ſola ſufficeret: nam qui ſpõte cõcedit, neque in toto, neque in vlla parte læſus videtur, & ſic ceſſat omnis reſtitutio. vt in ſimili eleganter per Areti. in. l. qui ſuperſtit. ff. de acq. hær. Decius cõſ. 181. & conſ. 182. dũ aiũt, quod filia quę patris viuẽtis futurę ſucceſsioni cũ iuraméto gratis renũcia uit, nõ poteſt pręténdere ſe lęſam fuiſſe vltra dimidiã: & ita conſuleré cõtra nouiſſimos. ſ. citatos, præſertim quia hæc pars mitior eſt, cùm paſsim innumeræ virgines viciétur, neq; quidquã eis offeratur, aut damnũ reſartiatur ab earũ cõpreſſoribus, & quia qui donat, vel aliter cõcedit, & ſi lęſus fuerit, nil repetit à donatario, ſic & iſta mulier ſpõte viciata, & ſi lęſa fuerit, nil repetit.

Pœna legalis quæ nõ irrogatur, ipſo iure præſcribi poteſt.

24 Ex ſuperioribus etiã infertur an pœna legalis pręſcribi poſſet, qua in re ſi pœna nõ fuit ſtatuta ipſo iure, vel ipſo facto, vera & cõmunis opin. videtur, vt pręſcribi poſſet etiã cum mala fide, eò quod nõ debeatur in foro animę, vt per Ioã. Crotũ in. l. nemo poteſt. fol. antep. ff. de leg. 1. Balb. de pręſcr. 2. par. 3. partis principalis. q. 13. & 14. Ab. & Felin. in. c. f. de præſcript. quos refert, & ſequitur Couar. vbi. ſ. nu. 16.

Pœna ipſo iure incurſa anpræſcribi poſsit, noua opi.

25 Non ſic cùm pœna irrogatur ipſo iure, quia cùm tunc debeatur in foro animæ, nullo tẽpore pręſcribitur ab eo qui ſcit debitorẽ ſe eſſe, vt in. c. 2. de pręſcri. lib. 6. licet hac in re nõ bene ſibi cõſtet ipſe Dida. de Couar. vbi. ſ. quod nouiſſimè intelligerẽ, niſi delinquẽs qui ipſo iure incidit in pœnã, ignoraret pœnam illã ſe debere in foro animæ, quia licet hæc ſit ignorãtia iuris, quę in alijs rebus non tolleratur, lex, leges ſacratiſ. C. de leg. l. 1. tit. delas leyes, lib. 1. fori. tamẽ in hac materia præſcriptionis tolleratur, & pręſcriptio procedit cum bona fide, licet oriatur ex iniuſta cauſa, vt eſt vera & communis opinio, vt diſſeruimus in §. 11. nu. 13. cum præcedentib. & ſequẽt. in lib. de ſuc. cre.

Præſcribi mala fide nõ poteſt, bona ipſo iure amiſſa contra nouiſſ.

26 Vnde nouiſsimè infero, veram non eſſe eam ſententiam quam tenuerunt Roma. Singulari. 477. Bertachi. in tractat. de gabellis, part. 9. nume. 5. Abb. in. c. Eum nobis de præſcript. quos refert & ſequitur Didacus de Couarub. vbi. ſ. num. 16. dum contendunt bona, ob non ſolutum vectigal, ipſo iure fiſco delata, poſſe præſcribi, nam id iure ciuili procedit, vt in. l. 2. C. de vectigalibus, non autem iure canoni. vt. cap. Vigilanti. & c. fi. de præſcript. & c. 2. de præſcript. in. 6. niſi vt nos interpretamur, præſcribẽs eſſet in ignorantia iuris, cogita quia nõ firmo.

Declar. l. 3. tit. 1. lib. 1. ordina.

27 In ſumma dum diximus leges ciuiles obligare in foro animæ, idque intelleximus quantum ad poteſtatem, nõ autem quãtum ad voluntatem ipſarũ, quaſi regulariter non ſit ex mẽte & ſententia legis ciuilis obligare in foro animæ, argume. d. l. Quædam in pri. ff. de condit. inſtitu. licet obligemur in foro animæ, cùm id lex ciuilis expreſsit, aut veriſimiliter ſenſit, & cogitauit. Inde infertur, an in terminis. l. 3. titu. 1. libr. 1. ordina. pœna ibi ſtatuta contra eos qui corpus Chriſti (quod appellamus ſanctiſsimum ſacramentum) in triuijs cuiuſque vrbis offendit, neque illud vſq; ad templum inſequitur, & comitatur, debeatur in foro animæ, & magis eſt, vt in foro animæ nõ debeatur, quia lex illa, vt in animæ iudicio deberetur, nõ expreſsit, neque vt mihi videtur, id veriſimiliter cogitauit, aut ſenſit. Vnde illius legis tranſgreſſor, neque ad pœnam, neque etiam ad mortale peccatũ, vt ego interpretor teneretur, quæ lex in eo memorabilis eſt, quod etiam alienæ religionis ſectatores, iubet corpus Domini venerari: nam & de Alexãdro magno Plutarch. in apoph. refert, quod cùm ſummus ſacerdos deorũ alienorũ ei obuius fieret, eũ honorificè veneratus eſt: & ſimiliter die dominica, opera fabrilia exercere vetantur Iudęi & Saraceni, in loco ſaltẽ frequenti & publi-

L. 5. tit. 1. lib. 1. ordi.

28 co, vt in. l. 5. tit. 1. lib. 1. ordi.

Declar. l. 7. tit. 1. lib. 1. ordina.

29 Vnde infertur an in terminis. l. 7. eod. tit. quæ ſub certa pœna vetat mortuos lugeri, & fleri illius legis trãſgreſſor, ad illam pœnam in foro animæ teneatur, vel ad peccatũ mortale, & magis eſt, vt neq; ad pœnã teneatur, quia. l. illa id nõ expreſsit, neque vt arbitror, cogitauit, neque etiã ad mortale peccatũ, quia id eſt pręter intentionẽ legis ciuilis, ar. d. l. quędã. ff. de cond. inſt. & quia illius. l. prohibitio, & pœnæ impoſitio fundatur in præſumptiõe, quaſi qui mortuos elugent, malè de fide ſentiãt, quæ legis præſumptio in foro animæ non attenditur, vt diſſeruimus in. §. 2. nu. 11. & §. 1. nu. 25. & 24. de ſucc. cre.

Declar. l. 8. tit. 1. lib. 1. ordina.

30 Vnde in terminis legis. 8. eod. tit. quę certam pœnã imponit ei, qui moritur citra confeſsionem & ſacramentorũ receptionẽ, cùm id per tempus & valitudinem ſibi liceret, dicebam hæredes defuncti ad illam pœnam nõ teneri in iudicio animę, quia id. l. illa non expreſsit, neque vt arbitror, cogitauit, præſertim cùm nitatur in pręſumptione iuris fallace, quę non ligat in iudicio animę ad pœnam, neque ad peccatum.

Decla. l. 21. & 23. ti. 3. lib. 1. ordi.

31 Vnde & in terminis legis. 21. ti. 3. lib. 1. ord. quę certa pœna perſequitur concubinas ſacerdotũ, quę non inceſſerint certo ſigno notatę & inſignitæ, dicebãt eas non teneri ad pœnam vel peccatũ in foro animæ, quia neque id. l. illa expreſsit, neque vt arbitror ſenſit. Idemq; dicerem in pœna, quæ ipſis concubinis à lege. 23. eod. titu. impoſita eſt propter contubernium habitũ cum clericis, per quod leges illæ notanter limitantur.

L. 22. tit. 3. lib. 1. ordi.

32 Illud autem dubium eſt in terminis l. 22. eod. tit. vbi bona clericorum ad ſuos filios ſpurios peruenire poſſe. Vllo titu. (ſiue ille lucratiuus ſit, ſiue onerosus) prohibentur, an ſi is filius in earum rerum poſſeſsione reperiatur, contra illius legis prohibitionem, teneatur in foro animæ ad peccatum, vel reſtitutionem illarum rerum, & magis eſt, vt per illam legm non teneatur, an autem per alias leges obligentur, ſuo loco dicemus.

Declar. l. 1. tit. 7. lib. 2. ord. & l. 2. ibid.

33 Infertur etiã quòd in terminis. l. 1. tit. 7. lib. 2. ordi. vbi cancellario pręcipitur, ne ſalarij nomine plus quàm à lege ſta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutum est ferat, si contra fecerit, non tenetur ad pœnã ibi statutã in foro animę, quia id lex nõ expresit, licet ad restitutionem non iure ablator um bene teneatur, vt alibi diximus. Verùm in terminis. l. 2. eod. tit. vbi pœna priuationis officij imponitur ipso facto, magis est, vt in foro animæ post transgressionem teneatur, statimque priuata persona intelligatur, argu. l. 3. tit. De los alguaziles lib. 2. ordina. Tenetur ergo in foro animæ illud officium amplius non exercere. per quod. l. illa ampliatur.

34 Vnde infertur declaratio ad legem 22. tit. De los alguaziles, lib. 2. ordinat. vbi qui debiti executionem petit, pro maiore summa quàm sibi deberetur, punitur pœna talionis, quæ quidẽ pœna in foro animæ secundum nos non debebitur, quia id lex nõ expresit, nec sensit, licet ad resartionem damni ea ratione illati in foro conscientiæ sine dubio teneatur.

Declar. l. 22 tit. delos alguna. libr. 2. ordi.

35 Vnde & in terminis. l. 21. eod. tit. quę iusit, vt qui peteret executionem quãtitatis indebitæ, expensas executiones præstaret, dicebã illius legis transgressorem teneri in foro conscientiæ, si ab aduersario iniustè vexato solutę essent, quia ista est restitutio damni dati, quæ lex in eo memorabilis est, quòd inutilis petitio executionis vtilis est in damnum petentis. Simile in. l. Rem alienã, ff. de contrahenda emptio. Simile in. l. 2. ad fi. ff. Quibus vt indig. & in. l. Quidam in iure. §. f. Cum. l. seq. ff. de donatio.

Decla. l. 21 eod. tit.

36 Et eadem declaratio accommodari similiter potest ad legem. 19. tit. 6. & ad legem. 1. tit. 7. & ad legem. 3. & legem. 7 & l. 8. & l. 12. lib. 2. ordin.

Decla. legũ quarũdam ordi.

In summa habes text. egregium in. l. 2. tit. De los contadores mayores, & in l. 13. eod. tit. & in. l. 1. tit. De los contadores mayores de cuentas, quibus legibus quis in foro conscientiæ expresim obligatur, vt & attigimus. s. pollicentes eam rem nos hic fusius acturos. Ergo cùm quæritur an lex ciuilis obliget, aut obligare possit nos in foro animæ etiã ad peccatum mortale (qua in re. s. nu. 1. cum seque. ostendimus receptiorem partem, multis tamen repugnantibus, esse affirmatiuam, vt etiam tali lege in foro animæ teneamur) sunt tres articuli potissimum faciendi. Primus est, quãdo talis lex ciuilis erat bona, rationabilis, necessaria, iusta. Alter est, quando erat mala, iniusta, irrationabilis, superflua. Vltimus est, quando medium tenebat inter vtrumque, quam appellare possumus mediam, vel tollerabilem, vt in simili per iureconsultum in. l. f. ff. Pro suo. Primo casu cùm lex bona erat vel iusta, vel necessaria, vel rationabilis magis est, vt procedat communis opinio existimantium, vt ad eius obseruationem aliquando obligemur in foro animæ, quia vbi adest obligatio naturalis, ibi nunquam deest obligatio in foro conscientiæ, vt iam attigimus. Naturaliter vero obligari videmur, quoties iure gentium, vel iuris gentium ęquitate, vel ratione tenemur ad aliquid l. Is natura. ff. de regu. iuris. Nec dubium est, quin ad talium legum obseruationem iure gentium, vel iuris gentium æquitate, & ratione teneamur, vt in. l. Veluti. ff. de iusti. & iure. Ibi vt patriæ, & parentibus pareamus, sicque iure gẽtium, de quo ibi sermo est, patriæ obedire iubemur. Nec vllum patriæ præceptum, tam serium, tam graue, aut honestum est, tamque diligenter, ac religiosissimè, & inuiolabiliter obseruandum reperies, quàm præceptum patrię legis, vt in. l. 1. & 2. ff. de legibus, &. ca. Erit autem lex. 4. distinct. & l. Dignũ, & l. Humanum. C. de legibus. Et vt ex omni contractu, non modò ciuiliter, sed etiam naturaliter, & consequenter etiam in foro animæ obligamur, vt in princ. institutio. de obligat. cùm ibi plenè not. & in. l. Sub specie. C. de postula. l. 1. ff. de pact. l. Iuris gentium, in prin. & ferè per totam, eodem titu. l. 1. ff. de constitut. pecu. l. 5. & l. Stichum. §. Naturalis. ff. de solut. ita quoque per talem legem publicè, & vtiliter latam, naturaliter obligamur: quia. l. est totius reipublicæ spõsio, & cõtractus quidã, vt in. l. 1. ibi reipublicę spõsio. ff. de legibus:

Lex ciuilis an obliget in foro animæ.

bus: quinimò talis contractus vt pote ad vniuersam rempublicam pertinens, longè diligentius, sanctius, atque religiosius obseruandus est, quàm reliqui contractus, ad res tantum singulorum spectãtes, argu. auth. resque cùm ibi plenè not. per glo. & doct. C. com. de legatis. Facit. c. 2. de maio. & obedi. Idque indubitanter procedit, quando iuxta morem & ritum antiquum ad votum, & postulationem totius populi, ea lex facta esset, vt habetur in pr. inst. de iure nat. & ibi in. §. 1. cũ seq. & in. l. 2. §. deinde quia difficile, cum. §. §. præce. & seq. ff. de origi. iur. nam cùm legis natura voluti genuina sit, vt perpetua sit. d. l. 1. &. 2. ff. de legibus, &. d. c. erit autem lex, nõ esset ferendus, qui puerorum de more turpiter vellet variare, & à semel, publiceque placitis recedere, argu. l. Sicut ab initio. C. de act. & obliga. c. Quod semel cum ibi plenè not. de reg. iur. lib. 6. Sed etsi ea lex (iuxta mores quibus hodie plerumque vtimur) à senioribus populumque regentibus tantum, vel etiã ab eius Principe, vel Principibus, non etiam ab vniuersis ciuibus lata esset, adhuc idem per. d. l. veluti cum alijs. s. allegatis. Et quia vniuersi ciues nullo dẽpto, huic rei consensum præbuisse videntur, eo ipso quòd olim omne suum imperium in illos seniores, vel Principes contulerunt sponte sua, sicque etiã legum ferendarum facultatem, vt in. l. 1. ff. dẽ constit. Principum, &. §. Sed & quod Principi inst. de iure natu. &. d. l. 2. §. Deinde quia difficile cum seq. ff. de origi. iuris. Sicque de mandato cuiusq; de populo ea lex à principibus, vel à populi senioribus lata intelligitur, & vt tam naturaliter, quam ciuiliter, & etiã in foro animæ obligamur ex actibus & cõtractibus, quos per alios celebramus, non secus quàm si per nosmetipsos fierent, vt per totum. ff. &. C. de procura. & per totum. ff. &. C. de mandato per totum inst. de manda. per totum inst. de his per quos agere. Per totum extra ijsdem titulis: ita quoque & per talem legem quasi ex illo mandato olim dato senioribus & Principibus naturaliter, & ciuiliter, & in foro animæ nos posse obligari, conpertum habere debemus. Ne que ad rem pertinuit, quòd ab hinc fortè annos mille, tale mandatum à maioribus nostris, non etiam à nobis datũ fuerit, quia tunc ipsi non hodie nos populi potestatem & imperium à se abdicarunt, inque populi seniores, vel principes contulerunt legum ferendarum facultatem. Nam populus semper vnus & idem intelligitur. l. proponebatur. ff. de iudi. Sicque etiam nos idem mandatum dedisse videmur, præsertim quia vnusquisque ciuium sub hac demum lege & conditione videtur velle vti, & frui cœlo & terra huius regionis, vbi inhabitat, si paratus sit parere legibus, & moribus illius populi, & regionis, nec aliter ad inhabitandum admissus videri potest, & huic rei præbuisse consensum nullus non videtur. Sicq; sponte sua talibus legibus obnoxius videtur & consequenter, naturaliter & ciuiliter, & in foro animæ obligatur.

Verùm quia in omni mandato (& modo aggredior secũdum articulum) dolus & malignatio mandatarij excepta videntur. l. Omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem credi. inque obligatione generali, non veniunt ea, quæ quis verosimiliter non esset concessurus. l. Obligatione generali. ff de pignor. Ideò quando Principibus, vel senioribus populi, vniuersi ciues omnes suum imperium & potestatem, & sic facultatem legum ferendarum contulerunt, non videntur contulisse facultatem earum legum ferendarum, quæ vel malæ essent, vel iniustæ, vel impiæ, vel superfluæ, vel irrationabiles. Sicque talibus legibus, quasi eis nunquam sese subiecisse videantur, non tenebuntur, maximè cùm huiusmodi leges legum naturæ pugnantes aduersæ, ac contrariæ, nec legum nomen habere videantur, nec legum violatores intelligãtur, qui eas transgrediuntur, argumen. l. 2. C. de indicta vidui. l. vni. in prin. C. de caduc. toll. cùm vtrobique notatis iuncto. d. c. Erit autem lex, &. d. l. 1. &. 2. ff. de legibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In tertio articulo quando.l.lata medium tenebat inter vtrumq; , quia erat tollerabilis magis est, vt earũ transgressores etiã in foro animæ possint obligari, quia satis est, quòd præceptũ legis intentionaliter sit bonũ, & reuera, ac existẽter sit tollerabile, sufficit enim quòd legislatores id putauerint esse bonum, aut vtile, & existenter tollerabile sit, vt plenè disseruit And. Tiraq. de vtroque retr. in præfa. nu. 75. post Bal. in l. de quibus. ff. de leg. & alios quos allegat And. Tiraque. vbi. §. per. l. Non omnium. ff. de legib.

Ergo in quibus casibus lex pro maleficio reuera reprehẽsibili pœnam pecuniariam imposuit, & vt ad eam in foro animæ teneremur, vel expresim voluit, vel tacitè iussit, dicens, quòd ipso iure, vel ipso facto ad eam teneremur, magis est, vt ad eam nos obligare etiam in foro animę potuerit, præsertim si pœna non sit intollerabilis, habita ratione delicti, (& quid significent hæc verba, ipso iure, vel ipso facto, plenissimè per Andræam Tiraquelum, de reu. don. in l. Si vnquam verb. reuertatur.)

Vnde cùm omnes leges regias, de quibus supra mentionẽ habuimus (quę pœnas ab eis impositas, vel expresserunt, vt in foro etiam conscientiæ deberentur, vel tacitè id voluerunt, dum pœnas ipso iure, vel ipso facto irrogarunt) magis est, vt etiam in foro conscientiæ earum transgressores ad pœnas ibi impositas, præstandas obligauerint, quatenus sese extenderent delinquentium facultates, quandòquidem & pœnas imposuerunt pro maleficijs reuera reprehensibilibus, & tales pœnæ non sunt plus æquo duræ, & intollerabiles, habita ratione delicti, vel admissi. Et cùm earum pœnarum pleræque imponantur officialibus reipublicæ pro maleficijs, circa sua munera, vel officia commissis, verosimillimum est, quòd si vnicuique eorum officialium, tempore quo tale munus publicum (quod plerumque omni conatu, ambitione, & diligentia ciues captare solent) susceperit, proponeretur, an sub pœnis earum legum vellet tale munus suscipere, responderet velle se. Quinimò sub ea tacita conditione & lege, illud suscepisse videtur, argu. l. vn. §. His ita. C. de cad. toll. verb. Non est ferendus. Ergo non est cur non videantur ad tales pœnas etiam in foro animæ obligari quasi sponte sua. Ergo habebis (si non fallor) leges nostras regias abundè defensas, quas nostratium nouissimi impiè (vt nobis videtur) damnabãt, ac vitio dabant.

1 *Declarat. l. 82. Tauri, & l. 2. titu. de los adulteros, lib. 8. ordi.*
2 *Adulteros occidens maritus non peccat cõtra communem.*
3 *Adulterorum necem ll. præcipientes valent contra communem.*
4 *Intell. l. 82. tauri.*
5 *Adulteros occidat maritus, an. l. iudex carnifex differentia est contra nouiss.*
6 *Intell. l. 82. tauri, & l. 2. tit. 15. lib. 8. ordi.*
7 *Declar. l. 1. tit. 3. lib. 5. ordi.*
8 *Bãnitum occidens an peccet.*
9 *Bannitũ ex causa, quæ capitali pœna digna nõ erat, occidens ex forma banni non peccat, si fecit bona fide contra communem.*
10 *Adulterium graue crimen.*
11 *Peccatum auget leuis occasio peccandi.*
12 *Adulterium grauius delictum quam stuprum.*
13 *Adulterij rea perdit dotem, aliud in stupro.*

1 ILlud autem cõtrouersum est, an cùm liceat marito, vel patri, vxorem vel filiã adulterantem occidere, vt in l. 2. titul. De los adulterios, libr. 8. ordina. & in l. 82. tauri, ibi es ea iustamente hecha la muerte, & dispositio legis ciuilis, si præcipit, vel vetat, vt obligat transgressorem ad peccatum, ita quoque si permittit, excusat à peccato, vt supra, cap. 1. iam diximus. *Decla. l. 82. tauri est. 2. tit. de los adul. lib. 8. ordina.*

2 An is maritus occidens vxorem adulterantem, adulterumque in crimine deprehensos, reus sit peccati? qua in re eum peccasse communiter receptum est, vt per glos. in cap. Inter hæc, 33. q. 2. plenè Andræas Tiraque. in libr. de iure mariti, l. 8. Ioannes Fauer. in lege Gracus. C. de adulter. Abbas, Ana- *Adulteros occidẽs maritus nõ peccat contra communẽ.*

Anani. & Felin. in c. Interfecisti de homicidio. Abb. in. c. Si verò. 1. de sentẽtia excõ. Abb. & Prępositi. in. c. Veniens. 2. de spon. Ias. in. l. vbi pactũ. C. de trãsac. n. 16. & in. l. Vt vim. col. 5. ff. de iust. & iu. Feli. in. c. Quę in eccles. col. 4. de const. Abbas in. c. cùm esses de tota. Fortun. in tract. de vlt. fi. illatione. 11. Fel. in. d. c. Si verò. Thom. in. 4. senten. dist. 37. q. 2. Palu. ibi, ac cæteri, Ias. n. 22. & Oros. col. 1. in. l. Vt vim. ff. de iusti. & iur. & ibi alij qui idem tenent, in eo qui lege vel statuto permittente, bannitum interfecit, vt per Iaso. col. 1. & Ripam nu. 6. in. l. Si plagij. ff. de verb. ob. licet Alex. ibi col. 1. contrarium teneat, alijque scribentes, Siluester in summa verb. homicidium, 1. q. 2. ver. 6. quos & sequitur distertus Dida. de Co. in. 4. decreta. part. 2. c. 7. nu. 8.

Contrariam sententiam ausim verissimam dicere, primùm per text. in. c. Si verò. 1. de sententia excom. deinde per text. in. c. Interfectores. 33. q. 2. 3. per text. in. c. Inter hæ. & in. c. Quicunque. & in c. Admoneri eadem causa, &. q. 4. quia lex ciuilis dum permittit excusat à peccato, non secus quàm obligat ad peccatum cùm prohibet. Postremò probatur viua ratione: nam honor cunctis rebus præferendus est, l. Iulianus. ff. Siquis omissa cau. tota. Sed propter res nostras vi ereptas, aut subtractas, si sint pretiosæ, quis neci traditur, ergo lõgè facilius & iustius. l. Gladio persequitur eum eã ue, qui quæue honorem nostrum ademit. Ademisse autem ex more gentium videtur adulter, qui vxorem nostram compressit, vxorque, si pudorem violauit. Ergo in tales adulteros non est iniusta aut immẽsa vltimi supplicij animaduersio, præsertim cùm nihil tam expediat reipublicæ, tamq; necessarium sit ad eius tranquillitatem, quàm temeratores alienarum nuptiarum: cohibere ergo, &c. argu. legis. 1. ff. de iust. & iu. l. 3. tit. De las leyes, lib. 1. ordin. cùm ergo vltimi supplicij animaduersio non iniustè pro tali delicto irrogetur, superest vt nihil referat, vtrum per legem vel iudicem, vel carnificem, vel patrem, vel maritum adulter, vel adultera neci tradantur: namque hac in re. l. iudex, carnifex, pater, maritus, data paritate terminorum exequantur: nam si hanc vindictam fecerint propter bonum publicum, omnes hi expertes sunt peccati, quò magis reliqui ciues à similium facinorum perpetratione arceantur, vt in. l. 1. ff. de iust. & iur. d. l. 3. tit. De las leyes, lib. 1. ordi. Quod enim occidens occidatur, non fit ad restaurationem vitæ illius, qui necatus fuit, sed fit ad terrorẽ reliquorum ciuium, quò magis à similium perpetratione cohibeantur. d. l. 1. & d. l. 3. iuncta l. Siquis bello. §. Factæ. ff. de capti. Cæterũ si iudex, carnifex, maritus, vel pater vindictam fecerint proprij odij, furorisque persequendi causa, tunc peccasse videntur, isque iudex, vel carnifex homicidij reus erit, non secus quàm maritus, vel pater. In re autem dubia publicæ tranquillitatis, non proprij odij causa fecisse videntur maritus, vel pater, non secus quàm iudex, vel carnifex, argu. legis, Marito. ff. Pro socio iuncta l. Vt vim. ff. de iust. & iu. Ibinam cum cognatione. & authent. Resque. C. com. de leg. quod & incidenter attigimus. §. 7. nu. 2. de suc. cre.

3 Infertur verum non esse quod dñs Dida. de Co. vbi. s. nu. 13. firmat post Tho. Palud. & reliquos theol. in. 4. sentẽ. dist. 37. q. 2. Siluester in verb. homicidium. 1. q. 2. Fel. in. c. eccles. sanctæ Mari. nu. 42. de const. quos ipse Dida. refert: aiunt enim leges non permittere patri, aut marito adulteros necare, hanc necẽ approbantes, sed pœnam propter iustũ dolorẽ remittentes, quasi si necẽ leges illæ approbarent, iniustæ viderentur, quasi peccatũ inducentes, sed sanè hi omnes 4 fallũtur, quia in. d. l. 82. tauri, ibi es ea iustamente hecha la muerte, expresim dicitur talẽ occisionem non solùm impunitam & tollerabilẽ, sed etiam iustã esse: ad idem. l. Gracus. C. de adulterijs, & l. Marito. ff. Eod. & l. Patri eod. neq; immerito, cùm nocentior sit qui nobis ademit honorẽ, quã si rẽ furto, aut vi auferret: Vnde si propter rẽ ablatã, l. iustè irrogat pœnam mortis, longè iustius id efficiet propter ademptum honorem. *Adulterorum necem ll. præcipientes valent contra communem.* *Intell. l. 82. tauri.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Addeque Fortunius in tractatu de vltimo fine illatione.11.ingenuè fateturleges tã cæsareas quàm regias id permittentes,ab ipsa iustitia deuiare, nullasq; esse.c.erit autem lex. 4. distinct. c. f.de præscript. Vnde infert non valere tales leges etiam in foro seculari,& contentioso:quinimò maritum adulteros occidentẽ,homicidij reum fieri, licet propter iustum dolorem pœna leniẽda sit, & tales leges iniustas esse fatetur ipse dominus Didacus,vbi.s.cuius & Fortunij opi.hac in re nefanda nobis visa est, cùm.d.l. & iustissimæ sint,vt probauimus,& quælibet lex iusta præsumatur, vt docemur.§.1.nu.13.de succ.crea.&.§. 2.nu.8.&.§.3.nu.1.vnde talis maritus homicidij reus non est,si ob bonum publicũ occidit adulteros, vt in re dubia præsumitur. Vnde quod Ioãnes de Anania in. c. Interfecisti de homicidio, & ipse Didacus vbi.s.tenent,vt in terris ecclesiæ occidens adulteros nõ sit immunis à pœna in foro contentioso. Idverũ nõ est,quia etiã in terris ecclesiæ ius cæsarum seruandũ est:in quibus casibus per canones nõ reperitur expresim immutatum.c. 1. &.2. de noui operis nuntiatione:sed id immutatum nõ reperitur, sed potius confirmatum,ergo,& c.

5 *Adulteros occidat maritus an l.iudex carnifex,differẽtia est cõtra nouss.*

Hęc procedũt,cùm maritus propria authoritate mœchosoccidit,quid autẽ si authoritate iudicis,qui iuxta.l.2.tit.15 lib.8.ord.&.l.82.tauri,adulteros pronũciauit marito tradendos,vt eosi vellet interficeret,isq; traditos interfecit, an mortaliter peccasse videatur, quod negat Didacus vbi.s.nu.18.dicens nihil referre,si lex pœnam irrogans adulteris, iusta est, vtrum per carnificem laceretur,an per ipsum maritum: alioquin in quit, ipse quoque carnifex peccaret,& similiter ipse iudex, & similiter Prin-

6 *Intell. l.82. tauri, & l. 2.tit.15. lib. 8.ordina.*

ceps, qui tam iniustam legẽ tolleraret, sed hæ omnes deductiones, quas ipse Didacusfacit,non parum sanè,imò omnino à recta ratione deuiare nobis visæ sunt:etenim iurisdictio est cum necessitate iuris dicendi,& ęquitatis statuendæ,sicq; iudicis munus publicum est,& etiam carnificis. Vnde si homicidã iudex damnauit ad mortem, id impulsu, legisq; coactione fecit, sicq; nihil peccauit,non magis quam peccat ignis qui domos combulsit,aut aqua quę vrbem inundatione obruit,aut leo dum canes dilacerat,aut lupus oues,aut aquila columbas. Hi enim omnes nihil peccasse videntur,cùm impulsu coactioneq; naturæ faciãt, neque eis liberum arbitriũ sit,aut rationis capacitas, non sic in specie nostra,& in terminis iuris regij,quo iure marito datur libertas à iudice adulteros vel occidendi,vel(si malit)ignoscendi,quam libertatẽ iudex nõ habet, qui eos marito per sententiam tradere necesse habet.Ergo si maritus necauerit,spõte fecit,sicq; iudici ex necessitate faciẽti similis non est,nec etiã similis est carnifici,cui homicida à iudice capitis damnatus traditur,vt dilanietur,qui similiter necesse habet eũ gladio ferire, & tamẽ licet omnes tã rationes quã similitudines per ipsum Dida. adductæ, suspectæ sint,ipsam tamen opi.verã esse.s.ostẽdimus,quãdo maritus ob bonũ tantũ publicum interfecit adulteros,ęq; in dubio pręsumitur,secus si ob propriã vindictã,quod fortè ipse Did. negaret, quia indistinctè loquitur. Simile in l.1.& in.l.Sororẽ.C.quibus vt indi. vbi ob vindictã non propriã, sed defuncti necati permissum: quinimò sub pœna etiã pręceptũ est à.l.homicidã ab hęrede necati accusare, quia per hoc minimè peccat,idẽq; in plerisq; delictorum publicorũ,quorum persecutio cuilibet permittitur.l.1 ff.de publi.iud.& in pri. inst.eod.& tamen tales accusatores nõ peccant, si id faciant ob bonum publicũ,non sic si ob propriũ odiũ facerent.

7 *Decl.l.1. tit. 3.lib.5.ord.*

In summa ex superioribus apparet verus sensus ad.l.1.tit.3.lib.5.ord.vbi negarinõ potest,quin atrox,immanis& peccati nutritiuavideatur illa lex,quę induc it vt priuetur succ.& hęred.hæres ille qui necé defuncti.j. quinquenniũ non vindicauit:ad idẽ.l.1.&.l.Sororẽ ibi iure licito.C.quib.vt indi.per totũ.ff.eod. Ergo lex illa non solum permittit hęredi, vt occisorem defuncti perimat ritè, accusatione instituta & perlata, sed

sed etiam præcipit sub graui pœna, vt id faciat,& tamen neque per hoc videtur lex ipsa,vel legislator peccare,neq; etiam hęres accusans illum occisorem, quia per hoc ipsa lex non proprium odium persecuta, sed bonum publicum assecuta intelligitur,idemq; in ipso hęrede accusante intelligimus.Ergo longè facilius lex, aut Princeps iubentes mœchos occidi,non proprium odium, sed bonum publicum insequi videtur, dum iustũ crimen persequuntur, quod & in marito exequẽte intelligendũ est.

8 *Bãnitum occidens, an peccet.*

Stat ergo ex superioribus,mœchi occisorem in re dubia peccati, reum non videri. Verùm de eo qui bãnitum in casu à lege permisso,vel statuto,vel reipublicæ decreto interfecit, dubitari solet an in foro animæ tutus sit,nec peccasse videatur, id quod.s. incidenter attigimus,& communis sententia est nõ peccasse secundum Alex.in.l.Si plagij, col. 1.in pr.ff.de verb.oblig. quam & ipse sequitur,qui eiusdem sententiæ fautores concitat Hosti.in.c.f. de consuetu. Alber.in vlt.par.statu.q.17.cum seq.Bald. in.l.Gracus.C.de adulte. & in.l. vn. 12. col.C.de cõse.& in.l.vn.C. si à nõ cõp. iud.&in.l.cunct.pop.col.11.C.de sũma trin.& in.l.f.C.Si cõtra ius,vel vti pub. aut in.c.quæ in ecclesiarum de constit. Ang.in.l.de quib.ff.de legib.per Ias.col. 1.& ibi Ripa.col.2.in pr.in.d.l.Si plagij, estq; communis op.secundum Orosci. in.l. Vt vim.col.2.ff.de iust.& iur. Nellus in tract.ban.q.1. Secundi temporis. Alex.cons.114.lib.1.& cons.65.lib.3.

9 *Bannitũ ex causa quæ capitalipœna digna non erat occidẽs ex forma ban. nõ peccat,si fecit bona fide cõtra cõmunem.*

VXOR vt sine licentia viri nequeat facere contractum,aut quasi cōtractum aut distractum,variis quamplurium regionum statutis comprehensum est, qualis est Hispania per. l. taurinam .55. &.l.54.& Gallia,vt refert And. Tiraq. in legibus connubialibus glo. 4 . post leges connubiales,& alibi sæpe,qua in re quæri solet si contractum ineat sine licentia viri, an inde oriatur ciuilis , & naturalis obligatio? an saltē naturalis? & ciulem non oriri nulli vnquam dubium fuit, & in eo tantum quæstio manet an naturalis quoque obligationis ortus impediat? qua ī re receptior opi. esse videtur , vt etiam ortus naturalis obligationis impediatur,ita tenēt Bar. in.l.cum lex colum.3.ff. de fideiuss. idē Bart.in.l.1.colum.penult. ff. de nouati. idem Bart.in.l. si non sortem in pri. ff. de condi . indebi . idem in . l. de his. ff. de transact. Aretin.consilio. 22. venio nunc.Angelus Perusi. consil. 160 . pro decisione,colum.2.Laurentius Calcaneus consilio.13.colum.3. Guido Papæ consilio.238.spectabiles,sentit Bal.in.l. cum quis colum.4 . C. de iuris & facti ignoran.Andrę.Tiraquel.in gl.4 . post leges connubiales , nume. 12. Socinus consi

1 *Obligatio naturalis an oriat̄ ex cōtractu vetito nouæ op.*

consil.93.colum.pen.lib.1.tradunt plerique nouissimorum in.l.1.§. si quis ita verb.naturaliter.ff.de verb. obliga.vbi Alcia.num.8.Alexand. nume.2. & Ias. colum.1.in.l. si non sortem in pri.ff.de cōdi.indeb. Socinus consilio. 112. lib. 1.idem Socin.consil.172.multum abū de lib.2.& alij quos refert Andræ . Tiraquell. vbi supra nume. 2. sentit Bald. in.l.1.colum.pen.C.qui admitti. Areti. consi.22.colum.fi.Barb.consil.12.lib.1. colum.3.Bal.in.l. si quis mihi bona.§. si coram.ff.de acquiren.hęre.& in.l. duobus.ff.de vulga.Alexan.in.d.§.si coram cum sequen.Bald.in rubr.C.de rescin. vendi.Ias.in.l.vniuersa.colū.pen.C. de pręci.impe.offer.Areti.in.c.2.not.6.de testi.Floria.in.l.1.colum.3.ff.si mensor. fals.mo.Imol.& Aretin.in.l.1. ff. de testam.Angel.consi.170.reuoca.dum omnes tenent talem contractum esse nullum ipso iure.

Negatiua nō pot,et negatiua non possit, nihil differūt , cōtra Bar.& sequen.

Id quòd intellexit Bar. in.d.l.cum lex vt procedat quādo statutum loquitur per verbum futuri temporis, puta mulier non possit contrahere sine licentia viri, tunc enim contractus aliter initus etiam naturalem obligationem non produceret, non sic quando loqueretur per verbum præsentis temporis,puta mulier non potest contrahere sine licentia viri sui , nam tunc inquit naturalis obligatio non impeditur licet contractus aliter fiat:ratio differētię:quia primo casu facultas cōtrahendi adempta videtur per legem,vnde cōtractus cōtrafactus nullius omnino momēti est.l.iubemus.C.de sacr.eccle.iuncta.d.l.non dubium. C. de legibus,non sic in secundo casu secūdum eum,quem in hoc sequi videtur Ang. in.d.l.si nō sortē in pr . idem Angelus, consi. 353. præmitto pro decisione Bal. in.l.ad exactionem.C.de dotis promi. sed prior opinio indistincte verior est, & hęc limitatio omnino reijcienda, & q̄ verbalis est cōtra.l.2.C.cōmu.de lega.& q̄ est cōtra tex.apertum in.l.1. in pr.iuncto.§.si quis ita.ff.de ver. obliga. nam post̄q̄ iurecōsultus in. d.l. 1. in pr. sic locutus fuit,stipulatio nō pōt cōci-

pi nisi vtroq; loquēte,& sic vtitur verbo præsentis tēporis, subdit q̄ si aliter stipulatio facta sit puta per nutum,nō oritur etiā naturalis obligatio , vt in.d. §.si quis ita pro nobis.d.l. si nō sortē in pr.l.si vnus.§.si acceptilatio. ff. de pact. l.an inutilis.ff.de accepti. l. suus hæres. C.de rep.hær. l. si causa cognita. C. de transact.l.eo tēpore ver. sed fideiussorē.ff.d̄ peculi.l.1.§.deinde.ff.q̄ iussū,ratio est quia qui facit contractum cōtra legis dispositionē,nullū animū sese obligandi habuisse iustius præsumet , quā cōtrariū argu.d.l.an inutilis.l. nō solū. ff.de act.& oblig.ergo verū est obligationē etiā naturalē nō oriri ispecta cē sura,& præsumptione legis positiuę,vt dd.legibus:verū cū animus nr̄ soli Deo notus esse possit, vt patet ad sēsum, vñ diuersū fētare possumus,q̄ q̄ verbis expressimus vel nutu vel facto , vel alio quouis signo simulabamus , vt . d. l. an inutilis,&.d.l.nō solū.&.l.obligationū substātia,&.l.nō figura.ff.de act . & oblig.vnde.l.Labeo.ff. de supel.lega. verba ait esse certiora reliquis signa animi nr̄i ac volūtatis, nō aūt inquit sunt aut inducūt notitiā indubitatā,cū inquam animus nr̄ soli Deo notus esse possit: si re vera cū cōtractū cōtra legis dispositionē aut formā fecimus, cōsensum illi rei prębuimus naturaliter obligati fuimus,quia naturalis obligatio materiali rer oriū,& fit ex cōsensu agētiū. l.si subspecie.C.de postul.l.consensu in pr. ff. de act.& oblig.§.1.inst.de obliga.ex cōsens.l.1.ff.de pact.l.1. ff.de const.pec. §. p traditionē inst.de rerū diui. §.1.insti. de fideiuss.l.5.§.Imperator.ff. de solu.l. Stichū.§.naturalis.ff.eod.tit.l. eas causas.ff.de cap.dimi.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.§.f.inst.de leg.ag.tut. & cū isthęc volūtas nr̄a tā liberrima sit , vt legibus positiuis minime subsit,reliquū est, vt ēt inuita lege positiua possimus cōsentire , & consequēter naturaliter obligari,si re vera contractui,quē iniuimus ꝓtra legē,cōsensum prębuimus, ea tamen obligatio naturalis sic orta eorum effectuum quos lex ciuilis obligationibus condonauit , & accom-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modauit habebit nullum, quia lex posi tiua omnem effectum efficaciam, priuilegia quæ naturali obligationi condonauit, ei adimere hoc casu & potuit & voluit. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. c. omnis res de regu. iur. pro nobis optimus tex. in. l. Iulianus. ff. de cõdi. indeb. vbi eleganter Iaſ. idem Iaſ. in d. l. ſi non ſortem, diſſeruimus pleniſsime in lib. de ſucceſ. creati. 3. §. 30. nu. 33. cum plu. ſeq.

Negatiua nõ pot. tollit oĩno potentiam, cũ cõ. 3 Denique quòd contractus factus à tali vxore ſine licentia viri cõtra legis diſpoſitionem inſpecta legis cenſura prę ſumptione, & interpretatione nõ producat obligationem etiam naturalem, probatur etiam ratione: nam ſi negatiua præcedat verbum poteſt, inducit præciſam neceſsitatẽ, & denegat omnem potentiam gl. in. c. 1. verb. non poteſt de regu. iur. lib. 6. Bar. in. l. de his. ff. de tranſact. Iaſ. in. l. gallus in pr. ff. de lib. & poſthu. nu. 15. lect. 1. & idem ibid. in lect. 2. col. 4. Bar. in. l. fi. col. 2. ff. de feri. ſequuntur Fulgoſ. ibi Paul. Caſt. Ludoui. Rom. Alexã. & Iaſ. idem Bar. in. d. l. gallus in pr. col. 2. Bart. in. §. ſi duobus. l. Meuius. ff. de leg. 2. col. pen. Bald. in. l. 1. ff. de iniuſt. rup. Alex. in. l. quia poterat. ff. ad Trebellia. & eſt communis. & receptiſsima opini. vt patet ex relatione Andr. Tiraquel. in glo. 4. poſt leges cõnub. nu. 1. & licet illam Bar. diſtinctionem inter verbum non poteſt, & verbum non poſsit ſequantur Socinus, in l. 1. col. 2. ff. d lib. & poſth. Iaſ. in. l. frater à fratre, col. 14. lect. 1. ff. de condit. indeb. Tamen Iaſ. ſibi contrarius in. d. l. 1. ff. de libe. & poſthu. in vtraque lectione eam improbat, eamque ſimiliter improbat ipſe Iaſ. in. l. pacta col. fin. C. de pact. idem Iaſ. in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri, col. 6. ff. de ver. oblig. & Bald. in. l nõ dubium, col. fi. C. de legibus, & Andr. Tiraquel. vbi ſuprà, nu. 9. ad. l. 1. ff. de nouati. reſpõ de quòd ibi lex vltra proceſ ſit declarando, & limitando ſuam prohibitionem & ad gloſſ. d. §. alteri reſpõ de veram non eſſe, vt vtrunque pleniſ ſime tradidimus libr. 3. de ſucceſſ. creati. §. 30. num. 32. cum plu. ſeq.

4 Redeundo ad noſtram. l. 55. tauri eius verba ita habent, la muger durante el matrimonio ſin licentia de ſu marido como no puede hazer contracto alguno, aſsi meſmo no ſe pueda apartar ni deſiſtir de ningũ contracto que a ella toque &c. ecce ergo dum negat. l. illa mulierem poſſe contrahere ſine licentia viri, vtitur verbo præſentis temporis: dum autem negat poſſe quaſi contrahere ſeu diſtractum facere ſine viri licentia, vtitur verbo futuri temporis: nec dubium eſt quin mens & ſententia illius legis fuerit vtroque caſu idem iuris eſſe nec quicquam referre, vtrum lex dicat non poteſt, an vero dicat non poſsit idemque eſſe prohibere per verba præſentis temporis ac ſi per verba futuri temporis fieret prohibitio, cum vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debeat ea pariformiter determinare, vt in. l. 2. & l. quamuis. C. de impuberum. l. iam hoc iure. ff. de vulgari. itaque iſthæc Barto. diſtinctio verbalis, quam modo improbamus, præterea quòd iure communi ſuſpecta, eſt iure quoque regio per. d. l. 55. indubitanter refutanda eſt, eaq; lex noſtram ſententiam probat.

Intelle. l. 55. tauri, vt inter negatiuã præſentis vel futuri tẽporis nihil differat

Quid autem ſi in terminis. d. l. 55. vxor faciat contractum ſine licentia viri an contractus erit ipſo iure nullus? & Caſſaneus ſentit quòd non in conſuetudinibus Burgundiæ quem refert Andræ. Tiraquell. vbi ſupra num. 6. idem Caſſaneus conſilio. 39. pro deciſione tertio dubio mouetur, quia licet quando lex loquitur prohibitiue actus contrafactus ſit ipſo iure nullus, licet vltra non proceſſerit actum illum annullando. l. non dubium. C. de legib. tamẽ nõ ſic eſt quando lex proceſsit non permiſsiue ſeu diſpoſitiue tunc. n. actus contrafactus non eſt ipſo iure nullus, niſi lex vltra proceſſerit illum actum annullando: ita tenent Salicetus in. l. fi. C. de ſententiis ex breui. recitandis, ſequitur Alexand. conſilio. 24. inſpecto proceſſu, colum. 2. libr. 4. Iaſo. in. dicta. l. non dubium, colum. 4. idem Iaſo. in l. 1. lect. 2. colum. 18. C. de ſacroſanct. eccle

Vxoris contractus eſt ipſo iure nullus in terminis. l. 55. tauri & ſimilium ſtatutorum, contra nouiſi.

eccleſ. per text. in. l. fi. iuncta. l. pen. C. de ſentent. ex breuit. recitan. nam in. d. l. pen. diſpoſuit lex, vt omnis ſententia prius deſcriberetur, deinde ſic deſcripta recitaretur, poſtea vero in. d. l. fina. adiecit. l. vt ſi aduerſus ea ſententia lata eſſet nullius momenti foret, vt nec nomẽ ſententię haberet, nec ab ea appellare eſſet neceſſe, ergo aperte ſignificauit quòd trãſgreſsio illius depoſitiõis non induceret nullitatem ipſo iure niſi id poſteriore lege adiectũ fuiſſet. Sed longe verius eſt, vt tranſgreſsio legis licet diſpoſitiue tantum non etiam pꝓhibitiue loquatur, indicat actus nullitatem iure ipſo, nam lex parem poteſtatem habet in imperando vel diſponendo, vt in prohibẽdo. l. legis virtus. ff. de legibus, ergo quemadmodum trãſgreſsio legis pꝓhibitiue inducit nullitatẽ actus ipſo iure ita quoq; trãſgreſsio legis diſpoſitiue licet vltra non procedat actum annullando, inducit nullitatem actus ipſo iure, & cõtrarium exiſtimantes mihi videnꝫ imponere legẽ verbis contra. l. 2. C. com. de lega. etenim plerę; leges totius iuris diſpoſitiue tantũ nõ etiã prohibitiue procedũt, nec pce dũt vlterius actũ cõtra factũ nominatim annullãdo, quia pro cõſtãti habuerunt, vt actus contrafactus nullius eſſet momẽti, & ſi cõtrarium diceremus maximã partẽ noſtrarũ legũ tam ciuiliũ quã canonicarũ, quaſi delere ac infectã reddere videremur, ꝙ q̃ turpe ac nefandũ eſſet nullus modo ſanus abnegabit, & ſic iſtã partẽ in ſpeciẽ tenuiſſe vidẽtur gl. & Bar. in. l. 1. C. ne fideiu. doti. dentur. Bar. in. l. de his. ff. de tranſac. Decius. in. c. 2. de teſtibus, col. 2. Angelus, in. l. 1. ff. de lib. & poſthu. idem Angelus, & Imola, in. l. quoties. §. ſi qs nomen. ff. de hær. inſti. Romanus, in. l. hac conſultiſsima in pr. C. qui teſta. facere poſſunt, & alij quamplures quos retulimus lib. 1. de ſucceſ. crea. §. 4. num. 17. vbi plenius hac de re. Præterea in ſpecie noſtra lex nõ fuit vſa verbis diſpoſitiuis, puta vxor cõtractum faciat cũ licentia viri, ſed vſa fuit verbis prohibitiuis, puta vxor contractum non faciat

L. diſpoſitiue an prohibitiue loquatur non refert cõtra Abba. & alios. 6

7 ſine licentia viri, quo caſu longe expeditius eſt actum cõtra factum eſſe nullum ipſo iure, etiam ſi lex vltra nõ procedat, actum contra factum nuncupatim annullando, vt tenent Bart. num. 20. in. d. l. non dubium per tex. ibi Fulgoſius, & Bal. vterq; in. 4. no. & Iaſ. nu. 17. poſt Ang. Salic. & alios cõmuniter ibi Iaſ. in. l. 1. col. 2. ad fi. ff. d lib. & poſth. & ibi Alex. col. 2. vbi Soci. & Alciatus, nu. 10. Decius in. l. hac cõſultiſsima, co. 2. C. qui teſtamẽta facere poſſunt. Paulus Pariſius conſi. 10. nu. 187. lib. 2. & eſt cõmunis ſentẽtia, vt plenius docemur vbi ſupra, nu. 16. Hinc apparet verã nõ eſſe op. Panormitani qui in. c. ad Apoſtolicam, col. 3. de regul. ſcripſit ꝙ ſi ab ſtatuto prohibeatur mulier contrahere ſine licẽtia duorum agnatorum, cõtractus ſine eorum licentia factus non eſſet nullus ipſo iure, niſi ſtatutum vltra procederet contractum contra factum nominatim annullando, quę ſententia ex ſuperioribus euidentius confutatur quam longa cõtentione egeat, ideoq; merito improbatur per Tiraq. vbi ſupra, num. 7. qui neminem fere ſibi auxiliarẽ aduocauit, licet idem ꝙ Panor. tenuerit etiam Ang. conſi. 353. præmitto pro deciſione per totum.

Deniq; cũ is cõtractus ab vxore ſine licentia viri factus ſit ipſo iure nullus, ita quòd inde cõſtat nõ poſſe oriri obligationem ciuilem, nec etiam naturalẽ, vt ex ſuperioribus docemur, ſequit nec fideiuſſorẽ quidẽ ſuper tali contractu obligari poſſe, nã quoties ꝓtractus prĩcipalis eſt ita ipſo iure nullus, vt nec naturalis obligatio inde oriatur tali cõtractui fideiuſſorem accedere non poſſe teſtatur iure conſultus in. l. j. §. ſi quis ita. ff. de ver. obli. & in. §. 1. inſti. de fideiuſſ. & in. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſ. cum. n. fideiuſſor cõueniri non poſsit niſi demum principali excuſſo, nec vlla excuſsio cõtra talem vxorem hac in re fieri poſsit, fideiuſſor quoq; tutus manebit, licet cõtrariũ, & male tenuerint Albericus poſt Iaco. de Arena in pr. par. ſtatutorũ. q. 182. demũ quęro Alexand. in add. ad Barto. in. l.

Fideiuſſor accidens cõtractui vetito nõ tenetur contra plures.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marcellus in pr.ff.de fideiuſ.Bal.in.l.ſi vero.§.hoc amplius.ff.mand.quatenus volunt ꝙ ſtante ſtatuto, vt filiusfa.per contractū obligari nō poſsit eius fideiuſſor rite,& vtiliter obligatus videbitur,ſed talem fideiuſſorem,vt fideiuſſore teneri non eſt poſsibile, vt principalis tamē tenebitur ſi hoc inter partes actum eſſet,ꝙ ſane ſenſit Bal. vbi ſupra. Hæc procedunt iure fori nam iure poli ſi re vera conſenſum prębuerunt mulier, & eius fideiuſſor, dic,vt ex ſuperioribus colligitur quia mulier naturaliter iure poli obligata maneret,& conſequenter &c.& noſtrā ſententiā in ſimili tenet Antonius Gomeſius in.l.51. tauri nu.60.Illud autem dubium eſt an peccet mortaliter vxor illa, quæ ſine licentia mariti contraxit cōtra formam
Peccare nō videt mortaliter minor cōtrahēs ſine ſolēnitate ſtatuti ingens pugna. 8 d.l.55.tauri & Bart.in auth.ſacramenta puberū.C.ſi aduer.vēdi. col.2.& idem Bar.in.l.1.col.fi. ff. de nouati.ſenſiſſe videtur,vt mortaliter peccet dū ait ꝙ ſi quis lege ſtatuto aut cōſuetudine vetitus ſit alienare, & alienet peccat mortaliter, quia inquit ſcriptū eſt q̄ nō obedierit principibus,morte moriat. ca.2. de ma.& obed.idē tenet Bart.in.l.cum
Idē in muliere quæſi ne licentia conſanguineorū eſſet contrahere vetita. 9 lex col.2.ver.ꝓ hoc facit.ff. de fideiuſſ. idē Bar.in.l.ſi qs pro eo co.3.ver.aduerte tñ eod.tit.ſentit ipſemet Bar. ī auth. decernit.C.de arbitris Ang.conſi.160. pro deciſione col.2.verſ.hinc deſcēdit
Idē in vxore ſine licētia mariti cōtrahere vetita. 10 Paul.cōſi.400.viſo puncto lib.2.col.1. ver.prēterea Pet.And.in repetit. c.1.in fi.11.q.prin.de cōſti.Alex.ꝙſi. 29. clariſſime Doctor col.5.ver. plus dico lib.7. Felinus ī.c.nā cōcupiſcētiā in pr.de cōſtit.And.Tiraq.vbi.ſ.nu.18.Card.ī clemē.2.de vit.& honeſt.cle.idē in cle.dudū.§.fi.de ſepul.Archi.Ioā.And.& Dominicus in.c.de teſtāda de cōceſ.prēb. lib.6.gl.in.c.quis autē.10.diſt. ꝙ procedit etiam ſi fiat trāſgreſsio legis municipalis late etiā à populo vel principe ſeculari,vt in.d.gl.ꝙ & ſentit gl.in.c.2. de cōſti.lib.6.vbi Dñicus co.antepe.tenet Felinus vbi.ſ.idē in.c.1. de conſtit. nu.47.cum ſeq.& in.c. eccleſia ſanctæ Mariæ.eo.tit. cōtrariū ſentire videtur nō pauci noſtrorū, dum ſi ſit ſtatutum quo cauet ne mulier aut minor poſsit cōtrahere ſine interuētu cōſanguineorū aut alterius ſolēnitatis, negāt eū minorē aut mulierē mortaliter peccare,licet cōtractū faciāt abſq; illius ſolēnitatis interuentu,ita tenēt Paul. Caſtr. in l.legis virtus.ff.d legibus,idē Paulus in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.idē in.l.is cui.ff.de ver.obliga.col.1.idē Paulus in auth.ſacramēta puberū poſt Fulgoſiū quem refert.C.ſi aduerſus vendi.& ibi Iaſ.co.11.nu.52.ver. & ꝓ hoc clare colligitur Paulus conſi.190.cum tēpore co. 2.lib.1.Corneus cōſi.36. videtur prima facie col.3.&.4.libr.1. tradit eleganter Corneus conſi.36.videtur prima facie lib.1.col.4.idem Corneus conſ.35.ſem per mihi fuit col.4.lib.3.nu. 7. Alexan. cōſil.53.viſis & cōſideratis col.pe.lib.3. Decius in.c.nam concupiſcentiam co. fi.lect.1.de conſti.Ludoui. Roma.in.d. l.is cui Imola in.c.cum contingat de iure.Felinus in.c.1.de conſtit.nu. 48.Andræas vero Tiraquellus vbi ſuprà, nume.19. relinquit cogitandum.

Quid dicendum,& quidē iſthæc nō ſunt ſimilia, conſtat enim quòd ſtatutum prohibens minorem contrahere ſine certa ſolennitate,eo tendit,vt ipſi minori proſpiciat, & conſulat quoad tutelam, & vtilitatem rerum ſuarum, vnde in eius læſionem damnum interuenire non debet.l.ꝙ fauore.ff.de legibus. l. legata inutiliter. ff.de adim.leg.l. legata inutiliter. ff. de legat.1.in eius autem læſionem conuenti nullus abnegaret ſi contra faciēs minor mortaliter peccaſſe videret,cū ſalus aīarū cūctis rebus humanis prēferēda ſit.l.ſunt pſonę.ff.d religi.l. quæ ſub cōd.in pr.ff.de ꝓdi.inſt. ergo &c.ꝓterea tale ſtatutū reſpicit vtilitatē ipſius minoris,vnuſquiſq; autē ſuas vtilitates prętermittere pōt.l. quoties ab oībus. C.de fidei.l.pe.C.de pact.l.ſi qs in conſcribēdo.C.de epiſ.& cle.l. cū patro.§. mādo.ff.de leg.2.& rebus ſuis pōt qs libere vti.l.in re mādata.C.mādati & ēt abuti,& pdigere.l.ſed etſi lege.§. cōſuluit.ff.d pet.hęr.ergo nō ſolū aberrare ſed ineptire quoq; videretur mihi, qui minorē

minorēm citra interuentum illius ſolēnitatis contrahentem peccaſſe mortaliter exiſtimarent,cum id ab intentione ſtatuētiū lōge abfuiſſe intelligēdū ſit,qnimò & ab eorū poteſtate longe remotius eſt, vt illico docemur,idēq; intelligēdū eſt ī muliere,quę generaliter cōtrahere ſine cōſenſu ꝓpinquorū vetita eſſet.Sed longe diuerſa ratio eſt in terminis nr̄æ.l.55. tauri & ſimiliū ſtatutorū,quæ varijs in regionibus vigent,vbi mulieres innuptę nubere, & citra illam aut vllam ſolēnitatem prætер regularem poſſunt contrahere,nuptę autem ſine virorum ſuorum licentia contrahere vetantur, ꝙ inductum ob ſexus fragilitatem meramq; ipſarū vtilitatē, & fauorem videri nō poteſt, quādoquidem reliquis mulieribus in
13 nuptijs nō ęquè cōſultum fuit,ergo ob meritorum reuerentiam,& autoritatē id inductum fuiſſe intelligendum eſt, quaſi quoque mulier poſtquam nupta eſt non tam libera,tamque ſui iuris aut laxitatis eſſe videat quā erat antequā nuberet,& quodāmodo quaſi à reliqs hominū ꝓmercijs præter mariti ſui cōmercium quaſi aliena,& abſtinens eſſe debeat,niſi de viri ſui licētia ſicq; quodā modo viro ſuo iniuria fieri videat,ſi ſe īſcio aut inuito vxor ſua negotiationibus & cōmercijs īmiſceret ſeſe aliorum hominum,ergo cum tale ſtatutū authoritatē & vtilitatem mariti potiſſimū reſpexiſſe videatur,eius trāſgreſſio ab vxore facta peccatū mortale inducere videt,tū ob inobediētiā legislatoris argu.c.2.de maio.& obed. tū etiā ob læſionē mariti non paruipendēdam quę ratio ceſſat in exemplo de minore & muliere nō nupta cōtrahere vetitis
Lī re dubia nunq̄ videtur velle ob ligare ad peccatum. 11 ſine certa ſelēnitate,adhuc tamē longe verius eſt talē mulierē nuptā ſine licentia viri ſui cōtrahētē mortaliter peccaſſe minime videri,tū quia ī re dubia lex ciuilis nunq̄ videtur huius animi fuiſſe vt eius trāſgreſſor obligeat ad peccatū
L.ciuilis an poſsit obligare ad pec catum. 12 arg.textus memorabilis in.l.q̄ ſub cōditione in pr.ff.de ꝓd.inſti.vt plenius docemur alibi tū &fortius, quia ētſi lex ciuilis hoc expreſsim vellet forte nō poſſet,niſi pręciperet illud ꝙ iure diuino aut naturali pręceptū eſt,vel vetaret illud ꝙ naturali aut diuīo iurī vetitū eſt, vt elegāter docet Decius in.d.c. nā cōcupiſcētiā col.fi.& Corneus in cōſiliis ſ.allegatis poſt Imolā,quē ipe vtrobiq; allegat & poſt alios quos Decius allegat vbi.ſ.& hoc caſu nō tam ipſa lex ciuilis ad peccatū eius trāgreſſoré videtur obligaſſe q̄ ipſum ius diuinū, ꝙ nō tam datū q̄ repetitū aut reuocatū à lege illa poſitiua videret,ſicq; Archid.in c.vtinā.77. diſti. ait ꝙ licet veniēs cōtra ius diuinū ſemp mortaliter peccet: nō tñ veniēs ꝓtra ius humanū quia illud pōt prætermittere aut trāſgredi ſi habet aliquā cauſam nō iniuſtā: ſequūtur Abb.in.c.licet ex quadā co.2. de reſtit.idē Abb.in.c. quoniā ꝓtra col.fi.de
Iudicis ſecularis præceptū an obliget ad peccatū quid in iudice eccleſiaſtico. 13 preſ.Decius in.d.c.nā concupiſcētiam col.fi. ꝙ in ꝑcepto iudicis ſecularis aut legis tenet Imola ī.c.2.de mai.& obed. quinimo idē firmat Decius vbi. ſ. etiā in pręcepto iudicis eccleſiaſtici ꝙ puto verū aliter.n.dum habemus decem præcepta decalogi decē milia haberemus, facit qa principes terræ habēt pōteſtatē in bonis pſoniſq; nr̄is,ſed in aīo aut aīa nr̄a minime, vt docemur libr.r. de ſuc.crea.§.1.nu.38.&.39. tenēdo hāc parte ad.c.2.de mai.& obedi. reſpōde, vt procedat in pręcepto generali à ſūmo pōtifice in dicto,nō ſic in reliquis prælatis aut iudicibus etiā ſecularibus ſecūdū Imolā ibi, & ꝓ Corneū in cōſilijs.ſ. citatis, & ſane nullus negabit qn op.cōtraria ſit aīarū ſaluti ſatis acerba pernicioſa,& periculoſa propter varia pręcepta, q̄ paſsim à iudicibus ſecularibus,& eccleſiaſticis incōſulto fiūt. Vñ
Intellec.pluriū legū regni. 14 ſatis dubiū eſt an.l.19.ti.6.&.l.1.tit.7.& lex.7.&.8.&.12.li.2.ord.in eod.tit.& aliæ q̄plures leges q̄s citauimus habeāt poteſtatē ligandi animas, quatenus exprimunt,ꝙ earū tranſgreſſor teneatur in foro animæ qua d̄ re latius.ſ. c.7.nu. 1.cū plu.ſeq. ꝙ ſi dixeris iniquū eſſe, vt lex ciuilis nequeat ea crimina quæ plerunq; occultē fiunt quo ad animā punire,obligādo trāgreſſorē in foro ꝓſciētiæ, qñquidem ob id ꝙ plerūq; occul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tè fiunt pœna pecuniara & exteriori
ea crimina perlequi non poteſt, reſpon
deã talia crimina ſatis Deũ vltoré ha-
bere. l. 2. C. de reb. cred. nam quo ad bo
num Reipublicę ſatis ſuperq; nobis eſ
ſe debet q; ſi læſio ſiue Reipublice ſiue
ſingularis perſonę appareat, tunc dam
ni illator puniet, ſin autem dãnum nõ
appareat nec datum fuiſſe credendum
eſt: preſertim cũ etiã ſi datum appare-
ret adhuc tñ ignoſcendũ eſſet, ſi id vel
let is qui dãnum paſſus eſt niſi in atro-
cioribus. §. fi. inſt. de iniuri. l. filio quem
pater. ff. de lib. & poſth. ad illud per me
Leges an à Deo latæ vi deantur. 15 reges regnant & cõditores legum iu-
ſta decernũt, vt prouerbiorũ. c. 8. reſp.
quòd procedit quo ad poteſtatẽ ſtatuẽ
di, ſed nõ quo ad iuſtitiam legũ latarũ
quarum multę ſunt euidenter iniuſtæ
vt in pr. & §. 1. C. de cad. tol. c. erit autẽ
lex. 4. diſtin. quarum iniquitatem Deo
optimo maximo acceptã ferre impiũ
ac nefandum eſſet, idemq; dicendũ eſt
in eo qui cum tali muliere aut minore
contraxit contra formã ſtatuti, vt pec
caſſe minime videatur non magis quã
ipſa mulier cum vtrobiq; eadẽ aut par
ratio ſit adhuc tamen dicẽdum eſt, vt
ſuprà ca. 7. fere per totum.

Hinc etiam apparebit an talis contra-
ctus in terminis. d. l. 55. factus ab vxore
ſine licentia viri teneat ſaltem in foro
conſcientiæ, licet in foro contentioſo
Obligatio naturalis et obligatio in conſcientiæ foro an pari paſſu ambulent contra nouiſſ. 16 indubitãter nullus ſit, & hacĩ re cõis
opi. eſſe videẽ vt in quibus caſibus quis
nõ obligatur naturaliter nec ciuiliter,
in illis nõ quoq; obligetur in foro con
ſcientiæ, ita tenet Corneus conſil. 299.
ante omnia. col. fi. libr. 1. nu. 28. & idem
Corneus conſ. 251. in hac conſultatio-
ne, nu. 4. lib. 3. idem conſ. 137. placet mi
hi. col. 2. lib. 2. Innocen. Ioan. Andr. Bu
Vxor cõtra hens ſine vi ri licẽtia an in cõſcięntia obligetur in terminis. l. 55. tauri. 17 trius Panor. & alij in ca. quia plerique
de immuni. eccle. Bar. in. l. ſi pœne cau
ſa. in pr. ff. de condi. indebi. idem Bart.
in extrauag. ad reprimendũ ver. denũ-
tiatio, col. 2. Bal. Bal. in authẽtic. adhæc
col. 2. C. de vſuris. idẽ in. l. poſt diuiſio-
nẽ. ad fi. C. de iur. & fact. igno. Angelus
inl. cum quidam. C. de nece. ſeruis her.
inſti. Florianus. in. l. cum de in rem ver
ſo. co. 2. ff. de vſuris. Vnde cum hãc mu
lierem etiã naturaliter, nõ obligari in-
ſpecta legis præſumptione, & interpre
tatione dixerimus, ꝓſequẽs eſt, vt etiã
in foro conſcientiæ nõ teneatur, & ſic
arguit Andr. Tiraq. poſt leges cõnub.
gloſſ. 4. num. 15. tu conſidera quod Do
cto. contra citati licet firmẽt, quod qui
tenetur naturaliter tenetur etia in foro
conſcientiæ in ex diuerſo, vt qui nõ
tenetur naturaliter, is in foro quoque
conſcientiæ nõ teneatur nõ ſatis expri
mũt, deinde conſidera q; cum obliga-
tio naturalis oriatur ex conſenſu. l. ex
conſenſu. ff. de act. & obliga. &. ſ. ple-
ne oſtendimus, iſq; conſenſus ſoli Deo
ſatis cognitus eſſe poſsit nobis autem
aut legibus ſeu legiſlatoribus minime,
an in quolibet contractu re vera inter
fuerit naturalis obl. nec ne, certum eſſe
nõ poteſt, ſed tantũ per legis interpre-
tationẽ quæ talem interpretatur no-
ſtrũ animũ fuiſſe, qualem verba hinc in
de prolata demonſtrant. l. Labeo. ff. de
ſup. legata. §. ſin autem ad deficientis.
C. de cad. tol. licet forte aliter res ſe ha
beat, put aliter ſe habere pot. l. an mu-
tilis. ff. de accep. l. non ſolum. ff. de acti.
& obligati. ergo ſi ea mulier & is q cũ
ea contraxit re vera firmũ conſenſum
ac purũ præſtiterũt, nec interfuit fraus
aut læſio tã in tolerabilis ſeu conſidera
bilis, quę ſi à contrahẽtibus cognita eſ
ſet, eorum conſenſum remoueret, ma-
gis eſt, vt in foro conſcientiæ quo ad
Deum obligati intelligãtur: facit quia
licet in electione forma iuris nõ ſit ſer
uata, tamen ſi interfuit verus ac purus
Cõſcięntiæ ĩ foro an tutus ſit electus forma legis omiſſa 18 conſenſus eligentium quo ad Deum
in foro conſcientię tutus eſt electus, &
tenet electio vt ex cõmuni opin. illico
dicemus & ſic licet cũ ceſſet ratio legis
generalis in particulari, ipſa lex quę ge
ralis erat in foro cõtentioſo nõ ceſſet.
l. j. ad fi. ff. de minori. tenẽt And. Tiraq.
de cauſa ceſſante li. 32. Aret. in. l. 2. colũ.
5. ff. de vulg. facit. l. propexit. ff. qui & à
quibus, tamen quo ad Deum non deſi-
nit ceſſare ea legis diſpoſitio, quia ipſe
põt habere & habet cognitionẽ oĩum
in particulari, & ĩ indiuiduo, quã cogni
tionẽ

tionem lex humana habere nõ poteſt,
vt dictum eſt. Sicq; vbi legis generalis
in indiuiduo ratio ceſſat, eius quoque
diſpoſitio quò ad Deum huius rei con
ſcium ceſſare debet, licet nõ ceſſet quo
ad legem humanam, quæ huius rei cõ-
ſcia eſſe non poteſt. Nam ſi conſcia
eſſe poſſet, aut foret, ſimiliter & quo
ad eam id ceſſaret, argume. l. Adigere.
§. Quãuis. ff. de iure patr. l. Cùm pater.
§. Dulciſſimis. ff. de lega. 2. Sicque in ſpe
cie, vt talis mulier obligetur in foro cõ
ſcientiæ, rectius tenuit Ial. in. l. Etſi inu-
tiliter. C. de fidei co. col. 2. Idem Ial. in. l.
Nemo poteſt. lect. 1. col. 14. ff. de lega. 1.
Idem in. l. Si non ſortem, in pri. ff. de cõ
di. indeb. Idẽ in. d. l. Nemo poteſt. lect.
2. col. 16. Quod intellige, ſi & ipſa mu-
lier cõſcia ſibi eſt, ſe purum conſenſum
prębuiſſe, & ſatis ſufficienter intellexit
quod agebat, ita quòd ſi aliqua læſio in
terfuit, id non ignorabat, & maluit qua
lem qualem læſionem pati, quàm con-
tractum infectum eſſe. Cæterùm ſi vel
conſenſum reuera non prębuit, vel prę
buit, ſed læſionẽ tulit, quam non intel-
ligebat tempore contractus, nec illum
contractũ initura erat, ſi de tali læſione
cogitaſſet, tunc certè non obligaretur
in foro conſcientiæ, quaſi eo caſu eius
conſenſus ceſſaret, & per conſequens
etiam obligatio naturalis abfuiſſet. l. Si
per errorẽ. cũ ſimilibus. ff. de iuris. om.
iud. l. f. & ferè per totũ. C. de nõ nu. pec.

Conſcięntiæ in foro an ſit tutus, quicũ vxore alterius contrahit viro inſcio. 19 Hinc etiam apparebit an ſit tutus in
foro conſcientiæ, ille qui cum tali mu-
liere contraxit in terminis. d. l. 55. tauri,
& an ſi rem mulieris ex tali contractu
habitam detinet, eam poſsit in foro cõ
ſcientiæ retinere. Qua in re Andr. Ti-
raq. poſt leges connub. gl. 4. nu. 20. & nu.
22. tenet eum tutum eſſe, modò omnis
fraus atque læſio abſit, mouetur ex tri-
bus: primùm, quia ſecundum commu-
nem opinionẽ valet electio, in qua de-
fuerunt ſolennia, ſi modò verus & pu-
rus conſenſus eligentium non defuit,
vt illico docebimur. Deinde quia valet
ſecundum communem opinionẽ alie-
natio rei eccleſiaſticæ, in qua defuerũt
ſolennia, ſi modò non defuit conſenſus
eorum, qui huic rei cõſentire debebãt,
& abfuit fraus & læſio, idquod & proxi
mè dictũ intellige tenere quoad Deũ
in foro conſcientię. Poſtremò quia hę-
res in minus ſolenni teſtamento ſcrip-
tus licitè retinebit bona, ſi modò nõ de
fuit purus conſenſus teſtatoris, vt ſimi-
liter receptior opinio eſt

Leges an õbligẽt in foro conſcientiæ. 20 In contrarium tamen fortiter facit,
quod ait gl. in. c. Quę in eccleſiarum. in
pri. de conſti. quæ non eſt alibi ſecundũ
Bal. ibi qui eã ſequitur & gl. in. c. 2. ver-
bo ſententijs, eod. tit. lib. 6. Ion. And. in.
c. 2. de verb. ſigni. lib. 6. Bal. in. c. In om-
ni negotio. col. 1. de teſtibus, Felinus in
c. 1. de conſtit. nu. 47. verſ. Extra prædi-
ctos tres caſus, Innocentius, Anto. Ab.
& alij, in. c. Quia plerique. de immunit.
eccleſi. Idem Innocen. in rubr. de cõſue
tud. ad fi. Alberi. in rub. ff. de lega. 2. Ait
enim quòd etiam in foro conſcientiæ,
per leges ſuperiorum obligamur. Idem
Ial. in. §. Sed iſte, nu. 126. inſt. de acti. Ri-
pa lib. 2. interpret. c. Si quando. col. pe.
de reſcript. Carolus Ruinus cõſi. 4. pro
ponitur. nu. 11. lib. 5. And. Tiraq. de viro
que retract. in præf. nu. 73. Idem poſt le
ges connub. in gl. 4. nu. 20. ex cuius rela
tione apparet hanc eſſe communẽ opi
nionem. Abbas in proœmio, Rex paci-
ficus, col. 4. Couarub. in. 4. decretaliũ,
part. 2. c. 7. nu. 8. Si ergo ad legum obſer
uantiã in foro etiam conſcientiæ obli-
gamur, ergo eod. foro & iure contrariũ
admittere ſtultum eſſet, & conſequen-
ter eius legis tranſgreſſorem in foro cõ
ſcientię tutum eſſe non eſt poſsibile.

Diſpoſitum tripliciter intelligi poteſt. 21 Quid dicendum & quidem obliga-
mur, & lege obuenire dicitur non ſolũ
quòd legis verbis ex preſsis comprehẽ
ſum eſt, vt in. §. Sin autem ad deficient.
C. de cad. toll. l. Labeo. ff. de ſupe. lega. l.
Proſpexit. ff. Qui & a quibus, &. ff. de le
gib. l. Fraus, ſed etiam quòd ex mẽte &
ſententia legis colligitur, quanuis ver-
bis cõprehenſum non ſit apertè. l. Non
poſſunt. ff. de legib. l. Nam & poſterio-
res, eod. tit. l. Ita ſtipulatus, verſ. Sabinus
autem ex mente. ff. de verb. oblig. &. ff.
de lega. 1. l. Si duobus. §. f. dum ait, vo-
luerit, vel etiam id expreſſerit, vbi opti

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus text.iuncta ſua gl.l. Conficiuntur ff.de iure codi.l.1.§.f.ff.de lega.3.Quinimò & tertio à lege etiam profectũ videtur,id quod nec verbis expreſsis cõprehenſum fuit,nec etiã mente legiſlatoris cogitatũ, ſi modò veroſimile eſt teſtatorem, vel legiſlatorẽ eum caſum quo de agitur,quem tam verbis, quàm mente(per obliuionem fortè)prætermiſit,ita conſtituturũ eſſe, ſi de eo meminiſſet text. memorabilis in.l.3. C. de inof.teſt.l.f.C.de poſth. hęr.inſt.l. Hęredes mei.§. Cùm ita.ff.ad Tre.l.pe. C.de impub.l.Qui duos.ff.de rebus dubi.

22 Vnde etiam effluxit glo.illa celebris in.l. Tale pactũ.§.f.ff.de pactis, quę ait, ſtatutũ videri,quòd legiſlator nec verbis expreſsim comprehẽdit, nec etiam tacitus cogitauit,ſi modò interrogatus ſic veroſimiliter reſponderet.d.gl.not. in.l.Tale pactum.§.f.ff.de pact.quam ſequuntur doct.Ibi Bal.in.l.1.C.Quæ res ping.obli.poſ.& in.l.Barbarius.ff. de offi.præto. vbi & ad hoc eſt optimus text. in illis verbis, Sed & ſi ipſe ſciiſſet, & idem Bal.in.l.Quod verò.ff.de legi. & in rub.C.de collat.col.2. & in.l. Si quis ita.§.Siquis eum.ff. de tutel.& in.l.Cuſtodiam.ff.de commo.& peri.rei vend. & in.l.1.C.de ijs qui an.apel.tab.& in.l. Poſt mortem.col.4.verſi. In contrariũ videtur.C.de fidei com.& in.ca.Super tenore.col.vlt.extra de reſcript.& in.c. Super literis,col.2.ad fi. extra eod.titu. & in.c.1.col.vlt.uerſic.Item Papa.extra de poſtul.prælat.& in.c.vlt.col.2. extra de elect.& in.c.1.paulo ante fin.de offi. legat.& in conſ.339.hoc initio.Caſus talis eſt,quædam indulgentia in fi.lib.1.& conſ.57.Punctus quęſtionis,col.2.lib.5. & conſ. 473. Circa quæſtionem. col.2. verſ.Concluſiuè eo.libr.5. Angel. conſ. 345.Primo matris,col.vl.pet. Anc.cõſ. 89.quod incipit,Prima facie,& cõſ.339. col.7.verſ.Item veriſimile eſt. Ro. in.l. 4.§.Cato.car.penu.ff.de verbor. oblig. &.d.conſ.150.fuſius per Tiraque.in.l.Si vnquam.C.de reuo.dona.in præfa. nu. 56.Iaſ.in.d.l.Tale pactum.§.f. Idem in.l. Barbarius col.2.ff.de offic.præt. Iaſ.in.l. Si vnus.§. Pactus. ff. de pact. Idem in.l. Siue apud acta.C.de tranſ. col. 2. Idem Iaſ.in.l.More.ff.de acq.hær.

Mẽs & veriſimilis intentio diſponentis ſequẽda eſt, licet nec verbis, nec etiã mẽte, aut cogitatione tempore actus, ea res contenta, aut compreheſa fuiſſet.

Modò ſic ſolennia legum non fuerunt introducta fruſtra,aut ocioſè, non quoque vt homines illaquearẽtur, impedirentur, aut ociarentur, ſed magis, vt omnis fraus abeſſet, & læſio,actioneſque noſtræ, vt iuſtius procederent, certiuſque actorum veritas appareret. l.f.C.de fidei co.§.f.inſt.de fidei co. hæred.l.1.in fi.pr.ff.ad Treb.l.Iubemus.C. de teſtam..l.Hac conſultiſsima.C. Qui teſtam.fac.poſ.l.1.ff.de lib.& poſth.vnde ſi lex humana certa eſſe poſſet de fide & veritate rerum ac actorum,iſta ſolennium impedimenta minimè introduceret. Sicque ipſa lex veroſimiliter reſponderet ſe velle, vt firmus ſit contractus ſine licentia mariti ab vxore celebratus,ſi & mulieris conſenſus affuit & læſio affuit,quia ei conſulere voluit, non autem nocere per ademptionem liberę adminiſtrationis rerum ſuarum, cùm talem libertatem habere homines ipſis expediat in rerum ſuarum vſu, & etiam abuſu.l.Sed etſi lege.§. Cõſuluit. ff.de pet.hæredi.. Nam & ſimiliter ſolennia in rei eccleſiaſticæ alienat. quæ deſiderantur,quo magis ad eccleſiæ vtilitatem alienatio fiat,deſiderãtur. Vnde ſi interfuit conſenſus eorum qui ius diſponendi habent,licet in modo erratũ fuerit,ceſſante omni lęſione & fraude,alienatio quoad Deum tenet, vt eſt communis & vera opinio quam tenẽt Abb.in.c.Quia plerique.q.9.de immuni.eccleſ.& in.c.1. ad fi. de in integrum reſti.& alij quamplures, quos refert & ſequitur Andr.Tiraque.vbi.ſ.nu.21. Et cùm ſimiliter prouiſio legis tot ſolennia in teſtamentis ordinandis exigẽtis, id vnum proſpectum voluerit,vt certa ſit teſtantis diſpoſitio, abſitque omnis fraus & dolus.d.l.f.C.de fidei.d.§.l.inſt. de fide.hęr.iuncta.l.Si quando, in prin.

23 *Conſcientiæ in foro valet alienatio rei eccleſiaſticæ,ſi abſint læſio & dolus, licet defuerit ſolennia cũ communi.*

24 C.de inof.teſtam. Certè ſi hæres ſcriptus in teſtamento minus ſolenni, certo ſcit eam fuiſſe teſtantis voluntatẽ, quæ teſtamento illo minus ſolenni continetur, tutus in foro animæ bona illa retinebit,nõ ſecus quam ſi teſtam.illud eſſet ſolẽne,quia & lex idẽ permitteret,ſi de eo certa eſſet,ſicq; eſt vera & cõmunis opinio, quam tenent Bal. in.l.1.col. 2.C.de teſtam. Andr. Tiraq. poſt leges connub.gl.4.nu.22.Paulus in.l.ad teſtamenta.§.conditionem.ff. de teſtamen. Corneus con.119.circa primùm,col.9. lib.2.Iaſ.in.l.Poſt diuiſionem,col. 2. C. de iuris & facti ignor.Idem Iaſ.in.d.l.Et ſi inutiliter.col.2. de fidei co. C. Et alij quamplures quos citat Andr. Tiraq.vbi.ſ.Et nos diſſeruimus latè,li.1.de ſuc. crea.§. 2.nu.9.cum pl.ſeq. Vnde in eod. caſu hæres legitimus,qui ſcit alium fuiſſe ſcriptum hæredem in teſtam. minus ſolenni.Siquidem certò ſcit puram veramque teſtantis voluntatem eo teſtamento minus ſolenni contineri,vix eſt vt tutus ſit in foro animæ, quod ſi ignoret,tutus erit.In dubio autem ignorare preſumitur. l. Verius. ff. de probati. & ſub hac diſtinctio.ſunt admittendę illæ communes opiniones, de quibus per Andr.Tira.vbi.ſ.nu.20.& nu.23. & nu. 24.& quę fuſè diſſeruimus in.d.§.2.nu. 9.cum plur.ſeq.

His tamen non obſtantibus in.q. de muliere, ſine licentia mariti alienante, crederem non eſſe tutum in foro animę, is qui rem ab ea emptam emeret, quia & ſi purus mulieris conſenſus interfuerit,& omnis fraus & deceptio abfuerit,tamen adeſt iniuria quę quodãmodo fit marito, eo ipſo quod vxor ſe inſcio,aut renitente,res ſuas alienat,aut contractum ſeu commerciũ cum quouis iniuit, nec dubium eſt, quin id leue aut graue,facile aut iniurium iudicandum ſit ſecundum mores cuiuſque regionis. Vnde talem contractum ratum haberi non expedit, etiam in foro animę, non magis quàm in foro contẽtioſo,cùm id fieri non poſsit ſine mariti lęſione. Nam etſi iuramentum firmet cõtractum, alias vetitum, cùm agitur de lęſione ſolius iurãtis, vtcunque magna c.2.de pact.lib.6. c.cùm contingat de iureiur. Tamen non ſic,vbi vere, vel etiã preſumptiuè interfuit,vel poſsibile fuit interuenire læſionem alterius tertij, licet ea poſsibilitas parũ veroſimilis eſſet,aut frequẽs,vt vtrobique probatur. Vnde licet pactum de futura ſucceſsione iuramento firmetur in prędiudicium paciſcentis, tamen non ſic in præiudicium eius, cuius de ſucceſsione agebatur,licet id præiudicium non adeſſet in actu, ſed tantũ in habitu, vel potentia etiam parum veroſimili: nam mortem alterius captare, cùm ſit tã triſte ac immane crimen non præſumitur.l.Meritò.ff.Pro ſocio,adhuc tamẽ propter illud præiudicium,quod & euenire poſſibile eſſet, tale iuramentum infirmum eſt,vt eſt vera & communis opi. quam tenent Bar.Paul.Roma.Areti. Alexan. Iaſ.& omnes in.l. Stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.Bar.Bal. Angelus,Salice.Fulgoſius,Paulus,Alexan. Iaſo.Decius, Alci.& alij in.l.f.C.de pac. Georgius,Natan.& Couarub.in.c.2.de pact.diſſeruimus plenè libr.2. de ſucce. crea.Sic & in ſpecie noſtra lõgè fortius is contractus in foro animæ ratus haberi non debet, cùm non contingenter tã tum,ſed etiam exiſtẽter, inſpecta legis cenſura ex ipſa contractus celebratione, marito iniuria fiat', qui inſcius erat, quæ iniuria ex firmitate ipſius contractus augeretur, & quod in noſtra. l. 55. tauri.hæc irreuerentia & iniuria mulieris in maritum inſcium,aut inuitum,cõtrahentis cõſideretur,principaliter patet,quia reliquæ mulieres innuptę,libere contrahere poſſunt,nuptæ autẽ non poſſunt: ergo iſta licentia & ſolennitas non tam deſideratur ob vitandam mulieris læſionem,quàm ob reuerentiam mariti,vt.ſ.diximus.Plures tenent taliter contrahentem,ſi abfuit dolus & lęſio,tutum eſſe in foro animæ: nam etſi in foro contentioſo ea mariti læſio in conſideratione eſſe poſsit,non ſic in foro animę,in quo ius natu. & diuinũ tantum inſpicitur, non autem id ius poſitiuum:cogita tamen.

Iuram. an firmet contractum ſine licentia mariti factum in terminis. l. 55. tauri inges pugna.

25 Hinc apparet talem contractum per iuramentũ vxoris non firmari, non magis quàm ſi iuratus nõ eſſet,cùm iſthæc prohibitio non ob ſolam mulieris vtilitatem,ſed etiam ob reuerentiam mariti(idque fortè principaliter)factaſit, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm reuerentiam & pudorem violare. Ea mulier quæ inscio, aut inuito marito cõtrahit videtur: sicque is contractus non firmabitur iuramento, arg. d. c. 2. de pact. in. 6. & d. c. cùm contingat de iure. & expressum videtur in. l. Alia. §. Eleganter. ff. so. matrimonio ibi contra bonos mores id pactũ esse: quippe cõtra reuerentiam maritis debitam esse appareat: cùm ergo cõtra bonos mores sit id quod ab vxoribus contra reuerentiam maritis debitam sit, idque fiat contra talem reuerentiam, sequitur nõ posse per interuentum iuramenti firmari, non magis quàm si non interfuisset, quod obtinet quo ad forum contentiosum: non sic in foro conscientiæ, vt proximè diximus. Et hęc ratio mihi videtur efficacior, quã ea qua vtitur Andr. Tiraq. vbi. s. nu. 26. ait enim talẽ contractum non firmari iuramento, quia ex eo contractu nulla oritur obligatio etiam naturalis, vnde iuramentum nõ potest confirmare, cùm inquit, Nil reperiat confirmabile, vt in simili tenuit Angel. cons. 160. pro decisione. col. 2. & Roman. cons. 12. Viso testamento, col. 2. quę ratio suspecta est: nam ex eo contractu aliquando oritur obligatio naturalis, quę in foro animę efficax est, licet in foro cõtentioso inefficax, vel potius nulla intelligatur, vt. s. diximus. Vnde ipse Tiraq. secundò adducit, quòd contrahentes contra tale statutũ quasi propter suam inobedientiã videntur mortaliter peccasse, sicque iuramentũ non confirmat. c. 2. de maioritate & obedie. iuncto. c. non est obligatorium de reg. iur. in. 6. Ita Bar. in. l. 2. in fine. C. ne fide iussores dotium dentur, & in. l. Siquis pro eo, in tertio, &. 5. membro. ff. de fide iuss. & in cons. 88. in. q. col. 2. Angel. cons. 160. Domina. col. 2. Ancharanus in. c. 1. ad finem. q. 11. de cõstitutionibus & cons. 180. Visa diligenter. col. 2. vers. Itẽ liberatio. Bal. in. l. 2. q. 9. C. de rescindenda venditione, & in rubrica. ff. de iure iur. col. 2. & in. c. Cùm contingat, eodem tit. col. 3. & in cons. 450. In pupillo, lib. 2. Paulus cons. 465. Viso compromisso, col. fi. lib. 1. Petrus Ferrara de forma libelli super. restitutiõe verbo Tũc iurauit, col. 4. Barbatius cons. 16. Illud in mediũ, lib. 2. Corneus cons. 77. Quã quam, col. 2. lib. 1. Ange. in authenti. iacramenta puberum. C. si aduersus venditionem, Goçadinus cõl. 16. In hac causa, col. 2. nu. 13. Anto. in. l. Si tauri. nu. 57. & Michael Cifontinus. in. d. l. 55. tauri, col. 1. vers. 4. dubitatur.

Sed hoc casu vt peccatum absit, & sic iuramentum firmet contractum, tenẽt Ioannes Andræas, ad speculatorem de sententijs prolatis. §. vt autem, Ioannes Lignanus, Anto. Abb. & Imola, qui hãc dicit communem opinionem in. c. cùm contingat de iure iur. Bal. cons. 408. Super eo quod quęritur, lib. 4. Ab. in. c. ad apostolicam, col. 1. de regularibus, Imola, consil. 67. in casu præmisso. Fulg. cons. 219. Visis, col. pẽnul. Paulus, cons. 190. cum tempore, col. 2. lib. 1. Aretinus cons. 54. In causa magistri, Felinus in. c. Siquis, col. 2. de maioritate & obe. Ale. cons. 19. clarissimè, col. 6. lib. 7. Soci. cõs. 77. In præsenti, col. pen. lib. 1. Idem cõs. 147. Visa, col. 4. eodem lib. & cons. 233. Præsentis consultationis, col. 2. & cons. 279. Visa donatione, col. 1. lib. 2. Corneus cons. 35. Videtur prima facie, lib. 1. & cons. 127. Licet, col. 1. libr. 1. & cons. 35. Semper, col. fi. lib. 3. & cons. 224. Licet claram, eodem lib. Andręas Tiraquellus post. ll. connubiales gl. 4. nu. 28. Dominicus cons. 51. supra prędicto per totum, Romanus cons. 437. In casu proposito, Alex. cons. 125. Visis, lib. 1. Hipolitus Marsilius in. l. p. col. 12. ff. de quęst. & alij quamplures relati per Tiraquellum, vbi. s. Et hęc pars longè verior est, tum quia vt diximus transgressio huius statuti non inducit peccatum, tum & fortius, quia statutum inducens, ne minor, aut mulier possit alienare sine certa solennitate, respicit principaliter ipsius minoris, aut mulieris vtilitatem, & regula dictat posse vnumquemque suis commoditatibus, ac fauoribus renuntiare. l. pe. C. de pact. l. Si quis in cõscribendo. C. de episco. & cleri. l. cùm pater. §. Mando. ff. de lega. 2. l. Quoties ab omnibus. C. de fidei. possesq; res suas etiam etiam prodigere. l. Sed etsi lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. & licet id non liceat minoribus, & reliquis qui sensus inopia laborant, argu. l. Titio centum, in pr. ff. de cõd. & de in. l. 2. C. pro emp. secundum vnum intell. tamen etiã istis suum prodigere liberum est per interuentum iuramenti, minoribus dico, & mulieribus, argu. auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. quia tollerabilius est, vt rerum suarum, quàm vt salutis æternę detrimentum patiantur, vt d. c. cùm contingat de iure, &. c. licet mulieres eod. tit. &. c. 2. de pact. lib. 6.

Cùm ergo isthæc ratio de iuramẽto appositio super contractu minoris, aut mulieris contrahere vetitis sine interuentu consanguineorum propter inopiam intellectus ipsorum minorũ, aut mulierum præsumptam suspecta sit, supereest, vt aliunde nobis firmius quodpiam argumentum aduocandum sit ad nostram partem tuendam, qui defendimus, seu contendimus in terminis. d. l. 55. tauri, mulierem contrahentem sine licentia mariti, nihil agere, etiamsi iurauerit. Dic ergo id inde procedere, q̃ ea mulier quasi contra bo. mo. contraxit, & iurauit, inspecta legis nostræ interpretatione, inspectisque nostræ regionis moribus, arg. d. l. alia. §. elegãter. ff. to. matr. Sicq; iura. nõ est obligatoriũ C. nõ est obligatorium de reg. iur. lib. 6. Deinde id iura. tẽdit in præiudiciũ mariti, vt. s. diximus. Sicque non est obligatorium. d. c. cùm contingat, &. d. c. Licet mulieres. Postremò est contra prẽceptum iuris naturæ alterum lædere. l. Iustitia. ff. de iust. & iure, &. §. Iuris præcepta, inst. eod. tit. Sed si tale iuram. firmaret contractum, esset ius mariti lædere, ergo, &c. præsertim cum iurame. non debeat esse vinculum iniquitatis, vt iam diximus etiam occasionaliter, argu. l. Quæ sub conditione in pri. ff. de cond. iust. Intellige tale iuram. nõ probãdum quoad forum contẽtiosum: at in foro animæ, si maritus qui postea contractum celebratum sciuit, non reclamauit vxor, tenebitur stare iuramẽto, vt. s. dixi.

26 Ex superioribus apparet, an vera sit opinio eorum qui contendunt, Quodsi in alienatione prædij minoris defuerit authoritas tutoris, aut decretum prę fidis, tunc emptor non est tutus in foro conscientię, sed restituere tenetur, quia vt eam rem retinere posset, oporteret quod adesset bona fides & iustus titulus, qui hîc non adest, cùm ille pro non titulo habeatur, ergo alienam rem detinet nullo iure, ergo, &c. vt in. l. nunquã nuda. ff. de acq. rerum dominio. Quod verisimum dicerem, si minor læsus esset, non sic, si non esset, sed si vitalẽ contractum facere expediret: nam minoribus ob vtilitatem suam, ne decipiantur rerum suarum alienatio interdicta est, atque administratio, quæ eis à lege libere permitteretur, si ipsa lex certa esset, eos decipiendos non esse. Vnde in quibus casibus non decipiuntur, cessat ratio legis prohibitoriæ, & consequenter eius prohibitio, saltem quoad Deũ, argu. l. Non ideò minus. C. de procurat. § Pupillus, in pr. inst. de inut. stip. & quod latè tradunt Decius & Cagnolus in. l. In negotijs. ff. de regul. iur. Aliter enim, quod fauore minorum inductum fuit, in eorum odium conuerteretur contra l. Quod fauore. ff. de legi. & contra. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. l. Legata inutiliter. ff. de adi. lega. Quo ad forum autem contentiosum, id non esset ita expeditum, arg. eorum quę traduntur per Areti. in. l. 2. col. 5. ff. de vulg. per Andr. Tiraq. de causa cessante limi. 32. per. l. 1. ad fi. ff. de minoribus, & dictum Innocentij in. d. c. Quia plerique: refert & sequitur Tiraq. post leges connub. glo. 4. nu. 20. Qui tenent quod in foro animæ talis emptor tutus non est, cuius contrarium defendimus cessante minoris læsione.

Conscientiæ in foro tutus est emptor minore sine decreto prædium alienante cõtra Innocẽt. & Tiraq.

27 Ex superioribus etiam deducitur necessaria declaratio ad. l. 5. tit. De las donati. lib. 5. ordi. dum ait alienationes rerum ad regiam coronam pertinentium fieri ab ipso rege non posse, citra longũ solennium interuentum, de quo ibi, Vt si contra alienatio ab ipso rege fiat, ea nullius momenti sit, nec possessor etiã quoad

Regiæ alienationes Hispaniæ an valeant?

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòad Deum posit in foro conscientiæ esse tutus, cùm titulus ille pro nõ titulo habeatur. Sicque in talem possessorem non fuerit tranflatum dominium. d.l. Nunquam nuda, vnde alienum restituere necesse habebit ille. c.f. &. c. Vigilanti. de præs. Nec voluntas Principis alienantis, illique legi derogantis quicquam prodesse videatur, etiamsi sit iurata, cùm illa prohibitio emanauerit in vtilitatem regni, & Reipublicæ, non ipsius Principis, qui suas vtilitates prætermittere, & lædere potest: alienas verò non vtique, & vt ius alterius tertij lædere etiam per interuentum iuramenti non possit, ita etiam & lõgè minus poterit lædere ius reipublicæ, argu. d.c. cũ contingat. d.c. Licet mulieres. d.c. Quãuis pactum iuncta auth. res quæ. C. cõ. de leg. nisi dixeris eam. l. 5. ipsum tantũ regem qui eam tulit tenere, reliquos autem successores suos non vtique, argu. §. f. inst. quib. mod. test. in fi. l. Princeps legibus. ff. de legibus.

28 Denique quod diximus tenuisse Innocentium & Tiraq. qui eum sequutus fuit, vbi. s. dum aiunt minore fine decreto aut authoritate tutoris alienante, tutum non esse in foro animæ possessorẽ, quasi titulus ille habeatur pro nõ titulo & sic nullo iure dominiũ illius rei quæ fisse videatur. d.l. nunquã nuda, id quidem regulariter verum non esse patet ex. l. fi vir. ff. pro donato. l. si id quod. ff. pro derelicto, ibi quasi volente & concedente domina, vbi vxor fundum donauit marito contra legis interdicta, & licet maritus dominium non quęsierit, adhuc tamen dicitur habere iustã causam possidendi, quia non erat destitutus dominæ volũtate. Nec enim necesse est, vti quisque iustè possidere videatur, habere dominium rei possessæ. Satis enim est habere domini voluntatẽ, vt per totum. ff. de positi. per totum. C. &. ff. commodati. per totum. ff. de præcario, fallit quãdo ille qui vendidit, vel alia quauis ratione rem suam cõcessit, sensus inopia laborabat ob teneram ætatem, vel ob aliam rationẽ, sicque non habebat liberam rerum suarum administrationem. Tunc enim eius concessio non præberet iustam causam possidendi. l. 2. §. si à pupillo. ff. pro emp. Ita potest saluari Innocentius.

Possessio iusta quæ dicatur, & quãdo sit quis possidens tutus in foro animæ.

29 Ex superioribus infertur, quòd licet in electione non fuerit obseruata forma data à canonibus, dummodo nõ defuerit purus consensus eligentium, tutus est electus in foro cõscientiæ, vt tenent doct. communiter, quales sunt Innocentius in. c. Quia sicut de elect. Ancharra. in. c. beneficium, de reg. iur. libr. 6. col. 34. vers. 7. principaliter, idem Ancharra. in. c. possessor, col. 9. eod. tit. Decius in. c. 1. de constit. col. 8. vers. Ex ista conclusione nu. 19. & Felinus ibidẽ nu. 39. Iaf. in. l. si non sortem in pr. ff. de cõd. indeb. idem Iaf. in. l. etsi inutiliter, col. pe. C. de fidei cõ. idem in. l. post diuisionem, col. 2. C. de iuris & facti ignor. idẽ Iaf. in rub. ff. de acq. hær. col. 3. idem Iaf. in. l. nemo potest, lect. 1. nu. 78. ff. de leg. 1. idem in. §. sed iste, inst. de act. col. pen. Andr. Tiraq. post leges connub. glo. 4. nu. 21. Abb. in. c. 1. ad finem de in integrum restit. Innocen. in. c. si celebrat de cleri. ex communi. Domin. in. c. 1. in pr. de sponsali. lib. 6. Huiusque rei vera ratio (quam à nostris non satis animaduertam inuenio) ea est, quòd licet verbis legis id non cõprehendatur, sed potius contrarium, quia ius iussit seruari in tali alienatione certum ordinẽ, quẽ prætermissum esse ponimus. Nec etiã comprehendatur iuris mente & intentione, quam habuit, tamen comprehenditur iuris intentione, quam lex ipsa habitura esset, si is casus sibi in mentẽ venisset, vbi purus, verusque cõsensus eligentium interfuit, quia omnia solennia quæ à lege in electionibus exiguntur, eò tendunt, vt verus, purusque eligentium cõsensus non desit, vnde cùm hîc adsit, quoad Deum hoc vnum desideratur, & præterea nihil. Nec enim lege destitutus videtur quis, licet eius verbis comprehensus non sit, nec etiam intentione præsenti, quia hunc casum lex nõ cogitauerat, si modò intentione legis futura destitutus non sit, hoc est ea intentione quam. l. verosimiliter haberet ra

Electus minus solenniter tutus est in foro animæ, si ei non defuit purus eligentium cõsensus cũ communi.

ra esset, si de hoc casu meminisset glos. com. ibi app. in. l. tale pactum. §. f. ff. de pact. l. 3. C. de inof. test.

Hæres in nõ solenni testamento scriptus, an sit tutus in foro animæ nõ declarat.

30 Vnde licet hęres scriptus in re dubia hæreditatem in foro animæ restituere teneatur hæredibus legitimis, vt ex cõmuni opinio. resoluimus, lib. 1. de succ. crea. §. 2. nu. 10. tamen si is certo scit se habere voluntatem testatoris, eam hęreditatem in foro animæ restituere nõ tenebitur, sed impunè eam retinebit, quia licet nec verbis legis, nec etiam intentione præsenti cõprehensus videatur, tamen futura legis intentione (hoc est ea quam lex habitura esset, si de vera voluntate testãtis certior facta esset) destitutus non videtur, vt non inelegãter præter doctorum sententias docemur, vbi. s. nu. 11. Neque ad rem pertinet, quod dominia rerum à legis cõcessione descendãt. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. §. ius autem gentium inst. de iure natur. Vnde cùm is hæres lege destitutus sit, res hæreditariæ in eius dominium non transierunt, hicq; alienas res vel eas ad quas alter à lege inuitatus est nullo iure detineat, & consequenter in foro animæ tutus esse non possit. c. f. de præscript. Nam respondeo, quòd cùm is hęres scriptus mente, sentẽtia, & dispositione legis tacita, ac verosimili destitutus non sit, sed comprehensus, satis possemus intelligere earum rerũ dominium quæsisse, argu. l. verbis legis. ff. de verbo. sig. & eorum quæ. s. diximus. Quinimò etiamsi fateremur talem hęredem dominium minimè quęsisse adhuc, tamen non desineret esse tutus in foro animę, nam iustã & legitimã causam possidẽdi is habere videtur, qui voluntate domini possidet, licet lex illam domini voluntatem & consensionem non probet, si modò ille qui consensit, non laboret inopia intellectus, nec per hoc alter lædatur, tex. in. l. si id quod. ff. pro derelicto, ibi quasi volente & concedente domina. l. si vir. ff. pro donato. præsertim cùm etiam iure gentium nihil tam naturali æquitati conueniat, quã volũtatem domini, rem suam in alium transferre volentis, ratam esse. §. per traditionem inst. de rerum diui. vt fusius per nos in. d. nu. 10.

31 Qua ratione hæres non conficiens inuentarium, licet in foro contentioso vltra vires hæreditarias teneatur, tamẽ non sic in foro animæ, si cõscius sit fraudis perpetrasse se nihil, nam nec huius contrariũ lex statueret, si hac de re certa, & indubitata esse posset, vt ex cõmuni opi. resoluimus, vbi. s. nu. 12.

Hæres non conficiẽs inuentarium an sit tutus in foro animæ.

32 Vnde legatarius legatum sibi in minus solenni testamento relictum, licet in re dubia retinere possit, secundũ cõmunem opi. de qua per Andr. Tiraque. post leges connub. gl. 4. nu. 22. cum seq. per nos in. d. §. 2. nu. 13. tamen ea opinio communis vera non est, cùm in minus solenni testamento non adsit probatio legitima, & sufficiens contentorum in tali testamento, cui vt lex fidem nõ putauit adhibendam, ita nec legatarius ille fidem adhibendam putare deberet, & eius credulitas hac in re inculpata nõ foret, sicque etiam in foro animæ hoc casu alienum retinere videretur, quia aut credebat, aut credere debebat alienam esse, vt fusius in. d. nu. 13. contra cõmunem opinionem ostendimus. Verũ si is legatarius certò sciret eam fuisse testantis voluntatẽ, tunc in foro cõscientiæ tutus esset, & iustè id legatum retinere posset, vt ex superioribus deducitur, quæ iuuant ad supplementum eorum quæ docemur in. d. §. 2. nu. 13. cum plur. seq.

Legatarius an possit tutus in foro animæ retinere legatum relictum in non solenni testam. contra communem.

33 Redeundo ad illum articulum, an vxor, quę sine licentia mariti contraxit, videatur mortaliter peccasse in terminis. d.l. 55. tauri, dum concluſimus mortaliter non peccare, quia lex ciuilis non potest nos obligare ad peccatum, nisi cùm præcepit illud, quod iure diuino præceptum erat, vel vetuit illud, quod eodem iure vetitum erat, quibus casibus etiam non tam ob præceptum legis ciuilis transgressum peccasse videremur, quam ob transgressionem præcepti diuini, quasi id ipsi iuri diuino primęuo. non autem iuri positiuo acceptũ ferre deberemus: nam & similiter facultas abstinendi ab hæreditate paterna, quæ

Leges ciuiles an possint obligare in cõscientia inges pugna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ filijs f. competit, licet innumeris ferè legibus iureconsultorum approbata & comprehensa sit, tamen de iure prætorio esse dicitur, eò quòd proprius eo iure admissa fuit, vt ex cõmuni opi. diximus, lib. 1. de succ. crea. §. 1. nu. 5.

Conscientiæ in foro an teneamur, cũ lex positiua id expressit, vel tacitè sit inducendo pœnã ipso iure, vel ipso facto.

34 Cùm igitur constare debeat legẽ ciuilem non posse nos obligare ad peccatum, inde infertur, quòd si pœna à lege ciuili ipso iure, vel ipso facto, imposita sit, ad eam in foro conscientiæ non tenemur, id quod mihi videtur sẽsisse gl. mag. in. f. in. c. fraternitas. 12. q. 2. cũ qua transeunt scribentes, ibi tenent Abb. & Feli. nu. 41. in. c. 1. de cõsti. vbi refert Feli. Abbatem dixisse se dictum illius gl. nescire: alibi Decius in. c. 1. col. 8. de cõsti. vers. prædicta conclusio. Felin. in. c. audiuimus de simonia, col. 2. Hieronymus Cagnolus in rep. l. si quis maior. C. de transact. car. pe. nu. 160. Stephanus Costa in tract. de ludo. col. 12. vers. & limitando prædicta in simili per Bal. in. l. 2. C. de vectiga. & comi. Fortunius de vltimo fine illati. 18. Sanctus Thomas, 2. 2. q. 62. & ibi Cayetanus, Couarub. in. 4. decret. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 10. licet in cõtrarium se habeat receptior (sed vt nobis videtur) iniustior opi. quam tenent Abb. in. c. 1. de constit. & ibi Feli. nu. 47. & nu. 43. qui plures allegat Abb. in. c. ex tirpandæ. §. quia verò de præbend. in rep. col. 8. Thomas Parpalia in rep. l. si quis maior. q. 9. C. de transact. quam sequitur, & receptiorẽ esse firmat Andr. Tira. in. l. si vnquã de reuo. donat. verb. reuertatur. nu. 291. cũ sequẽ. & alij quos iam retulimus, & hãc op. cõmunẽ olim tenebã, inter q; alia mouebar, quia vt lex potest nobis etiã ignaris dominiũ rerũ cõcedere, efficereq;, vt ipso iure acquiratur. l. cũ pater. §. furdo. ff. de lega. 2. ita quoque videbatur posse per pœnę irrogationẽ rerũ nostrarũ dominiũ nostrũ nobis auferre, arg. l. cõficiuntur. ff. de iure codi. idq; facit. l. in omnibus prę script. vt in. l. f. C. de longi tẽp. præs. sicque licet regulariter id quod nostrũ est sine facto nostro nobis nõ auferatur. l. id quod nostrũ. ff. de reg. iur. tamen aliquãdo sine facto nostro per legẽ nobis aufertur, vt in specie notat Decius in. d. l. id quod nostrũ, sed responderi potest rerũ dominia nobis & dari, & adimi posse à lege, quasi iura realia quo ad cõmutationẽ & migrationẽ sint in potesta. legis ciuilis. facit. l. f. C. de leg. l. quoties & per totũ. C. de donat. quę sub. modo & ferè per totũ. C. & ff. de capt. & postl. reuer. Diuersum tamẽ est in obligationibus personarũ, & lõgè diuersius in obligationibus animarũ, quę sub ditione ac imperio legũ ciuiliũ minimè nobis esse videntur, & hac in re nobis videtur, aptari posse illud philosophi, quæ supra nos nihil ad nos.

Donatarius an in foro animæ possit retinere donatam rem quandiu à donatore cui nati sũt liberi nõ interpellatur.

35 Hinc apparebit an vera sit opi. existimantiũ, quòd in terminis. l. si vnquã. C. de reuo. don. donatarius simul ac filius donatori natus fuerit ei restituere tenea tur quod dono acceperat, etiã in foro cõscientię, quã op. tenẽt Io. Imo. nu. 12. & iterũ nu. 18. in. c. f. de dona. Corneus cõs. 15. ex quo dictus nu. 5. lib. 1. Archid. in. c. quicunq;. 17. q. 4. gl. in ag. in. d. c. fi. vbi Io. And. col. 2. collect. col. pe. Io. Calder. ibi col. 1. in rep. & Ab. col. 2. gl. f. in. c. ex transmissa de renun. Old a. cõs. 278. licet quãtũ ad clausträles. col. 2. vers. ad tertiã. q. Fulg. in. l. 1. C. de inof. don. Corneus cõs. 11. in præsenti cõsult. col. 3. lib. 3. idẽ cõs. 30. in hac cõsultat. col. 2. lib. 4. Andr. Tiraque. de reuo. donati. l. si vnquam verb. reuertatur. nu. 293. post Fortuniũ Garciam, quem ipse allegat. Mouentur per c. quicunque 17. q. 4. ibi iure fori. non iure poli. Quid dicendum & quidẽ aut donatarius certò scit sub hac cõditione (licet tacita fuerit) sibi donatum esse, vt nascẽtibus donatori liberis restitueretur, & tunc in foro animę restituere tenebitur, vt d. l. si vnquã, quæ hoc casu sine dubio procedit, nec is donatarius vlla ratione retinere posset, cũ & dominiũ rerũ donatarũ ipso iure à lege fuerit à donatario in donatorẽ retractũ, secundũ cũmu. op. de qua per And. Tira. in. d. l. si vnquã per tex. ibi in verb. reuertatur. Et prętereà ipse donatarius conscius sit, se iam destitutum esse voluntate donantis. Quod si donatarius certò sciat donatorem etiam post natiuitatem

tiuitatem liberorum non huius animi fuisse, vt sibi restituatur quod dono dederat indubitanter in foro animæ donatum licitè retinebit, quia licet dominium rerum donatarum ipso iure à lege de donatario in donatorem retractum fuerit. d. l. si vnquam. verbo. reuertatur, tamen rem alienam possum tutus in foro animæ volente domino retinere, estque tam iusta causa possidendi & retinendi, vt hæc causa possidendi sufficiat etiam ad vsu capionem. l. si id quod, ibi quasi volente & concedẽte domina. ff. pro dereli. l. si vir. ff. pro donato. Nam & similiter iustè res alienas retinemus in terminis totius tituli. C. & ff. depositi & commodati, & de precario, &c. Quod si simus in re dubia, tunc communis opinio supra relata, vult fieri debere restitutionem in foro animæ, quia & dominium rerũ donatarum ad eum ipso iure per legem retractum fuit, & donatarius à tempore natiuitatis liberorum destitutus videtur (inspecta legis interpretatione) voluntate donatoris, licet eam antea habuerat, sicque nullo iure, nullaue ęquitate retinere potest alienum domino ex legis interpretatione inuito.

Testam. filij præteritione nullum eo dissimulante, vires sumit.

36 Quid dicendum, & quidem hoc casu magis est, vt si ille donator vti vult beneficio. d. l. si vnquam, procedat cõmunis opinio, sin minus secus. Nam & similiter filiof. præterito testament. est ipso iure nullum. l. inter cætera. l. pen. & f. ff. de lib. & post. l. 1. ff. de iniust. rup. & in pri. inst. de exhær. lib. est cõmunis opinio, vt plenè per Alexan. Paul. Corneum, Deciũ, Curti. Iuniorem & alios in. l. f. C. de cõ. tab. differuimus plenè li. de succ. crea. §. 20. nu. 178. & tamẽ cùm primùm is filius in quem lex hoc beneficium etiam ipso iure contulerat, eo vti noluerit, vel illud à se repulerit, nunquam id beneficium sibi à lege datum, aut oblatum, seu pollicitum videtur, sic

Legatum repudiatũ fingitur nunquam datũ.

37 que id testam. semper tenuisse videtur l. filio præterito. ff. de iniust. rup. nam & similiter legatum ab ipsa morte testatoris, ipso etiam iure legatario quæsitum videtur. l. à Titio. ff. dę furtis. l. cùm pater. 5. furdo. ff. de lega. 2. & tamen si legatarius repulerit à se legatum, nunquam in eius dominio fuisse videtur, vt quod repulsum est, nec datum quidem fuisse videatur. l. si tibi homo. §. cùm seruus, vbi & omnes doct. communiter, præsertim Alexan. l. proinde. ff. si cert. pet. l. si legatarius. §. 1. ff. de lega. 1. Et compensatio inducitur ipso iure, si tamen à parte non opponatur, neque inducta vnquam fuisse videtur: & supplementum legitimè inducitur ipso iure, & tamen si non petatur, neque inductum quidẽ videtur. Et canone non soluto res quæ cecidit ipso iure in commissum, nunquam quidem recidisse videtur, si dominus non petierit, quasi isthæc & cætera id genus beneficia sub hac conditione resolutiua à lege nobis data, aut oblata videantur, vt si ea prætermiserimus, vel ijs vti noluerimus, quasi nec vnquam à lege nobis data, aut oblata videãtur, vt isthęc & alia multa similia cõgesta inuenies p Ia. in. l. f. C. de cõtra. ta. nu. 24. cũ seq. Bal. in. l. f. C. de reuo. don. And. Tira. in. l. si vnquã. C. eod. tit. verb. reuertatur. nu. 10. cum pl. seq. Simile in. l. si me in vacuam. ff. de acq. pos. Simile in. l. si iure. ff. de lega. 3. Simile in. §. posteriore, inst. quib. mo. test. infir. Simile in. l. 2. ff. de lege comi. Simile in. §. f. inst.

Donatio natiuitate liberorũ non reuocatur quãdo donator tempore donationis cogitauit de liberis cum eõ muni.

39 de iniur. modo sic. Cùm ergo retractus donatarũ rerũ in terminis. d. l. si vnquã cõtingat, non ob id quòd verbis expressis donatoris id cautũ fuisset, non quoq; quòd tacite id cogitasset, quinimò tẽpore donationis nõ meminerat de liberis, imò si meminisset. l. illa locũ nõ haberet, vt ex cõm. op. resoluit Corn. cõs. 15. li. 1. col. 1. post Bar. Bal. Ang. & Raph. in. l. si totas. C. de reuo. donationib. Bar. Bal. & Im. in. l. Titia Seyo. §. imperator ff. de lega. 2. vbi alij cõmuniter. Sicq;. d. l. si vnquã funderur potissimũ in eo q donator, si de liberis tpe donat. sibi euẽturis meminisset, vel nõ donasset, vel caussa fuisset, vt is retract. fieret, cũ primũ sibi liberi nati fuissẽt, euenit, vt in spec. nra, q diu donator, q scit sibi liberos natos fuisse, res donatas nõ repetit, tutus sit donatarius in foro cõscientiæ, iusteq; exi-

stimare posit eum donatorem eo legis beneficio vti nolle, vt sic peride sit atque si ad id beneficiū nunquā à lege so ret inuitatus. Nam & similiter nō dubi tarem, quin res legatas (quarum domi niū in legatariū ipso etiam iure trāsijsse diximus) hęres tutus in foro animæ re tinere posset, quādiu legatarius qui legati conscius erat, eas nō peteret, quia iuste cogitasset hęres legatarium nolle vti liberalitate & beneficio sibi à lege concesso: præsertim cum isthęc omnia vt inuitatus ipso iure acquirantur, quasi sub hac cōditione resolutiua lex volue rit, vt si ipsi non petierint, sed ab eo beneficio abstinere voluerint, quodāmodo videātur nunquā fuisse inuitati, quo dammodoq; id ius videatur nunquam absc̄sisse, aut seperatum fuisse illinc, aut ab ea persona apud quā antea erat. Ergo in specie nostra donator qui libe ros tusceperat, aut beneficio legis vti volebat, idque donatario notum erat, & in foro animæ retinere tenebitur. Aut donator eo beneficio vti nolebat, idq; sciebat donatarius, & tunc indubi tanter donatarius non tenebitur resti tuere. Aut & tertio dubitatur, hoc est, donatarius hac de re incertus est, & quādiu ille non petierit, donatarius tu tus est in foro conscientiæ, non secus quàm in foro contentioso. Sicque pri mo casu procedit cōmunis opi. s. relata, secundo & tertio minime. Vnde regu lam contra cōmunem opi. constituī o portet. s. quòd in re dubia in foro con scientiæ tutus sit donatarius, licet non restituat, quādiu à donatore interpella tus non fuerit. Ad. c. quicūque. 17. q. 4. respōde quòd procedit de quadā æqui tate seu perfectione non de necessitate vel de cosilio, non de præcepto, vt sen sit glo. ibid. Præterea fragmēta illa qui bus decretum à Gratiano compositum fuit nō habent vim legis, vt alibi fusius docemur. Et nostram opinionem intel lige quando donator non ignorabat li beros sibi natos fuisse, nam se donasse ignorare non prę̄sumitur, cum in facto proprio non cadat ignorantia. l. si res obligata. ff. de legat. 1. Redeundo ad re

Hæres instę retinet legatum, quandiu legatarius cōscius legati nō petit illud.

40

gulam. d. glo. in. c. fraternitas. 12. q. 2. vt pœna in re dubia nō obliget in foro animæ, nec. l. ciuilis obliget nos regularit er in foro animæ.

41 Inde etiam infertur quòd & si condēnatio iniusta quæ ttansiuit in rem iudicatam in foro contentioso debeatur, quia iure fori iusta præsumitur. vt in. l. res iudicata. de regu. iur. c. in præsentia. de renū. l. Herénius. §. Caya. ff. de euict. tamen in foro conscientiæ non debebi tur, quia in tali foro iustissime recedimus à præsumptione legis quę decepta est, vt sequamur veritatem. Ita tenent Antonius in. c. quod ficut. col. penul. de elect. Bald. in sua disputatione incipien ti statuto cauetur. col. 9. Felin. in. d. c. 1. 42 nu. 40. de constit. Vbi etiam subinfert quòd in foro animæ non ligamur lege iniusta, quam forte princeps edidit ad solam suipsius vtilitatem aut lucrum, & longè minus si ea lex excederet authoritatem & iurisdictionē ipsius prin cipis. c. vt animarum. de const. lib. 6. c. erit autem lex. 4. distin. Tenet sanctus Thomas. 2. 2. q. 96. articulo. 6. Vnde li cet postquā lex lata est in foro contentioso de ea disputare non liceat, quia iu sta præsumitur. d. c. erit autem lex. Tamen in foro cōscientiæ si illa reuera in iusta est, ei obedire nullus tenebitur: & ita sunt limitanda quæ traduntur per Bald. & alios in. l. non omnium. ff. de le gibus, & quę plenissime enarrat Andr. Tiraque. in tracta. de vtroque retract. 43 in præfatione nu. 75. Vnde ipse Felinus vbi supra, post Abbatem ibi & Hosti. & alios in. c. innouamus, de censibus & post glo. & docto. in. c. super quibusdā. de verb. signifi. ait, quòd defraudans ga bellam iniustam, in foro animæ non te netur, quamuis in foro contentioso à potestatibus compellatur. Iniusta autem videretur si onera non iuste subdi tis distributa essent, secūdū Thomā & Feli. vbi. s. Vnde cū quotidie in omnibus populis totius Hispaniæ ab admini stratoribus ciuitatū parū ex æquo distri buat illud onus seu gabella (q̄ Hispanę seruicio appellat, itē illud qđ alcabala vocatur, & alia multa huiusmodi) dice bam

Sentētiæ iniustæ in foro animæ acquiescerenō debemus.

Lex iniusta in foro animæ non ligamur.

Gabella iniusta in foro conscientiæ nō debetur.

bam eum qui nō iuste oneratus erat in tali distributione, quatenus iustus modus seu mensura trāsgrediebatur, posse in foro animę subterfugere præstationem, licet in foro contentioso cōpellatur. Idemq; dicendū secūdū Feli. vbi. s. & Bal. in. l. 2. C. de iure aureorū annulorū, quoties talis gabella immanitate 44 intollerabilis & barbarica est. Et longe facilius secūdū eūd. Fel. & Hosti. in sūma de cēsibus. §. ex quib. vers. Sed quid si mercatores. Bal. in. l. veluti. ff. de iust. & iure. & in. l. cū proponas. C. de nauti. fœno. Idem Bal. in rubr. de cōsuet. ad fi. & in rubr. C. de fide instr. Anto. colū. 3. in procē. Rex pacificus. Petrus Ancha. in reg. possessor. de reg. iur. Lōge inquā facilius idem dicendum quoties cessan te iam causa vectigalis illius, seu gabel læ imponendæ ea non cessaret, sed ad huc extorqueretur. Vnde ex facto plu ries ac pluries quid dicendum esset, re spondimus quoad pragmaticam quan dam editam anno. 1558. cuius causa an iam finita fuerit, colliges ex prefatione ipsius iuncta lege vni. in. prin. C. de cad. toll. ibi, vt quod belli calamitas in troduxit, lenitas pacis sopiret.

De ead. re.

Gabellæ im positæ causa finita cessat gabella.

45 Illud autem dubium est, an qui dam num culpa dedit, vt sic teneretur lege aquilia, si inde nullum emolumentum percepit, teneatur dānum resarcire in foro cōscientiæ, an vero satis sit redde re pœnitentiam. & Feli. in. c. 1. de cōsti. nu. 41. post Innocētiū in. c. ficut dignū, de homici. tenet quòd non teneatur re sarcire, sed sufficere vt ageret pœniten tiam: in quo idem quoq; tenet ipse Feli nus in. d. c. ficut dignum. col. fi. Idem te nēt Ioānes de ana. & Abbas, Panormi. in. d. c. 1. de cōstitutionibus. col. 2. nu. 11. Abbas in. c. dilecti. col. 5. de arbitris. Ro manus in singulari. 107. facit, quòd no tat idem Panormit. in. c. significatū, per illum tex. de pœnitē. & remissionibus. Abbas in. c. si egressus, de iniuri. Areti. in. c. ficut. colū. 2. de testib. Abb. in. c. cū causam. de testib. colū. 8. Decius in. c. 1. lect. 2. nu. 10. de constit. Ias. in. §. sed iste. nume. 130. inst. de actī. Barb. in. c. 1. col. 1. de comod. Couarub. hanc dicit cōmu-

Cōscientiæ in foro an teneatur quis in terminis iustit. C. & ff. ad leg. aquil.

nē opi. lib. 4. decret. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 12. cōsuetus in fin. verb. pœna. & verb. fo rum consci. Alex. in. l. si mora. col. 6. ff. sol. matri. Contrariū tenent Abb. in. c. fi. de iniuri. Barb. in. c. Rainaldus. de te stam. col. 114. Sūma ang. verb. culpa. in fi. Adrianus. 4. sentent. in tract. de resti. c. vtrum in foro. Sed hac in re conside randum est cum agitur de restitutione facienda, non illud inspiciēdum esse an damnificator lucrum fecerit, sed an al teri damnum immerenti dederit cōtra illud præceptum iuris naturalis & diui ni, alterum nō lędere, vt in. l. iustitia. ff. de iust. & iure. &. §. iuris prę̄cepta, inst. eodē tit. Expressius in. l. 1. §. causa. ff. de ędili. edicto. Nam & si quod mihi rapui sti proieceris in mare, tam ad restitutio nem teneberis mihi, quàm si id tibi ser uasses. argu. dd. legum. Et cū lege aqui lia non teneatur nisi is qui damnum in iuria dedit. l. 2. 3. &. 4. ff. ad legem aquil. in prin. §. 1. &. 2. inst. eod. & is etiam qui culpa damnum dedit, cui etiam impe ritia connumeratur. §. præterea medi cus. &. §. itē si putator. inst. de lege aqui lia. l. si putator. l. idem iuris. ff. eodē tit. Sed & infirmitas culpæ annumeratur, cum quis dabat operam rei, quæ homi nem firmiorē exigebat. §. impetu. inst. de lege aquilia. d. l. idem iuris. in prin. & in. §. fi. inst. de obliga. quæ quasi ex deli cto nascuntur. Ergo cum quæritur an quis damnum dedit eo casu quo lege aquilia tenebatur, etiam in foro animæ reus sit, respondendū est vtique si dam num dolo dedit, vel culpa lata, vt. dd. ll. quod abnegat nullus, quòd si negligen tia aut infirmitate aut imperitia, & si quidem pluries aut pluries hoc fecit, ve luti si susceperat militiam humeris suis imparem tenebatur: argumento. d. §. item si putator. & d. §. præterea. cum si milibus supra alleg. facit illud Oratij. in arte Poetica. Quid humeri ferre valeāt 46 quid ferre recusent. Sic licet maritus se mel recipiat vxorem adulterā postquā pœnitētiā egerit, non tamē semper de bet recipere peccatricē. c. fi. vir. de adul. & monialis, quę semel a monasterio re cessit, & ab eo recepta rursus recedit.

Peccatū ge minatū gra uius puni tur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Recludẽda est.c.peruenit. 27.q.1. Itẽ factũ iteratũ semper magis punitur.c. itanos. 25.q.2.& nõ datur venia p̃ delicto amplius quã semel cõmissõ.l.nemo.C. de epi.aud.l.1.ff.de iur.pat. Item tyronibus semel deserentibus bellũ, quod prima vice parcitur illis,pro secunda vero vice,pœna cõpetenti afficiuntur. l. desertorem.§.si plures.ff.de re mili. Itẽ deterius contingit infirmo, cui infirmitas ex peccato prouenit, si sanitati restitutus amplius peccat.c.cùm infirmitas de pœni.& remissionibus. Item semel à ciuitate expulsus,iterum reuertens castigandus est,& vehementius expelli debet in auth.de quæsto.§.illud.col.6 Itẽ ex frequenti iuratione periurium sæpe cõtigit.c.etsi Christus de iur.iur.& suspectus de adulterio pluries deprehẽsus alloquens secreto cũ vxore,licitè à marito interficitur.§.pe.in auth.vt lic.ma. & auie. col.8.c. si quisque de cohabitatione cle.& mul.& qui post reconciliationem & abiurationem,iterum in hęresim deprehenduntur seculari iudicio puniendi tradũtur. c.ad abolendam de hæret.&.c.super eo,eo tit.lib.6.Item assiduè peccantium non miseretur Deus. c.diaconi. 93. dist. faciunt quæ diximus de geminatione.§. 3.nu.13.de suc. creat.

Geminatio nis vis.

47 Ergo in iudice non dubito, ac in reliquis similib.publicę rei ministris,quin ex culpa,& ex infirmitate, ex negligentia,aut ex imperitia teneãtur,quia cùm illius rei,seu muneris cui præsunt,peritiam publicè profiteantur,est & quid ipsis quasi temeritatis imputetur, & nihil est quod imputari possit illis qui hac publica fide ac professione decepti,dãnum passi fuerunt,vt dd.ll.probatur,& arg.l.1.§.sæpe euenit.ff. depositi iuncto §.præterea, inst.quib.mo. re. con. obligã licet regulariter depositarius de culpa non teneatur,tamen tenetur cùm vltro obtulit sese custodiẽdæ rei,ergo publicus officialis cũ sese obtulisse videatur,de culpa etiã tenebitur:& à primordio publicæ administrationis susceptę, quasi huic rei sese obtulisse videbitur, consensumq; huic obligationi prębuisse tacitum verum,licet iure ciuili talem diligentiã in rebus alienis non sufficiat adhibere,qualem in rebus quisque suis adhibere solitus est.§. item is cui,instit. quib.mo.re.contrahi.oblig.tamen in foro animæ (cùm non sumus in publicis officialibus)qui circa res alienas talem diligentiã adhibuit,qualem in suis adhibere solitus est,nõ tenebitur,& ita procedat cõmu.opi.s.relata, sicque limitabitur.d.§.item is cui , vt in foro tantum cõtentioso,non etiã in foro animę procedat:nam regulariter res sua cuiq; perire debet. i. in domini detrimentũ.l.si pignus.C.de pigno. act. & licet quoad Deum teneatur, qui perperam sese habuit quoad res meas,tamen quoad Deũ non potest videri perperã circa aliena se habuisse quis,cum eodẽ modo se circa sua habere solitus esset, nisi cum rebus suis abuti solitus esset,iuxta.l.sed et si lege.§.consuluit.ff.de pet.hær.

Ergo si in sylua tua ignem accendi, quo ipsa combusta fuit, siquidem cùm ignem accenderem,vehementer suspicatus fui syluam cõbustam iri, tenebor in foro conscientiæ, debueram enim præcauere & abstinere, quia scriptum est,qui amat periculum , peribit in illo. Quod si suspicatus non fui tale incendium euenturum, non tenebor in foro animæ:quod si occurreret mihi in mentem incendium inde posse oriri,tamen verisimiliter euenturum non putaueram:sed tantum potentialiter ignem illũ minimè facturus,si id mali inde profecturum opinatus fuissem , & tunc similiter non tenebor in foro animæ , licet in quibusdã ex his casibus i foro cõtentioso obnoxius foré,vt in.ll.s.allegatis,& superior cõmu.opi.secundũ hãc, & superiores distinctiones est vel tuenda, vel declinãda,quia in hoc interiore animę iudicio,vbi sola veritas ĩspicitur quisq; sibi esse debet iudex,& pars,& testis.Illud indistinctè tene quod in quib. casibus damnificator in animę iudicio tenetur, nunquã tenetur ad pœnã legalẽ pręstandã in animę foro,sed tantũ ad damni dati emẽdationem,quod potest essè vel pluris,vel minoris,vel etiam paris summæ cum pœna legali.

Ex

Testis qui falsum testimonium dedit, an teneatur ad damni emẽ dationẽ in foro animæ.

48 Ex superioribus infertur verum nõ esse quod tenuit Vincentius,quem refert Panor.ibi in. c. 1. de custo.eucha. s. testem qui falsum testimonium dixit ad restitutionẽ damni dati non teneri,sed tantum de mendacio & periurio in foro animę,licet in contentioso etiam de damno propterea dato teneretur,sicq; meritò improbatur per Felinum in.c.1. de cõsti.nu.42.Veritas est quod aut putabat se falsum dicere,& in vtroque foro tenetur ad restitutionem damni dati,aut putabat se verum dicere,& indubitanter non tenebitur in foro animæ, aut dubius erat de veritate eius quod asseruit,& similis est ei qui scienter mentitum testimonium dixit,argu.l.f.C.de condit.indeb. & quia ista in teste esset plusquam lata & intollerabilis culpa,vt sentit Innocẽtius in.d. c. sicut dignum. & Felinus nu.42.in.d.c.1.de constit.facit , quia & aduocatus qui scienter litibus iniustis patrocinatur, culpę reus est quoad Deum , & tenetur in foro conscientiæ ad emendationem damni dati,secundum eum,post Antonium in.c. ad aures de ætate & quali.ad prin.host. Ioannes Andr.Anto.in.c. calumniã de pœnis. Abbas in.c.1.col.3.de iuram.cal. Antonius Butri.in.c. tua nos de homici.vbi plenè per Felinum & alios , ergo multo magis testis tenebitur,qui penitius damnum liti intulisse videtur , & periurium præterea adhibuit.

Aduocatus qui patrocinatur causæ iniustæ, an teneatur in foro animæ ad emendationẽ damni.

49

Conscientiæ in foro an pœna debeatur.

50 In summa executores testamentorũ qui habent exonerare cõscientiam defuncti,non tenentur soluere pœnã ab eo incursam in foro animæ,ita Bal.in.l. id quod pauperibns.q.9.C.de episco.& cleri..idẽ Bal.in.l.quib.diebus.§. dominus.ff.de condi.& dem.Deniq; iura inducta ad vindictã non obligãt in foro cõscientiæ,vt tenet Anchar.in.c.si propter,de rescr.in.6.idẽ in.c.1.de cõst.lib. 6.sequitur Felinus in.c.1.de cõst.nu.43. Vnde si quis cecidit in pœnam legis , si quis in tantam.C. vnde vi illam in foro cõscientiæ præstare non tenetur, secũdũ eund.post Anto.de dolo & cõtu.in. c.1.col.3.arg.gl.d.c.fraternitas.12.q.2.

Conscientiæ in foro an teneamur legibus ad vindictam factis.

51

Conscientia in foro tutus est captus qui fugit ab hostibus cõtra doct.

52 Sed regula.d.gl.fallit in eo qui est captus in bello iusto, vt tenet glos. 1.in.c. ius gentium.1.disti. quã sequũtur doct. ibi secundum Felin.in.d.c.1.de cõst.nu. 46.quæ eam etiã sequitur & Abb. in.c. sicut de iureiu.qui omnes mihi non errare modo,sed etiã ineptire vidẽtur,etenim capta in bello, licet iure gentium capientiũ fiant.l.ex hoc iure.ff. de iusti. & iu.l.manumissiones,eod.tit.tamẽ homo captus ab hostibus, sicq; seruus eorũ factus , cùm primùm ab eorũ manibus effugere potuerit , rursus iure gentiũ liberatur, & pristinum statũ recuperat,ita probat tex.in.§.itẽ ea quę ex hostib.inst.de rerũ diuisi.&.§.si ab hostib. inst.quib.mo.ius patrię potest,soluitur. l.postliminiũ.ff.de capt.&.ff.de acq.rerũ dominio.l.naturalẽ,&.l.3. Quinimò huius serui liberatio longè iustior est, quàm fuerat ipsius acquisitio,arg.l.Arrianus.ff.de act.& oblig. Prętera nihil tã cõmutabile & migrabile est, quàm rerũ dominia,vt dictis legibus, & patet ad sensum,sicq; non sequitur,dominiũ serui quęsitũ hostibus fuit,ergo perpetuò manere debet, & lõgè minus sequitur,quòd in foro cõscientiæ permanere deberet,pręsertim cùm iura gentiliũ qui homines liberos seruos capiẽtium fieri induxerũt forũ cõscientię ignorarẽt:quinimò plerique eorũ vitã æternã ignorabãt, æternitatẽq; animarũ nunquã didicerãt,cũ corporibus animã quoque interire existimãtes,vti edocemur lib.de suc.crea.1.§.1.quomodo ergo credendi sunt leges tulisse ęternã vitã,quã ignorabãt, aut abnegabãt respicientes. Prętera seruitutes hominũ liberorum cõtra ius naturale permissæ sunt,ob vitãdã ipsorũ necẽ:nã antea capti à victoribus,illicò trucidabãtur.l. manumiss.ff. de iust.& iu.per totũ.inst.de iure perso. vnde si captus ab hostib.elapsus fit,sicq; cessat necis periculũ,lex mauult eũ liberũ esse,q̃ seruũ,ergo,&c.vt in.l.adigere §.q̃is.ff.d̃ iu.pa.l.cũ pa.§.dulcis.ff.d̃ le.2

Fugiẽs à carceribus in foro animæ non tenetur redire cõtra communẽ.

Infertur etiã ex superiorib.sulpectã esse op.Bar.qui in.l.relegati,nu.1.ff.depœnis,ait peccare mortaliter eũ,q cũ iustè captꝰ esset,carceres euasit fugiuꝰ,q̃ op. Bar.ait tenere theol.quã tenuit Ab. i.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.nu.3.de testibus cogendis, idem Abb. in.c.fi verò.1.ad fi.de iure.idem in.c.ficut.3.eod.tit.Ludo.Roman.in.l.stipulationes nõ diuidũtur, col.14.ff.de verb. oblig.Sed cùm tenuerimus pœnam, etiam ipso iure incursã posse subterfugere ligitimè etiã condemnatum, tutũq; manere etiam in foro animæ, idem & in pręparatorijs ad talem pœnam (qualis est incarceratio) lõgè facilius admittendũ est.Confirmatur ex his quę proximè diximus, de captiuo fugiente ab hostibus.

Pœna legalis statuta ad damni dati emendationẽ, nõ debetur in foro animæ contradict.

54 Quid autem si pœna pecuniaria pro membro truncato, seu debilitato sit statuta, an ea pœna debeatur in foro animæ, quasi loco restitutiõis succedat, debeaturque damnum passo, & Petrus de Anchar.in.c.possessor, de reg.iu. & Felin.vbi.s.nu.46.tenent quòd sic. Sed cũ vt diximus, pœna non debeatur in foro animæ, neque hoc etiã casu debebitur pœna à lege statuta, sed debebitur dãni dati, iusta & moderata emẽdatio, quępotest esse lõgè pluris, vel etiã lõgè minoris quã sit pœna ab statuto definita, & fortè erit æqualis æstimationis.

1 *Vxore sine viri licentia contrahente, non potest nouatio fieri super tali contractu.*
2 *Stipulatio de alteri dando, non parit obligationẽ naturalẽ cum effectu, cum multis contra communem.*
3 *L.55.tauri, cuius fauore facta videatur, dubia.q.*
4 *Intell.l.55.tauri, vt sit præter intentionẽ vulgaris interpretationis.*
5 *L.55.tauri.*
6 *Intelligentia perfectè desideratur, vbi cõsensus exigitur cum communi.*
7 *Intell.58.tauri.*
8 *Contractum facere vetitus sine interuentu, &c. an distractum facere possit, dubia.q.*
9 *Contractus appellatione, an distractus contineatur.*
10 *Iuramento minorum firmatur distractus cum communi.*
11 *Iuramento non firmatur contractus, aut distractus vxoris factus inscio marito, de iure regio.*
12 *Distractus & contractus parificantur, quoad solenni. cum communi.*
13 *Spoliatus per iudicem sine citatione, est sine citatione eius in quem temerè translata possessio fuit restituendus, cum communi.*
14 *Distractus continetur appellatione contractus, vbi est ead. ratio non aliter cum communi.*
15 *Gabella soluenda ex contractu, non extenditur ad distractum.*
16 *Gabella quæ Hispanè alcabala vocatur, debetur, cũ fit contractus census, non cùm resoluitur.*
17 *Gabellarum ex contractibus præstandarum, statuta dicuntur odiosa, suntq; restringenda cum communi.*
18 *Gabella ex contractibus soluenda, an debeantur ex donatione cum communi contra plures.*
19 *Gabella alcabalæ iure regio non debetur ex donatione.*
20 *Gabella alcabalæ quãdo debeatur ex distractu, vel ex contractu à quo contrahentes recesserunt.*
21 *Gabella quando debeatur ex cõtractu innominato.*
22 *Gabella an debeatur ex contractu fideiussionis.*
23 *Fideiussio non venit in statuto, vt ex contractibus sociorum socij teneantur contra nouiss.*
24 *Fide iubere vxor inscio marito non potest iure regio cum communi.*

Vxore sine viri licẽcia contrahente, nõ potest nouatio fieri super tali contractu.

1 REdeundo ad.d.l.tauri.55.diximus mulierem, quæ sine licentia mariti cõtraxit, nõ obligari ciuiliter, nec etiã naturaliter, neque tali contractui fide iussorẽ posse accedere, qua ratione nouè dicerem etiam super tali contractu nouationem fieri non posse, vt in.§.pręterea, inst.quib.mo.toll.obli. l.1.ff.de nouat.sicque licet pupillus sine authoritate tutoris contrahere vetitus sit, tamen si sine tutore contrahat, cùm non desinat, si doli capax sit, naturaliter obligari, vt in.d.l.1. apparet fortiorẽ esse prohibitionem, quę à lege nostra mulieri fit, ne sine licentia mariti contrahat, quàm quæ fit pupillo, ne sine tutoris interuentu contractum ineat, ratio fortè differentiæ, quia ibi agitur de solius pupilli contrahentis præiudicio, hîc autem non de præiudicio solius vxoris contrahentis, sed etiam de præiudicio mariti, cuius authoritas lædi tur ex irreuerentia vxoris se inscio cõtrahentis, vt superius diximus, argument.d.l.alia.§.eleganter. ff. sol.matrimonio. Item etiam ex tali contractu pupilli naturalis obligatio non orietur, si lex prohibitoria stetisset in terminis nudæ prohibitionis, siue per modum prohibitionis, siue etiam per modum dispositionis procederet, vt fusè disseruimus de succesio.creat. lib. 1. §. 4. numer. 16. & numer. 17. At in prohibitione pupilli.d.l.1.de nouat.processit

cessit vlterius, sic declarando & dispen 3 sando, ac temperando suam prohibitionem: at in prohibitione vxoris non sic processit vlterius, nec discẽsauit, aut tẽ perauit suã prohibitionẽ, disponẽdo vt contractus ab vxore sine licentia mariti factus, produceret obligationem saltẽ naturalẽ: nam si id ita disponeret, idẽ quoque iuris esset quod in pupillo est.

Stipulatio de alteridã do, non parit oblig. natu. cũ effectu cũ multis contra cõmunem.

2 Vnde si alteri dari stipulatus sim, licet ex tali stipulatione vti oriatur obligatio naturalis, cõmu.opi.sit, quã tenẽt gl.in.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb. oblig.verb.cõuenit, quam sequũtur ibi Bar.& Ale.nu.7.& Ias.nu.17.qui firmat cum.d.gl.omnes ibi indifferenter tenere sequitur.Angel.in.d.l. stipulatio.§. si quis insulã, vbi etiã ita tenent gl. & cõmuniter doct.Bar.in.l.si non sortem in pr.vbi etiam Ias.ff.de cond.indeb.idem Bar.in.l.1.ff.de nouati.idẽ in.l.cùm lex, & in.l.siquis pro eo in.6.membro. ff.de fideiussõ.Ang.in.d.§.siquis insulam.idẽ Ang.in.l.1.ff.de pact.sentit gl.in.c.quoties cordis.1.q.7. Anton.in.c. Si cautio de fide instr.Bal.in.l.illud.C.de sacr.eccles.Fortunius in.l.1.num.23.ff.de pact. And.Tira.post leges connub.gl.4.nu. 9.Corneus in auth.sacramenta puberũ. nu.58.C.si aduer.vendi.Abb.nu.31.in.c. cum contingat de iure.& ibi Alcia.nu. 221.sed licet ab hac opi. neminem declinare firmet Ias.in.d.nu.17.tamen errat, quia ex professo contrarium (vt etiam nat.oblig.non oriatur) defendunt Rapha.Cuma.& Paul.Castr. & sentit Ludo.Roman.in.d.§. alteri, vbi etiã Ang. idem Ang.in.l.ita stipulatus.§. Chrisogonus.ff.de verb.oblig.Bal.in.l.certi cõditio.§.quoniã.ff.si cert.pet.& alij quos refert Alex.in.d.§.alteri.nu.7.tamẽ nos semper tenuimus hanc opi. vt nat.obli. non oriatur ex stipulatione de alteri dãdo, vt fusius docemur de succ.crea. lib. 3.§.30.nu.28.cũ pl. seq. licet pro cõmu. op. faciat quòd pœna super tali stipulatione adiecta, nõ deberet tenere nisi ex tali stipulatione nat.obliga.nasceretur, cuius contrarium dicit in.d.§.alteri iun cta.l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig.sed vbi s. responsum dedimus

L. 55. tauri, cuius fauore facta videatur, dubia.q.

Rede ũdo ad.d.l.tauri.55. animaduertendum est eam legem, vt quibusdã videtur, ob vtilitatẽ tantũ mulierum latã esse. Ob fragilitatẽ enim sensus earum, quo magis rebus suis cõsulatur, inductũ esse aiunt, vt cõtractus inire inscio, aut in cõtra marito nequeat, sed demũ de licẽtia ipsius ita in simili consuetudine Franciæ viginti tradit Andr. Tira. post leges cõnu.gl.5.nu.26. qui huius rei nullã aliam rationẽ reddi posse firmat, sentit Bal. in simili. in.l.2. per illũ tex. C. de adop. idẽ Bal. in.l.2.q.9. C. de resci. vẽd. & quod in fauorẽ mulierũ ad supplendã earũ fragilitatẽ & imbecillitatem, id inductũ sit, tenent etiã Bar. Bal. Paulus Castr. in.l. transactionẽ. C. de transact. Bar. & alij in.l. qui exceptionẽ. ff. de cõ. indeb. Bal. in.l. pactũ dotali. q.12. C. de collat. idẽ in.l. 2. ad med. i. C. de adopti. idẽ in auth. sacramẽta pube. C. si aduersus vend. Bal. Areti. & Ale. in.l. qui in aliena. §. iussum. ff. de acq. her. Bal. Cuma. Imola & Alex. in.l.1.5. fuit quæsitũ. ff. ad Treb. Bal. in.c. cùm cõtingat, col.2. de iureiu. idẽ Bal. cõs. 407. præsuponẽdum. col.2. lib.2. & cõs.60. quædã soror. lib. 5. & cõs.394. statuto cõmunis Papię. li. 5. Paul. Cast. in.l.f.5. necessitatẽ. C. de bo. quæ lib. Ias. in.l.2.5. Voluntatẽ, col.2. ff. sol. matr. Decius cõs.502. ex duobus. col. 2. & cõs.503. col.2. vbi addit etiã propter mariti vtilitatẽ id fieri, tamen principaliter propter ipsius mulieris commoditatem, cum alijs quamplurimis congestis ab Andr. Tiraq. vbi.s. glo.6.num.37.

Contrariã tamẽ tenẽtiã, vt tale quid inductũ esse potissimũ videatur, ob fauorẽ maritorũ, tenẽt Bal. & Sali. in.l.1. C. vnde vir & vxor. Palaci. Rubi. in repe. rubr. de dona. inter virũ & vxorẽ. §. 68. col.1. qui allegat. Ang. idẽ tenẽtẽ cõ. 88. in fi. sequitur Barb. in.c. possessiones col.f. de reb. eccles. nõ alien. facit q; notat Ale. cõ. 29. nu.12. lib.3. Panor. in.c. cũ in veteri de elect. Ang. cõs.191. hoc capite, & in hanc partẽ inclinat And. Tir. sibi in hoc cõtrarius post leges connub. glo.6. nu.40. & .41. Nam licet Decius in consili. supra citatis & Palaci. Rubi. vbi supra, & Soci. 23. column. 4. lib. 4. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum quos.3.retulimus. Alij non pauci velint id inductum esse, partim fauore nuptarum, partim vero fauore maritorum, id quod verissimũ est, tamẽ negari nõ potest, quin potissima earũ cautarum sit fauor & vtilitas mariti, seu authoritas, neq; enim matrona nupta imbecillioris sensus est, quàm ea quę soluta est. Vnde cùm id in solutis cautũ nõ sit, in quib. eadẽ ratio fragilitatis est, superest, vt virorũ fauore potissimũ inductũ esse credatur, quinimò quo magis quisque egenus ac indignus est, eò magis à legislatoribus subuenitur. l. id ꝙ pauperibus. C. de episcop. & cleri. l. hac constitutissima. §. at cum humana. C. qui testa. facere pos. sed mulier innupta donec maritum inuenerit, indigentior est ea, quæ iam nupta est, sicq; vt magis ei subueniatur reipublicę interest, arg. l. 1. ff. sol. matr. vnde cum ipsis solutis statutũ & nostra. l. 55. tauri nõ prospiciat, sed nuptis tantũ, ob vtilitatẽ maritorum id fecisse videtur, vel si ob cõmu. vtriusq; vtili. potissimũ tamẽ ob mariti fauorẽ.

4 Denique pro nobis insignis text. in. l. alia. §. elegãter. ff. so. ma. secũdũ quod s. induximus, id quod licet nõ iustè in cõtrouersiã, inspecto iure cõmu. (vt nobis videtur) deducatur, tamẽ longè expeditius est de iure regio, quo nominatim cautũ est, posse maritũ vxori licentiã generalẽ dare ad omnes contractus ac distractus, inscio se, celebrãdos. l. tauri. 56. quam licentiã sic generaliter dare in terminis iuris cõmu. (i. illius regionis vbi tale statutum esset) maritus non posset nisi nominatim id cautũ esset, secundũ Tira. post leges connub. gl. 5. nu. 198. Cùm ergo sufficiat ea generalis licẽtia, sequitur eã nõ desiderari, ne vxores decipiãtur cũ sic inscijs, & incõsultis maritis possint quãplures facere cõtractus, inq; illis falli, lædi, ac decipi: ergo nostra lege. 55. tauri authoritati, ac reuerentiæ maritali potissimũ prospectũ fuit, arg. d. l. alia. §. elegãter. ff. sol. matri. sed quod etiã fragilitas mulierũ hac in re in cõsideratione sit, patet ex lege taurina. 59. vbi in absentia mariti peregrè agentis, si est periculũ in mora, iudex licentiã contrahẽdi præstare potest vxori, cũ causæ tamen cognitione, vt cõsulatur mulieris cõtrahẽtis vtilitati, ac nec cessitati, ergo & id quoque in cõsideratione est, licet principalior causa sit authoritas & reuerẽtia maritalis. In statutõ autẽ ne minor, aut mulier possint cõtrahere sine interuẽtu cõsanguineorũ, nõ dubitarim exigi eorũ interuentũ in singulis cõtractibus, nec sufficere generalẽ licentiã, vt ex And. Tira. vbi. 5. deduximus, quia ibi cessat ratio illa authoritatis & reuerentiæ maritalis.

Intell. l. 56. tauri, vt sit præter intẽtionem vulgaris interpr.

L. 59. tauri.

Intelligẽtia perfectè desideratur vbi cõsensus exigitur cũ communi.

6 Etenim generale est, vt cuius cõsensus authoritas, vel licẽtia in aliquo actu desideratur, is cõsensisse authoritatẽ aut licentiã præstitisse nõ intelligatur, nisi id quod agitur perfectè, cumq; omnibus suis qualitatibus intelligatur, idẽq; in ratihabitione Dinus in. c. ratũ. col. 1. de regu. iur. lib. 6. Florẽtinus cõl. 44. ꝙ ratificatio per. l. quo enim. §. Iulianus. ff. rẽ ratã haberi ibi certior factus. l. cùm testamentũ. l. nõ id circo. C. de iuris & facti ignor. gl. in. c. cõcertationi verb. sciuerit de appell. lib. 6. vbi Geminianus & Philippus Frãcus Romanus cõs. 343. ex proposito ad finẽ. Andr. Tira. de vtroq; retract. tit. 1. §. 36. gl. 2. verb. not. fier. l. in totum. ff. de reg. iur. per Bal. in. l. 1. col. 9. C. qui admitti. idem cõs. 375. certũ est ꝙ filia. col. 2. lib. 3. Laurẽ. Calca. cõs. 25. col. 13. Corsetus in suis sing. verb. minor. Iaf. in. l. 1. §. item acquirimus, col. 3. ff. de acq. pos. Ludouicus Roman. in. l. Sub specie col. 11. C. de postul. And. Tir. post leges cõnub. gl. 8. q. 22. Barb. in reper. rubr. C. qui admitti. q. 1. Socinus cõl. 92. in causa domini Anto. col. 9. lib. 3. l. Diẽ proferre. §. corã. ff. de arbitris. l. corã. ff. de verb. sig. vbi Alciatus. l. Hæredes palam. §. in testamentis. ff. de testamen. l. non multum. ff. de authorit. tutorum. l. si is ad quem. l. hæres institutus. ff. de acquiren. hæredit. l. si. §. sin autem nescius. C. de furtis. Vnde licet per. l. tauri. 58. cùm marituspossit cõtractũ se incõsulto ab vxore celebratũ ratificare, oporteret, inspecto iure cõmuni, vt pfectè intelligeret, quod ratificabat, at iure regio cõtrariũ obtinet, cùm per illam. l. generalis

7

Intell. l. 58. tauri.

lis ratihabitio sufficiat post contractus celebratos, quemadmodum generalis licentia sufficit ante initos contractus. l. 56. tauri.

Cõtractum facere vetitus sine interuentu, & an distractum facere possit, dubia. q.

8 Illud autẽ quæri potest, an stante. d. l. 55. tauri mulier possit inscio marito distractum facere, & receptior op. esse videtur vt non possit: ita tenent Bal. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret, col. 4. ff. de pact. idem Bal. in. d. l. si vnus. §. ꝙ in specie, co. si. Ia. in. d. §. pactus ne peteret. Bal. in rubri. C. de pact. Baldus in. l. pactum dotali. q. 21. & ibi Romanus. C. de collati. Romanus, in. l. de tutela. C. de in integrum restitu. idem in. l. mutui. ff. de acq. hære. §. 1. idem Romanus, consi. 280. & cons. 194. co. 1. Fulgosius, in. l. cõtra iuris. §. si filius. ff. de pact. Baldus nouellus in rep. rub. ff. de ver. obli. col. pe. Barba. in. l. 2. in pr. col. 9. eod. tit. Areti. in. l. 5. in pr. col. 4. ff. de ver. oblig. Ia. in. l. siue apud acta, co. 2. C. de trans. Alciatus, in. l. Labeo verb. actum. ff. de verb. sig. Ripa in rub. ff. de acq. hær. co. 2. Andr. Tiraq. qui plures refert post leges connub. glo. 5. in pr. quod intellige quãdo statutum erat, ne mulier posset facere contractum prout, in. l. 55. tauri continetur.

9 Contrariam partem tenet Angelus in. d. §. pactus ne peteret, num. 12. vbi ẽt Alex. idem Alex. in. l. more. ff. de acquirenda hęre. & alij quamplures quos refert ipse And. Tiraq. vbi. 5. nu. 4. distinguentes, vtrum mulier prohibita esset se obligare sine interuẽtu, &c. vt tunc etiam distractum facere nequeat, non sic si contrahere vetita esset, nam tunc distractum facere secũdum eos posset. Sed prior opi. verior est præsertim in specie nostra, cum nostra. l. 55. tauri nitatur duabus rationibus. s. in reuerentia maritali, & in vtilitate vxoris, & sane vtraq; ratio ęquè militat in distractu ac in contractu: parũ enim prodesset ꝙ cum interuentu mariti, vxor vtiliter contraheret, si illico eundem contractum auxilio mariti destituta, & forte decepta posset inconsulto viro infectum reddere ab eo contractu discedẽdo, per quod etiã obligaretur tẽere, vt

Contractus appellatione an distractus cõtineatur.

d. §. pactus ne peteret, maxime cum authoritas mariti lęsa eiq; debita reuerẽtia male seruata videatur, cum mulier inscio se miscuit sese alterius negotiationibus siue contrahendo siue distrahendo, et alterutra harum rationũ quę vigeret, sufficeret: quia quando lex nititur duabus rationibus altera etiã cessante in altera quæ salua, & integra manet, legis dispositio sustinetur. l. si non lux elia sentia. ff. de hæred. instit. §. affinitatis inst. de nupti. qua ratione etiam in minore, vel muliere sine interuentu consanguineorum contrahere vetitis idem respondendum est, cum eadẽ ratio. l. altera saltem ratio in distractu militer. s. ne decipiantur ac lędantur. Denique iure regio hæc res siue controuersia est per. d. l. 55. ibi nõ se pueda apartar ni desistit de ningun contracto, quæ verba indubitanter ad distractum pertinent: facit etiam quòd appellatio ne contractus sępe etiam distractus cõtinetur. glo. per tex. ibi, in. l. in omni. C. de omni agro deserto, lib. 11. gl. not. in l. 1. in pr. ff. de act. & oblig. in gl. mag. in fi. Bal. & Iacobi. à sancto Georgio, ĩ rubri. C. de pact. Bal. in. l. cõtractus. C. de fide instr. l. si maior. C. de dolo. l. de tutela. C. de in integ. resti. Vnde auth. sacramenta puberum. l. si aduersus vend.

Iuramento minoris firmati distractus cũ cõi.

10 loquens in contractu procedit etiam in distractu gl. sing. in. l. 3. §. cõtrarium. ff. de contrario iudi. tutelę. Areti. in. l. si quis cum aliter, col. 6. ff. de verb. oblig. sicque procedit etiam in renuntiationibus, & liberatiõibus Dinus, Bar. Bal. & alij in. d. §. contrarium Bal. in rub. extra de iureiur. & ibi Anto. Corse. in. 18. priulegio iuramenti, & hoc idem voluerunt, Bar. col. vlti. Bal. Ange. Salice. & omnes præter Cin. in. d. auth. sacramenta puberum, & ibi quòque Frãc. Curti. Senior in repet. cart. penu. nu. 42. & seq. & ibi quoq; Corne. etiam in repet. col. 8. num. 25. ipse Bal. & Iac. a S. Geor. qui & eam gl. dicit sing. in. d. rubri. C. de pactis. & idem Bal. in. l. pactũ quod dotali. i. 21. q. C. de collati. & in. d. §. item sacramenta. col. 3. versic. quæro nunquid ista authen. ritul. de pact. iura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tabellio dicetur iudex ordinarius, vnde de cõsensu partium possũt cognoscere vt iudices.

26 Tertio extendo,quòd etiam iurisdictio iudicum cartalariorũ (.i.notariorum, qui etiã sunt iudices ordinarij, ex natura officij, sunt tamen sine administratione,quia non reddũt ius inter homines)potest prorogari, & sic habent eam in habitu,nõ in actu, & ita vult gl. in.l.1.gl.pen.ff.de iudi.& sic vult illa gl. quòd possit prorogari in iurisdictione de habitu ad actum,& dicit ibi Paul.de Castro vlt.coll.quod est notandum, & quod semper allegatur,& dicit idem in simili teneri Innocen.in.c.prudentiam. de officio deleg.

Iurisdi. etiã simplex potest prorogari.

27 Quarto extendo,quòd potest prorogari,non solum iurisdictio illius qui habet plenã iurisd.puta cum imperio,sed etiã illius qui plenã nõ habet,puta simplicẽ iurisdictionẽ sine imperio, vt est videre in magistratibus municipalibus, hoc voluit gl.si benè intelligatur in.d.l. 1.ff.de iud.gl.pe.in fi.& ibi Pau.de Cast. vlt.coll.ante mediũ,idẽ tenet Innoc.in c.de causis,de offi.delega.

Iurisdi. quæ etiam caret tribunali, potest prorogari.

28 Quinto extendo,quod potest prorogari iurisdictio iudicis, nedũ illius qui tribunali præest, sed etiã illius qui non præest tribunali,vt in rectore scholariũ qui habet iurisdictionẽ ordinariã, sicut cęteri rectores vniuersitatũ.l.fi.C.de iurisd.omni.iudi. nã potest prorogari ad illos qui nõ sunt scholares,si se subijciãt iurisdictioni illius,ita probatur in.l.1.in fi.ff.de iudi.iuncta expositione Pauli,ibi & est indubitatum.

Iurisd.delegati potest prorogari.

29 Sexto extendo,quòd nondũ ordinarij,sed etiã delegati iudicis iurisdict. potest prorogari,ita vult gl.in.l.1.C.de iu. om.iud.& in.l.1.ff.de iudi. quod est verum de tẽpore ad tẽpus, vel de re ad rẽ, vel de loco ad locum,vt dixi.s. non autem de persona ad personam.C. p. & g. de offi.delega. &.s.posui rationem diuersitatis.

Iurisdi.etiã causarũ criminaliũ potest prorogari.

30 Septimo extendo,per gl.in.l.1.dẽ iud. gl.vlt.& in.l.1.C.de iu.om.iud.gl.vlt. & in.l.1.C.ad legẽ.Corn.de sica.& in.l.nõ valet.C.ad legẽ.falcid.de plag.& in.l.inter cõuenientes.ad municip.l. quod etiã causæ meri & mixti imperij, & sic causæ criminales possunt prorogari, quod intellige cum modificatione, de qua in dictis locis per tex. in.l.1. C. vbi de crimine agi oportet.

Iurisd.prorogata tenet solos consentientes.

31 Limita istam regulam, vt procedat solum inter consentientes,per. l.1. ff.de iudi.quasi dicat nõ inter alias personas, etiamsi sint necessarię ad illam causam, ex quo sequitur,quòd licet iudex acquirat iurisdictionem in illos qui in ipsum cõsenserint,& possit eos arctare ad cõparẽdum, ac si essent sibi subditi,& eos multare, si non comparent.l.1.ff. si quis ius dicen. non tamen acquirit iurisdictionem,in eos qui inducerentur in testes istius causæ, vt posset eos compellere ad testificandum. Item non posset cõpellere partem alicuius prorogantis vt consentiat filio agenti in iudicio,iuxta.l.fi.§.necessitatem,de bonisque libe. licet hoc sit necessarium, ita tenet Angelus notabi.in.l.1. ff. de iudi. per illum textum,& ibi Paulus in principio. Ego addo in simili glosam notabilem, & ibi Baldus in lege, omnes dies. C. de feris, quam vide in glosa vltima'. Item facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia,res inter alios acta,vt.C. res inter alios,per totum. Itē addo in simili, Bal. in.l.1.C.de iur.om.iud. in vers.3.quęro, & circa fi.col.4. Addo in simili, quod notat Abb.in.c.interposita,in pr.de appel.vltima coll.in prin. & posses confirmare per multa.

Iurisd.prorogari non potest in spiritualibus.

32 Secūdo pro limitatione dico, quòd in spiritualibus non habet locum prorogatio iurisdictionis, quantum ad potestatem absoluendi, vel exercendi, cum ista procedant à solo Deo,vt notat Archi.in.c.quoties cordis.1.q.7.Inno.in.c. de causis,de offi.delega.idē vult Pau.in

Iurisd. non prorogatur in præiudicium reipublicæ.

33 l.1.ad fi.ff.de iudi. Tertia limitatiō per c.si diligēti.&.c.significasti. de foro cōpeten.vbi latè videas.Quarto limito, q

34 iurisdictio potest prorogari.s.illa tantū quam iudex in quem prorogatur habet in suos subditos,alias secus,& ideo,si in ciuitate deputatus sit iudex super male

Iurisd.prorogatio debet esse eiusdem formæ & naturæ.

ficijs,non possent forenses in casu ciuili coram eo litigare.l.solemus.§.latrū culator.ff. de iudi. quia prorogatio debet fieri in his quæ sunt eiusdem naturæ & formæ.gl.in.c.hi qui autoritate.de pręben.lib.6.& ita tenet Cyn.& Bal.in.l.testaméta.C.de testam. & vide ibi aliquā do per modern. maximè per Ias. & per eum notabiliter,& ibi dixi in.l.si per errorem.de iuris omnium iudi.1. coll. cū prin.sequentis.Et prædictas extēsiones & limitationes nota,quia nullibi reperies eas cumulatas, sed proprio labore collegi. Quinto limito, nisi per statutū

Iurisd.prorogatio cessat si id caueatur statuto.

35 esset prohibita prorogatio, tale enim statutum bene valet,vt per Ang. in.l.2. §.sed si iudex,de iudi.& ibi Pau.post pr.

Iurisd.prorogatio cessat volente eo qui eam cōcessit.

36 per illum tex. Sexto limito per casum eiusdē.§.1. quando princeps prohibuit & idem si quicunque alius delegās, vt ibi per Bald.Hanc rem longiusculè aliquantulum egimus, quod tubtilibus animus fuit, res quoque serias, vsitatasque adiungere.

1 *Mandatum tibi reuera datum ignorans mea negotia gessisti,an sit actio mandati,& quid si scimus,licet tibi non nuntiauerint,dubia pugna.*
2 *Mandatum differt à reliquis contractibus.*
3 *Festinatio improbatur.*
4 *Mandatum admittit pœnitentiam.*

5 *Procurator quando videatur certus de domini voluntate.*
6 *Mandatum tibi datum ignorans negotia gessisti,an sit actio mandati,ingens pugna. Quid si scuit,sed nō à domino ingens similiter.q.*
7 *Procurator quod egit antequam dominus per se, aut per alium sibi notum fecisset,sine mandato actum videtur contra Bal.*
8 *Donatio absenti facta,licet ab eo acceptetur,non valet,si donans ei notum non fecerat.cum communi.*
9 *Litem meam sine mandato agere cœpisti,si postea dō tibi mandatum ad eam per.agendam,etiā ante gestum firmatur cum communi.*
10 *Procurator meus homo mihi ignotus esse potest cum communi.*
11 *Procurator an ab alio quàm à domino possit nominari.*

Mādatum tibi reuera datum ignorās mea negotia gessisti,an sit actio mandati, & quid si scuisti,licet tibi non nuntiauerim,dubia pugna.

Mandatum procuratoris antequam ad eius notitiā peruenerit, an vtile sit quæritur,veluti si tibi dedi mandatum ad litem,vel negotium agendū,& antequam ad tuam notitiam peruenisset casu, eam litē,vel negotium agere cœpisti, deinde id mandatum ad tuam notitiam peruenit, an gestum,antequam mandati notitiā haberes tenuerit,quæritur,& sunt qui velint nō valere, ita Bal.in.l.1.§.dari.ff.de procur,& ibi ben.va. eius additionator idē Bal.in.l.qui testam.dñi.ff.de testam. & ibi Aret.col.1.&.2.qui ter firmat hāc esse cōm.opi.& ibi ben. va.in additi.ad ipsum Are.sequitur & ait esse cōm.op. Corn.cōs.73.eleganter & diffusè. nu.8. lib.3.tenēt Imo.& Lancelotus,Decius, qui hanc dicit esse cōm.op.in.d.l.qui testam.dñi sentit Bar.in.l.multū interest. ff.de condi.& de monstr.Archid.& Ioannes Andræas.in.c. is qui de procurat. sentit Barto.in.l.si pupilli.§. item si procurator.ff.de nego.gestis.Bal. in.l.quæro. ff.de eo qui pro tutore sentit,Angelus in.l.2.ad finem.ff.de procurator.qui dicit idem tenuisse Ioannem Andręam in clem.1. eodem titu.est communis opinio secundum Curtium Iuniorem, cōs.63.nu.1.2. &.3.& ita tenetur,nō solū cōmuniter,sed etiā per oēs indifferēter in.d.c.is qui scdm Boer.deci.274.an valeat procuratorium,nu.1.Dinic.in. d.c. is qui.col.1.Spec.de procu.§.1. Bar.cōs. 73.an procurator,Are.cōl.68.col.2.Bal.

& Ia-

& Iacob.de sancto Georg.col.f.nu.19.in l.fallus.C.de furtis.idē Iacob.in.l.cū furiosus.nu.4.ff.de iud.Roma.singul. 67. nescio si magister,Ale.cōs.146.in causa nu.32 col.f.lib.5.Fulgo.Ale.& Ias.in.l.Iulia.ff.qui satisdare coga.qui omnes ferè volūt nō sufficere q procurator sciat se procuratorē cōstitutū fuisse,nisi præter ea per dñm ipsum, vel eius nūtium,vel epistolā hac de re fuerit certior factus, vel instrumentū mādati dñi ordinatione receperit,vt plenius reliquis p Cor. & Boer.vbi.s.& etiā per Aretin.vbi.s.

Contrariā tamen partē, vt licet gesta per procuratorē non valeāt,antequam ipse mādati notitiā habuerit,tamē post quā mādati notitiā habuit,valeār, licet à dño nondum fuerit certior factus per eius nuntium,vel epistolā, nec eius ordinatione procuratoriū,hoc est instrumēti mādati receperit, volūt plures relati p Are.col.1.&. 2.in.d.l. q testam.& per Alex.cōs.146.lib.5.col.f.& est com. op.scdm Curt.Iunio.cōs.63.nu.6.cū seq. & in singulari,Hippo.Marsilij,637. rota deci.145. in nouis sequitur & firmat ita seruari in practica,Boer.vbi.s.nu.2.

Mādatum differt à reliquis cōtractibus.

2 Quid dicēdū,& quidē cōtractus mādati non parū distat à reliquis cōtractibus,reliqui enim plerunq; fiunt ob mutuā vtriusq; cōtrahentiū vtilitatē, sicq; vnicuique eorū studio est, cōditionem suā meliorē facere, aduersarij vero non vtique.l.si voluntate. C.de rescind.vendi.& ideo quòd in eis ab initio est volūtatis ex post facto, est necessitatis. l. sicut ab initio. C.de act.& obliga.Suis. n. vtilitatibus quisque renuntiare potest. l.pe.C de pact.l.si quis in conscribēdo. C.de episcopis & cleri. alienis vero nō vtique,quia alteri per alterū non debet iniqua cōditio inferri.c.alteri.de reg.iuris,lib.6.l.id quod nostrū.ff.de reg.iur.l. iure naturę,eod.ti.l.nā hoc.ff.de cōd.indeb.sicque in reliquis cōtractib. nō est locus pœnitētię.d.l.sicut ab initio, nisi in cōtractib.nominatis, & tūc demū re integra.l.1.ff.de rerū permu.& ferè per totū.C.eod.l.1.&.l.3.ff.de cōd.cau. data l.naturalis.§.1.ff.de prēscr.verbis.Diuersum est in cōtractu mādati,quo de agimus, qui fit ad solius mādātis vtilitatē, 3 nō etiam mādatarij,vt in pri.&.§.1.inst. mād.ff.eod.l.1.adeo vt si solius mādatarij vtilitatē respiceret, iā mādatum esse desineret, consiliumq; fieret, ac in eius formā migraret,vt.d.§.1.cū seq. nec esset obligatorium vt ibi: sicq; is cōtractus mādati gratuitus esse debet, & necesse habet,aliter.n.trāsiret in aliā speciē cōtractus.§.f.inst.mād.sicque is cōtractus est totus benignitate,ac beneuolētia plenus,vt ibi merā mādatis vtilitatē respiciēs,à qua (vt nobis videt) is cōtractus omnino degeneraret,si receptior op.s. relata, quę habet mādatarū posse mādatū arripere, antequā à dño fuerit intimatū,recipiēda esset: quid enim si absēti mādaui,vt domū mihi emeret,& hac de re feci instrumētū cōscribi id ad mādatariū illico missurus,& nō misi, quia intellexi tale negotiū mihi cōmodū nō esse,sed incōmodū: quid si mādabā, vt litē inchoaret,vel inchoatā perageret, sed nō misi nuntiū,epistolā,aut scriptu. publicā,seu priuatā hac de re cōfectam, quia mox intellexi isthæc omnia mihi minimè expedire,sed obesse, in his enī specieb.& similibus, si illi absēti iniussu meo liceret talē rē aggredi,mihi inscio aut inuito damnū inferret cōtra naturā mādati,sicq; is cōtractus ob mādātis tātum vtilitatē inuētus inciperet sibi esse dānosū cōtra præceptū in simili.l. ex facto,in pr.ff.de vulgari,dū ait, sicque beneficiū principis inciperet esse dānosū: nā & generaliter īducta ad vnū effectū nō debent operari contrariū effectum. l. legata inutiliter. ff. de legat. 1.l.legata inutiliter.ff. de adim.lega.Deniq; mandatū dicit quasi manudatū, sicq; vltro dari,nō autē veluti inuito,& renitēti arripi oportet,q esse videretur si simulac volui anteq ipsemet tibi volūtatē meā notā facerē,tu vltro eā,vel eius occasio nē veluti arripiēs velles inscio me executioni mādare, esset enim nimia & pnibilis festinatio, ac quodāmodo cōtra bonos mores,vt in simili ait,nō inelegāter iure cōsultus in.l.quidam in iure.§.f. cum lege seq.ff. de donat.nā & ideo dictū est iussū,seu mādat.debere pcedere

Festinatio improbatur.

nõ etiã subsequi.l.siqs mihi bona.§.iussũ.ff.d acq.hęr.q̃si iniussu patris hæreditatẽ adijsse videat,q̃ vltrò ante pr̃is iussũ acceptũ hęreditatẽ adiret,licet pr̃i a nim⁹ esset eã hęreditatẽ adiri iubere, vt ibi ergo in specie nr̃a,qui volũtatis meę nõ p̃ me,vel meũ nũtiũ,vel epistolã,sed aliunde certior factus eã expleuit,id ad summum firmare poterit se id me non inuito fecisse, sed me mandante fecisse, verũ non vnquã erit. In summa licet in reliquis cõtractibus nominatis pœnitere nõ liceat.d.l.sicut ab initio,tamen in hoc cõtractu mãdati pœnitere licet re integra,nõ solũ ex parte mãdãtis,vt in.§.rectè quoq;,inst.mãd.q̃ indubitatum erat, quia quisque potest cõmodis suis renũtiare.d.l.pe.C.de pact.l. sed etsi lege.§.cõsuluit.ff.de pet.hęr.sed etiam ex parte ipsius mãdatarij,etiã postquã mãdatũ suscepit,vt in.§.pe.inst.mãd.cuius verba:mandatũ nõ suscipere cuilibet liberũ est, susceptũ autẽ cõsumandũ est, aut quamprimũ renuntiandũ, vt per se dñs, vel per aliũ id negotiũ cõmodè expedire possit. Humanũ.n.visum fuit,vt saluis adhuc vtrinq; rebus in hoc cõtractu pœnitere liceret,etiã mãdatario,ne sua beneuolẽtia,suaq; opera gratis pollicita,sibi onerosa esse inciperet, cum potuit nouũ impedimentũ sibi occurrere ad illã rẽ pactã,& à se susceptã, & fortè etiã optatã,nõ peragendã,ideoq;statutũ est hac in re mãdati actionẽ non esse ob mandatũ desertũ,aut remissum,nisi quatenus interest mãdãtis.l.si procuratoré.§.mãdati.ff.mãdati.vnde cũ in specie proposita res integra & salua sit mãdãti,nihilque eius interfit,mãdati actio nõ est:nihil autẽ interesse intelligendũ est quãdo deterior cõditio mandãtis facta nõ est per acceptationẽ mãdati,quã mãdatarius fecerat:nã si alius eo tẽpore susceptur⁹ erat mandatũ,qui illud cõmodè expleret, & per interuẽtũ istius, qui id in se suscepit, res deterior facta est,tunc mãdati actio esset, sed si etiam eo tẽpore nullus alius susceptur⁹ fuisset,tunc mandati actio cessat, vt. dd. ll. modo sic mihi si mandanti pœnitere liberum est.d.§.rectè.Non videtur ferẽ-

Mãdatum admittit pœnitentiam. 4

5

dus qui talem libertatẽ arrepto veluti mandato mihi ademerit. Hoc amplius si pœnitere mihi licet,etiã postquã dedi tibi mandatũ,& tu illud suscepisti,vt d.§.rectè, quanto magis antequã mandatum dare,vt in̄ specie nostra.Dare enim non videor,cùm tecũ nullũ adhuc negotium gesserim,argu.l.absenti.ff.de dona.l.qui absenti.ff.de acq.posse.ergo tu non es ferendus qui talẽ libertatem mihi ademptã mandato veluti arrepto & furato, non vltrò oblato volueris. Pro nobis.l.1.ff.de procuratoribus, vbi procuratorius contractus per nuntium demum,vel per epistolã fieri potest, & licet non negemus quin & per aliũ simi lem modũ fieri poterit, quasi illa verba per nuntiũ,vel per epistolã,quasi exempli gratia apposita videãtur, tamẽ negari similiter nõ potest, quin oporteat vt ille modus sit similis . Similis autẽ tunc demum erit, cùm & procurator de dñi voluntate certior factus fuerit,& ipsius dñi ordinatione certior factus sit, tunc enim datum,seu oblatũ à dño mandatũ & ab eo susceptũ videretur,aliter enim non tam à dño acceptũ,quàm ei arreptum id mãdatum videretur. Ad idẽ.l.1. ff.mãdati.secundũ eand.induct. Facit etiã.l.cõsensu.in pr.ff.de act.& oblig. & in pr.inst.de oblig.ex cõsensu.vbi idem generale est in omnib.cõtractibus, qui cõsensu cõtrahuntur,puta in emptionibus,venditionibus,locationibus,cõductionibus,societatibus,& mãdatis,& in d.l.cõsensu,& in.d.pr.inst.de obliga.ex cõsensu est dictio veluti quę manifestũ facit quòd dñs procuratori,vel mãdatario id notũ facere potest, nõ solum per nuntiũ vel epistolã,sed etiã per aliũ quẽcunq;modũ,vt tamẽ dñs omnino notũ faciat,vel alius de volũt.ipsius,quasi antea eius voluntas nõ satis rata,firma,ac deliberata videat̃,p̃ nobis.l.quęro.ff.de eo q̃ p̃ tutore negotia gesit, vbi q̃ reuera tutor erat,licet tutoré se esse ignoraret,pupilli negotia gesit, & ait.l.tutelę actione nõ teneri,quasi tutelę actio nõ sit, quãdiu se tutorẽ ignoraret,sic ergo & hic mãdati actio nõ erit, quãdiu ipse mãdatarius mãdati ignarus sit. Ad idem.

Procurator quando videatur certus de domini voluntate.

dem.l.2.ff.de procur.vbi si absenti quid mandatur,mandatum esse non videtur, donec mandatarius ratum habuerit:nã vt sit cõtractus , oportet vt sit duorum pluriumue in idem placitum & cõsensum.l.1.ff.de pact.iuncta.l.labeo.§. contractũ.ff.de verb.sig.ergo duorũ placitũ non erit,donec mandatarius ille absens & ignorans ratũ habeat.Pro nobis c.is qui de procura.lib.6.verb.ante mandatum subsecutũ.Pro nobis.c.super eo. 2.de appella.Pro nobis.l.Iulianus.ff.qui satisdare cog. Pro nobis.l.3.§.1.& in pr. ff.rem ratam haberi. Tene ergo cum cõmu.op.cõtra Dinum & sequaces, quos referunt Imol.& Areti.in.d.l.qui testamento domini.ff.de testam.quòd in ijs quę per procuratorem,vel mandatarũ antequã mandati notitiã haberent,calu gesta sunt,non est mandati actio: facit vltra.s.allegata.l.2.cũ materia. ff.d cõd. & dem.Deinde tene, quòd etiam postquã procurator,vel mandatarius mandati notitiã habere cœperunt, & domini negotium egerunt:cessat mandati actio,siquidẽ dominus perse,vel per aliũ id eis notũ non fecit,id quod mihi non solũ verius, sed etiã receptius videtur, licet sint qui velint contrariã partem æquè receptã , vel etiã receptiorem esse. Pro nobis etiam facit tex.in.l.honores. §.f.ff.de decuri.& in.l.siquis mihi bona. §.iussum.ff.de acq.hær.in.l.2.ff. de pact. Clem.1.§.verum,vbi Cardi. Floren.de hæreti.l.1.ad finem.ff. de cõtrahẽ.emp. l.obseruare.§.f.de offi.procon.& vi.sue per And.Tir.post leges cõnub.gl.6.nu. 21.cum seq. Ad hanc conclusionẽ tradit tres limitationes Ale.cõs.146. col.f. nu.33.cum seq.lib.5.aliã limi.tradit Are. in.d.l.qui testam.domini,col.1.in fin.& alias limitationes tradit Iacobin.de sancto Georg.in.l.cum falsus.ff.de iudi.plenè per Alex.Aret.& Iaso.in.d.§.iussum.

Mãdatum tibi datum ignorãs negotia gessisti,an sit actio mandati,inge spugna: quid si sciuit,sed nõ à domino,ingens similiter.q. 6

Ex superioribus etiam apparet errare Bal.in.l.1.in pr.nu.3.ff.de procura.dũ ait tenere factũ à mandatario, antequã sibi dominus per se,vel per aliũ,id mãdatũ notũ fecisset:nã imo antea,nec mandatũ quidẽ videtur:neq; adrẽ pertinet quod ratihabitio firmet ante gestũ,etiã si reuera nullũ mandatũ præcesserat.c. ratihabitionẽ de reg.iu.lib.6. nã resp.q̃ & in spec.nr̃a, si dñi ratiha.secuta esset, etiã gestũ ante mandatũ à dño intimari iussum firmaretur , sed & gestũ ante mandatũ à dño cogitatũ nedũ datũ. Verũ nos loquimur quãdo ratihabitio dñi nõ apparet,tũc.n.gestũ post mandatũ à dño ordinatũ, antequã illud per se,vel per alium notũ faceret,p̃curatori,nõ valet,nõ magis q̃ si nullũ mãd.interfuisset. 7

Procurator quod egit antequã dominus per se,aut per alium sibi notum fecisset sine mandato,actum videtur cõtra Bal.

Hinc vtiliter infertur,quòd si absenti quid donaui , licet talẽ donationẽ iura dicãt valere,l.absenti.ff.de donat.tamẽ intelligitur dũmodo donãs donatario id notũ fecerit per se,vel per alium,nec sufficeret , vt donatarius aliunde huius rei notitiã haberet,etiãsi eã acceptaret, ita firmat esse cõm.op.Corn.cõs.73.elegãter.nu.7.lib.3.quę satis probatur exsuperiorib.In omnibus tamẽ his specieb. intelligo quòd si instrumentũ mandati ad manus peruenit procuratoris, p̃sumetur ex volũ.dñi ad eũ peruenisse,sic q; ab eo gestũ valebit,nisi p̃bet cõtrari. 8

Donatio absenti facta, licet ab eo acceptetur, non valet,si donãs ei notum non fecerat cum communi.

Denique dũ diximus.s.gestũ ante mandatũ nõ valere,sed pati quasdam limitationes,adde aliã singul.vt si post litẽ à te sine mãdato in ea cœptã, tibi mandatũ dedi ad talẽ litẽ prosequẽdã,nõ ignarus eorum quę iã gesseras,firmeturante gestũ,& postea gerẽdũ,ista est cõm.op. quã tenent per tex.ibi in.l.vbi Bal.Ang. Ale.Ias.& alij cõmuniter,vt ibi etiã per Paul.ff.qui satis.cog.Angel.in.l.licet de procur.Fulgos.in.d.l.Iulianus.Io.And. ad Specul.de procur.§.1.&.d.l.Iuli.non est alibi scdm Iaso.ibi nu.3. quod & firmãt Bal.& Ange.ibi videbatur contra, quia ratihabitio firmat præterita,mãdatũ verò respicit tãtũ futura.l.si verò nõ remunerãdi.§.si post creditã.vbi gl.no. scdm Ias.vbi s.sed in specie nr̃a tale mãdatũ propter ante gestorũ notitiã , quã dñs habebat,vim habere videtur,& mãdati,quoad futura,& ratihabitionis taciturnitatis quoad præterita,præsertim quia aliter quoad futura vix valere posset,scdm Ias.ibi vnde q̃ Paul.ibi firmat, nõ aliter ante gesta q̃ talis mãd.interuẽtũ ratificata videri , q̃ si dñs eorũ notitiã haberet, 9

Litem meã sine mandato agere cœpisti, si postea do tibi mãdatum ad eam per agendã, etiã antegestum firmatur cum cõmuni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verisimum esse patet ex nostris fundamentis.s.relatis,licet Ias.ibid.impugnare tentauerit.

Procurator meus homo mihi ignotus esse potest cum cõmuni.

10 Illud autem non est prætermittendũ si in procuratorio,seu instrumento mãdati, nomen procuratoris nominatim non sit descriptũ,sed albũ relictũ(prout moris est)vbi tale nomẽ describatur, dominus tamẽ cõstituẽs notũ minimè haberet hominem illũ, qui postea descriptus esset, an mandatũ tale valeret, & legitimus procurator ille videretur: qua in re cõis.op.esse videtur, vt legitimus videatur,vt plenè tradit Nicol.Boerius dec.274.an valeat procuratoriũ per totã.Ale.cõ.26.nu.10.lib.6.idẽ Ale.cõs.32.nu.7.eod.lib.idẽ Alex.cõs.78.& cõs.101.lib.5.prout refert Boerius vbi.s Corn.cõs.72.in hac consult.col.1.in pr. Bar.& Bal.per illũ tex.quem millies ad hanc rẽ te allegasse Bar.ait in.l.1.C.creditorẽ euict.pig. non debere Bar.cons. 90.dilecto.Dominic.& alij in. c. 15. qui de procur.lib.6.Multi tamen tenẽt contrariũ,quos refert Boer. vbi.s. pro quibus facit.l.3.&.l.1.&.2.ff. de procurato. & de iure regio videtur tex.latis expressus in.l.13.tit.5.par. 3.ibi que diga senala damente quien es aquel que quiere hazer su personero.& in.l.14.eod.titu. ibi deber ser escrito el nome de aquel que face el personero, y el nome de aquel a quien otorga la personeria,quorũ verborum sensus est,nomen procuratoris nuncupatim exprimi debere in mandato. Pro cõmu.tamẽ op.quã Boer.vbi.s. vsibus forensib. receptissimã esse ait,vt nomẽ procuratoris exprimi non sit necesse,multũ facit quod ipse procurator si habuit mandatũ substituẽdi,potest alterũ dño ignotũ substituere: quinimò sic plerunq; fieri experti sumus:qua ratione videtur quod valeat talis cõstitutio procuratoris,nẽpe constituo procuratorẽ eum,quem Titius nominauerit, nam nominatus à Titio, ab ipso domino datus videbitur,arg.l. vnũ ex fam.§. si de falcidia.ff.de lega.2. & similiter ꝙ valeat,quãdo cõstituo procuratorẽ incertũ de certis.d.l.vnũ ex fam.per totã §.in certis,cum ibi not.inst.de lega.l.cognatis,cũ ibi traditis per doct.ff.de reb. dubi.ad.l.3.ff.de procura.& ad.d.l.13.& d.l.14.Resp̃õde quod loquuntur exemplariter,exẽpla verò non arctant regulã.Denique considera quod si fiduciam fortè habebã reposit̃am in quodã tabellione,mihi notũ & valde amicum volebãq; procuratorẽ ad negotia,vel litẽcõstituere,nõ tamen vllũ virum notũ habebã,cui ea cõmitterem, ideoq; illi tabellioni cõfidere volui electionẽ illius hominis, qui mihi procũrator futurus esset,ficq; ab eod.tabellione cõscribi feci scripturã solennẽ mãdati, seu (vt more nostrorũ loquar) procuratorij,in qua nomen illius procuratoris futuri descriptũ non fuit prætentialiter, sed albũ relictum,in quo postea,vel ab ipsomet tabellione,vel à me describeretur:tunc q postea ibi descriptus fuerit, meus procurator erit,dummodo vel à me describeretur,vel ab ipso tabellione, cui expressim,vel tacitè cõmisi, vel ab alio etiam quocunque,cui id tacitè,vel expressim mandassem. Non sic si ibi descriptus esset ab alio,cui ego minimè mandauerã: nam is solus potest videri meus procurator,qui per me, vel per aliũ de voluntate mea nominatus fuerit.l.1.2. &. 3. ff. de procur.&.dd.ll.partitarũ, de quib.s. facit.l.hæredes palã.§. sed si notã. ff. de testam.l.1.ff.de lib.& posthu.l.illa institutio.ff.de hær.instit.l. si ita scripsero. ff. de cõd.& dem.& illa cõm.opi.quæ habet:quodsi dixi eũ hæredẽ, facio qui in quadã schedula, quę est apud guardianũ diui Frãcisci descriptus est,valet institutio,vt per Ias.in.l. vbi autẽ. §. illud. ff.de verbo.ob. diximus de succ.crea.§. 17.nu.53.

Procurator an ab alio quàm à domino possit nominari.

11

1 *Procurator vt exhibeat mandatum,iudex ex officio cogere potest,& est ingens pugna.*

2 *Lites breuiari interest reipublicæ etiam principaliter adeo,vt ab hoc non recedatur ex partium consensu cum communi.*

3 *Procurator etiam cum cautione de rato non admittitur,si fatetur se non habere mandatum:quod si habeat,etiam sine cautione admittitur,si dubitetur,admittitur,sed cum cautione.*

4 *Procuratorem post litem cõtestatam falsum dicebãt, an probare teneat,dubia pugna.*

5 *Iudex delegatus coram quo cœpi litigare,quasi corã delegato constituitur in quasi possessione iudicis delegati,adeo vt si postea pœnitens dicam eum non esse iudicem delegatum,mihi incumbat onus probandi.*

6 *Mandatum an per scripturam tantum, non etiã testibus possit probari,ingens pugna.*

7 *Scriptura necessaria non est nisi in casibus à iure expressis.*

8 *Procurator vt constituatur.*

9 *Procuratoris mandatum non probatur nisi testibus omni exceptione maioribus.*

10 *Procuratoris mandatum interdum non probatur testibus.*

11 *Temporis diuturnitas non facit mandatum præsumi cum communi.*

12 *Mandatum ad lites generale non comprehendit futuras,quando mandans nullam litem tunc habebat cum communi.*

13 *Mandatum ad lites, si aliqua lis tunc erat,ad futuras extenditur,anceps.q.*

1 *Procuratorem vt exhibeat mandatũ iudex ex officio cogere potest, & estingẽs pugna.*

IVdex ex officio suo etiam parte non petente,an possit cõpellere procuratorẽ ad exhibendum mandatũ, dubiũ est, vel ad cauẽdum de rato, ne iudiciũ reddatur frustratoriũ,& sunt tres opi.Prima op. est negatiua,vt nequeat id facere iudex ex officio, quã op. tenet Io.Im.in.l.inter quos §.alieno. per tex.ibi.ff.de dãno infecto, idẽ Imo.in.c. cùm in iure peritus de of. delegati.Feli.in.c.causam quæ.nu.1.co. 1.&.2.de iudi.vbi firmat hanc esse cõm. opi.cõtra gl.quæ contrariũ tenuit in. l. c.1.in pr.verb. absentia in fine de electi. lib.6.sentit Bar.in.d.l.inter quos.§.alieno.sentit Abb.in.d.c.causam quæ de iudicijs,vbi idẽ sentit Ioa.And.idẽ Sali.in l.licet.C.de procur.& in hanc partẽ inclinat Alex.nu.7.in.d.l.licet.C.de procur.sub quadam tamen distinctione.

2 Contrariam partẽ,vt iudex possit ex officio etiam parte non petẽte cogere procuratorem, vt ostendat mandatum sufficiens,vel præstet cautionẽ de rato, vel eum iudex repellat à iudicij limine, tenet gl.in.c.1.de elect.lib.6.in verb.absentia,in.f.quæ singul.est scdm Ale.nu. 6.in.d.l.licet,& aurea scdm Ant. in.c.cũ in.de cõst.Bal.in auth. offeratur de litis cõt.C.tenet.Ang.in.d.§.alieno. Bal. in. l.vn.C.vt quę desunt aduocatis. Bal.in. l.executionẽ.C.de probationibus sequitur,& dicit esse cũmu.op.cũ.d.gl. Dec. in.d.c.causam quæ.tenet Abb.in.c.1.de accus.Card.in.c.dilecti de iud.Bal.in.l. 1.ff.de edẽdo.idẽ in.l.exigẽdi.C.de procu.Rom.in.d.§.si alieno.idẽ in.l.1.ff.de arbitris.Ang.in.l.põponius.§. ratihabitio.ff.de procur.Barb.in.d.c.cũ in.Paul. Cast.in.d.§.si alieno.Dominicus in.d.c. causam quæ. Abb.in.c.ecclesia.1.vt lite pend.Idẽ Ab.in. c.1.& in.c.nulli de app. Roma.cõs.67.nu.5.Ripa in.l.4.§.hoc autẽ iudiciũ.nu.49.ff.de dãno infect.Iacobinus de sctõ Georgio in.d.l.licet.nu.9.

Tertia fuit op.Alex.in.d.l.licet. nu.7. C.de procur.vbi distinguit,dicẽs,quòd in quib.casibus procurator teneretur,si mandatũ non habuisset, aut dñs ratum non habuisset,in illis iudex ex offi.non potest eum cõpellere mandatũ exhibere,aut cautionẽ de rato prẽstare,quia iã iudiciũ non redderetur eluforiũ,sed in quib.casibus talis procurator nõ tenetur,in illis admittẽdus nõ est, nisi prẽsti ta cautione de rato, vel ostẽso mãdato, ne iudiciũ eluforiũ reddatur. Quid dicendũ & quidẽ.2.op. quę habet vt possit cõpellere procuratorẽ iudex, vti ostẽdat mandatũ,vel cautionẽ præstet ḡ rato,idq; etiã ex offi. & aliter eũ expellat à limine iudicij verior est, primùm quia litibus,prẽsertim ociosis & superfluis obuiare interest reipu.etiã principaliter.c.finẽ litib.de dolo & cõtu.Bar. & Ale.per tex.ibi in.l.Seyus & Augeri. ff.ad leg.falci.l.siquis ingenuã.§. in ciui lib.ff.de capt.tex.in pr.& in.§.f.in proœmio.C.l.properandũ,in fi.pr.C.de iud. dixi plenè in lib.1.de suc.cre.§. 7. nu.39. cũ seq.vbi resoluimus reipub.etiã principaliter scdm cõm.op.interesse,vt lites breuiẽtur,litibusq; ociosis vt obuia fiat, & huic rei ex cõsensu etiã vtriusq; partis aduersari nõ possẽ, etiãsi is cõsensus iuratus fuisset:vnde cũ in his quę reipu. vtilitatẽ prĩcipaliter respiciũt, possit iudex,& etiã debeat ex offi. procedere. l. cõgruit.ff.de of.præfi.superest vt in specie nr̃a nõ solũ iudex possit, vt vult cõ. op.s.relata,sed etiã debeat ex offi.curare etiã parte nõ petente, vt procurator vel ostẽdat mandatũ, vel cautionẽ prę-

Lites breuiari interest reipublicæ etiam principaliter,adeo vt ab hoc non recedatur ex partium cõsensu cũ cõmuni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtet. de rato. Facit nam is cuius nō interest regulariter, non admittitur ad agendum. l. ex cōuentione. C. de pact. l. 1. C. ſine cenſu vel reliquis. Nec dubium eſt quin nihil interſit procuratoris agere nomine illius, cuius mandatum non habet. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. obliga. §. alteri. &. §. ſi quis alium inſti. de inutil. ſtip. ergo is procurator admittendus non eſt. Neque ad rem pertinet l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto, vbi habetur iudicem ſuam curam, aut authoritatem interponere nō debere ad priuatam vtilitatem. Nam negamus hac in re agi de priuata tantum vtilitate. Quinimò etiam de vtilitate publica agitur, idque potiſsimum & principaliter, ergo iudex ex officio non ſolum poteſt, ſed etiam debet ſe interponere pro nobis. d. c. cauſamque de iudici. ibi ne lis ſopita valeat ſuſcitari, ſed in ſpecie noſtra, hæc lis finita non perimeret negocium. Siquidem procurator mandatum non habuit: aliter enim lites ex litibus orirentur contra d. c. finem litibus de dolo & contum. & contra. d. l. properandum, in princip. & per totam. C. de iudici. & contra. l. 1. §. ſi hæres percepto. ff. ad Treb. ibi dirimit multas quæſtiones. Pro nobis text. iuncta ſua gloſ. in. l. 1. C. de procura. vbi procurator, ſi conſtat quod non habet mandatum, non admittitur ad agendū etiam cum cautione de rato, vel quia eius non intereſt, iuxta. d. l. ex conuentione, vel quia domino non poſſet nocere l. neque filius. C. de rebus cred. ergo nec prodeſſe, vt in. l. nō debet. ff. de iure. per totum. C. res inter alios actas. Quod ſi is procurator dubitetur an habeat mandatum, tunc non aliter admittitur, quā ſi præbeat cautionem de rato, vt per gl. & communiter doct. in. d. l. 1. C. de procur. ergo in ſpecie noſtra, aut certum erat illum procuratorem habere mandatum, & eſt admittendus, ceſſatque quæſtio noſtra, aut certum erat non habere mandatum, & minimè admittendus eſt etiam cum cautione de rato, aut dubitatur, & tunc demū cum cautione de rato admittēdus eſt, & non aliter. Pro nobis, quia nemo inuitus agere, aut accuſare compellitur. l. vn. C. vt nemo inuitus agere, aut accuſare cogatur. In dubio autem quiſque nolle præſumitur. l. qui vas. ff. de furtis, ergo qui nomine alieno ſine ipſius mandato agit, eū quaſi inuitū coegiſſe agere videretur, quod eſſet cōtra. d. l. vn. Quod ſi dubitetur de mandato illius, idē erit, niſi præſtet cautionem de rato, quia dubietas regulariter merę ignorantiæ exequatur, vel ſaltem aſsimilatur. l. f. C. de condi. indebiti. Pro nobis text. in. c. innotuit, de electione, vbi iudex ex officio repulit falſum procuratorem, & falſum, & nullū, aſsimilantur. l. 2. C. de edicto diui Adri. toll. Faciunt etiam pro hac parte multa, quę congerit Felinus in. d. c. cauſam quę in princi. Neque ad rem pertinet, quod etiamſi iudicium ageretur cum procuratore nullo, aut falſo, vel mandatum non habente, adhuc iudiciū non eſſet eluſorium, quia valeret in præiudicium ipſius procuratoris. l. Plautius. ff. de procura. Nam non ſemper contra ipſum procuratorem mandatum nō habentem, fieri executionem fas eſt, vt ibi notatur. Et præterea ipſe procurator non ſemper, imò raro idoneus eſt, vt contra eum fiat executio, ſecundū Decium, in. d. c. cauſam, quæ de iudi. in pri. Quinimò & longe elegantius aduertendum eſt, quòd ſæpe cùm actus à lege vetitus contra eius prohibitionem fit, is actus licet quoad alia pro infecto habeatur, & admittendus minimè ſit, tamen in præiudicium eius, qui legis tranſgreſſor extitit, valere non deſinit, hoc eſt pro facto habetur, non pro infecto, vt ſic legis ille tranſgreſſor puniatur: ita probatur in pacto de hæreditate viuentis, nam licet à lege vetitum ſit, etſi fiat contra legis interdictum, nō valeat. l. f. C. de pact. l. pactum quod dotali, &. l. 1. eodem tit. l. pactum dotali. C. de collati. l. hæreditas. C. de pact. conuent. l. nec nos. C. de capti. l. de fidei commiſſo. C. de tranſactionib. tamen quoad punitionem paciſcentis, & legem tranſgredientis, pro infecto non habetur. Quinimò punitur, vt in. l. 2. §

Procurator etiam cum cautione de rato non admittitur, ſi fatetur ſe non habere mandatū: quodſi habeat, etiam ſine cautione admittitur, ſi dubitetur, admittitur, ſed cū cautione. 3

2. §. f. ff. quib. vt indig. & in. l. quidam in iure. §. fi. ff. de donat. Sic ergo & in ſpecie noſtra cum vetitum ſit procuratorem in iudicio admitti ad agendū ſine mandato. d. l. 1. cū ibi plene notatis. C. de procura. licet procurator qui huius prȩcepti tranſgreſſor extiterit puniēdus ſit, vt. d. l. Plautius cum ibi notatis. C. de procur. tamen nō ideo magis valet, quod actum eſt, nonque ideo magis à iudice permittēdū aut diſsimulādum eſt, cum legis prouiſio nō tam, vt vt ille puniatur, quā vt malū euitetur fiat. Simile in vendente rem alienam. l. rem alienam. ff. de contrah. empt. iuncta. l. 1. ff. de cri. Stellio. Simile ī iudice q vendidit ſententiā quæ licet nulla ſit, ipſe tamē punitur, vt dixi infra. ca. 37.

Procuratorē poſt litē cōteſt. falſū dicebā an probare teneat, dubia pugna. 4

Deniq; dubium eſt ſi poſt litem conteſtatam alter litigantiū dicat alterius ꝓcuratorem fuiſſe falſum, vter eorū probare debeat, mouet quȩſtionemq; hęc negatiua, tu nō eſt ꝓcurator verus, videtur improbabilis, arg. l. actor. C. de ꝓbatio. vnde videtur onus probandi ad aduerſarium pertinere qui mandatum interfuiſſe facile probare poterit, & ita vt onus probandi nō ſpectet ad iſtum excipientem ſed ad ipſum procuratorē, qui falſus dicitur, vel ad eius dominū, tenēt Guido de Suza, Cinus, Frāc. Tigri. & Bar. in. d. l. licet. C. de procurat. Abbas. in. c. quam contra de proba. & ſentit ibi Innocentius. Contrariam tamen opinionem, vt ipſe excipiens teneatur falſitatem illius ꝓcuratoris probare, tenēt Bal. Sal. Fulgoſius, Paulus, Caſtren. Alex. nu. 5. Iacobinus à Sācto Georgio, nu. 7. & Iaſ. nu. 4. in. d. l. licet poſt gl. ibi verb. inueniatur, in pr. Imola, in. c. cū in iure peritus de officio delega. Antonius, in. c. cum in Ferrarienſis de conſti. & hæc eſt communis op. ſecundum Iacob. vbi ſupra, tenet gl. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. & ibi Angelus, gl. & communiter doct. in. c. 1. verb. abſentia de elect. lib. 6.

Quid dicendum, veritas eſt q̄ ante litem conteſtatam, & ante procuratorē ſemel admiſſum qui excipit ac negat eum eſſe procuratorem qui ſe procuratorē dictitabat, nihil tenetur probare, at poſtquā ille ſemel admiſſus fuit, & approbatum fuit ſemel mādatū. i. inſtrumentum mandati, tūc is qui diceret tale inſtrumentum fuiſſe falſum, vel eſſe reuocatum, iſthęc, vtpote in facto conſiſtētia, probare deberet iuxta. l. ſi emācipati. C. de collatio. ibi teq; emancipatum probatum fuerit. l. in bello. §. factę ſi. de capti, & vtrunq; membrum recte probatur, in. d. l. licet. C. de procu. & in l. 1. cum gl. C. eo. facit. l. 1. C. de procur. & l. 1. ff. de excep. Sed quid ſi neq; ante litem conteſtatā neq; poſtea apparuit de mandato procuratoris, ſed per incuriam tam iudicis quam partis aduerſæ admiſſus fuit, & poſt lit. conteſt. quaſi è ſomno ſurgēs aduerſarius allegauit illū non eſſe procuratorē verum aut ido neū, neq; vllū habere mādatū, an ipſe hanc negatiuam probare debeat an cō tra, & Iacobinus, vbi ſupra, & ēt Alex. expreſsim tenēt eum probare debere hanc negatiuam: quia inquiūt eo ipſo quòd paſſus fuit litem cum eo procuratore conteſtari, eum conſtituit in quadam quaſi poſſeſsione officij procuratorij, quę ſufficit ad transferendū onus probandi in talem patiētem, & modo quaſi pœnitentē ac excipiētem, & ita etiam eſt de mente eorum qui hāc cō munem ſententiam tenent. Nam et ſi militer inquiunt, Alex. Iacobi. & alij. ſ. relati ſi comparui corā iudice delegato, & poſtquā litē conteſtatus fui, quaſi penitus aut è ſomno ſurgēs excipio q̄ ille non eſt iudex delegatus. iam ille quaſi in poſſeſsiōe iudicis delegati cōſtitutus, videtur & transfertur in me onus probandi non fuiſſe illum iudicē delegatum: id quod etiam tenuit Innocentius quem ipſi referunt, in. c. innotuit de eo qui furtiue ordines ſuſcepit: cū quo tranſeunt ibi Doctores ſecundum Alexā. vbi ſupra, & Angelus, in. l. non idcirco. §. cum poſtea. ff. de iudic. Ego ſæpe vidi poſtquā lis permultos annos durauerat, & acta erat cum procuratoribus, & inſtrumentum mandati forte ſubſtractum fuit, allegari illum non fuiſſe procuratorem, & talem ex-

Iudex delegatus corā quo cœpi litigare quaſi corā delegato, conſtituit ī quaſi poſſeſsione iudicis delegati adeo vt ſi poſtea pœnitens dicam eū nō eſſe iudicē delegatūmihi incūbat onus probā di.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceptionem admitti etiam post conclu
sum in causa, & nominatim ita euenit
in summo Dominicæ rei prætorio iu-
dice me in lite salinarũ inter piisimũ
Regem nostrum, & vrbẽ seu ciuitatẽ
Malagę, nec dubito hac in specie gl. d.
l. licet. C. de procu. & Doct. quos. s. re-
tulimus eam sequentes respõsuros, ꝙ
modo retulimus, sed cõtrarium veroli
mile est respõsuros, Guido de Suza,
Cinus, Frãciscus Tigri, Bar. et alij quos
supra diximus tenuisse contra. d. gl. id
quod & nos in hac specie verius puta-
mus, nam mandatũ est quidfacti, quod
non præsumitur nisi probetur. d. l. si e-
mancipati. d. l. §. factæ. nec mihi sat pro
batur, vt per litis contestationẽ id mã-
datum cum facti sit præsumatur, & cõ
munem opin. de qua supra eo tantum
casu recipiendam puto si prius proba-
tum fuit mandatum, & admissum, tũc
enim contra probationẽ possumus ad
ducere aliam probationem cõtrariam
monstrando instrumentum mandati
fuisse falsum aut reuocatũ fuisse, et aliis
modis. Sed si ante mãdatum nullo mo
do fuerat probatum, essemus in termi-
nis. d. l. actor. C. de proba. vixque posse
mus hanc negatiuam probare, vt man-
datum non interfuerit quod esset con
tra. d. l. licet cogitate, na & ꝙ me facit
quod supra dicebam: Reipublicæ etiã
principaliter interesse ne lites ociose
vagentur, d. c. finem litibus de dolo &
contu. ociose autem hoc modo fierẽt,
si per hunc modũ in lite cœpta perge-
re posset ille procurator de cuius man
dato non iniuste cœpit dubiũ esse pro
nobis: quia vt supra ostendimus iudex
etiam ex officio eum procuratorẽ pos
set cogere ad mandatũ ostendendum:
quanto ergo magis ad petitionem par
tis, & qđ lis semel cœpta fuerit, parũ
mihi ob esse videtur, vt plene per l. al. in
simili, in. l. qui per salutem. ff. de iurei.

Mandatũ an ꝓ scriptu rã tãtũ nõ etiã testib' posit proba ri ingẽs pu gna.

6 Deniq; mandatum non posse probari
per testes sed tantum per instrumenta
tenent Petrus Bellaper. & Paulus Ca-
strensis, nu. 7. in. l. 1. C. de procuratori-
bus, vbi Paulus ait hanc op. habere ma
iorem rationem, & ęquitatem quã cõ-
trariam, sentit Speculator, & ibi Ioan-
nes Andræas in additione incipiente,
videtur autem in titulo de procurato-
re. §. ratione autẽ formæ, & Fulgosius,
in. dict. l. 1. & ibi Iacobus Derauena, &
ita obseruabat consuetudo iudiciorũ
secundum Iuonem, Andręam, vbi su-
pra & Salic. in. d. l. 1. nu. 11. dicit sequen
dam esse hanc opi. quę etiam placet Ci
no ibi. q. 6. & Bal. ibi, nu. 7. ver. an suffi-
ciat testium probatio. Paulus, in. l. non
solum. §. qui alieno, nu. 6. ff. de procura
toribus qui ait quod ita obseruat stylus
iudiciorũ vbique, & quod fundatur o-
ptima ratione, idem Cinus, in. l. pen. C.
de procuratoribus, idẽ Bertrandus, vt
refert Card. in clemen. 1. nu. 9. de pro-
curatoribus, Ioan. Fab. post Iacobũ quẽ
ipse allegat. in. §. fin autẽ, versi. sed quæ
ritur, nu. 16. inst. de satisdationib. idẽ Fa
ber. in. l. licet. C. de procuratoribus. &
ita tenẽt nouiores Doctores secundũ
Fabrum. in. d. §. fin autem.

Contrariam partem tenet glos. ff. in
principio. i. l. maritus. C. de procurato-
ribus quam sequitur, & dicit commu-
nem esse opinionem legistarum, & ca-
nonistarũ. Iacobinus de Sancto Geor-
gio. in. l. 1. nu. 9. versi. an autem manda-
tum. C. de procuratoribus, vbi eam. se-
quitur, & communem dicit, Alex. nu.
14. ver. extra gl. & est cõmunis, secun-
dum Bal. ibi nu. 6. ver. circa prędicta te-
nent gl. & Doctores, in. c. 1. de procura
toribus secundũ Alex. vbi supra Fran-
ciscus Tigri, & Bar. in. d. l. 1. & ibi: Ang.
& Bar. Bald. & Ange. in. d. l. non tolum
§. qui alieno. Anto. in clem. 1. de procu
ratoribus. dubitat, & Bal. in. l. C. de mã
datis principum. nihil firmat, Iaco. Bu
trigar. & Bal. in. d. l. 1. distinguunt vtrũ
sin testes omni exceptioe maioris vel
nõ, Imola, in. c. 1. de procuratoribus ali
ter distinguit, sed communem simpli-
citer tenent, Bar. Bal. Sali. & Fulgo. in
d. l. maritis. Azõ in summa. C. de procu
ratoribus. nu. 13. idem in summa. C. mã
dat. nu. 2. & Abb. in. d. c. 1. nu. 5. ait ita te
nere Doctores, Cinus, in. l. 1. q. 6. C. de
procuratoribus sequitur, & dicit com-
munem opi. Aret. ibi col. 1. ver. 4. adde
vbi addi-

vbi additionator hanc etiam dicit cõ-
munem Frã. Curt. ad. Alex. in. d. l. 1. co.
pe. in litera. d. & ibi ita tenet & firmat
communiter obseruari in iudicijs, Al-
beri. nu. 8. ver. sed quid si est dubium, &
Azo in summa. C. de mandatis princi-
pum in fine, Ioãnes de Lignano in cle-
menti. 1. de procuratoribus vbi hanc di
cit communẽ, & dicit communẽ Ca-
telianus Cota. in memorabilibus ver-
bo mandatum, tenet Decius cons. 297.
non patiẽ, nu. 4. idem in. l. pactũ. quod
bona fide. C. de pactis. nu. 2. versi. 7. vbi
hanc dicit communem, sequitur & di-
cit cõmunẽ Baldus decisio. 190. Sequi-
tur & cõmunẽ firmat Deci. consi. 281.
nu. 1. sequitur & dicit cõmunẽ Io. Bap.
in ęrario communi verb. procurator.
Quid dicendum & quidem pro cõmu
ni opi. quæ verior videtur, facit text. in 8
fi. prin. inst. de ijs per quos agere possu-
mus verbo cœperũt, vbi habetur olim
in vsu non fuisse, vt quisquam alterius
nomine ageret sed vnusquisq; causam
suam agebat, alienam vero non vtique
sed paulatim vsibus, & moribus rece-
ptum fuit vt per alios qui nomine no-
stro experirentur agere possemus, do-
nec id quoq; legibus iam stabilitũ fuit
vt ibi Iustinianus testatur, & vt verosi-
millimum est quo tẽpore moribus tm̃
receptum non etiam legibus latis stabi
litum id erat, scripturę solẽnia necessa-
ria nõ fuisse, ita quoq; postquã legibus
latis sancitum fuit nutquã reperitur la
tis dilucide solẽnia scripturæ hac in re
necessaria esse: vnde relinquimur in di
spositione iuris communis ꝙ habet ad
nullius dispositios substantiam scriptu
ram requiri, nisi i casibus à iure expres-
sis. l. pactum ꝙ bona fide. C. de pactis. l.
cum te. C. de transact. l. cum res vbi
glos. C. de pactis. scripturę. n. solennia
ad faciliorem probationẽ nõ etiam ad
dispositionis substãtiam desiderantur.
l. contrahit. ff. de pig. l. publia. ff. depositi. Nec etiam solennia scripturę ad dis-
positionis vllius probationẽ desiderã-
tur nisi in casibus à iure expresis. l. in
exercẽdis. C. de fide instrumen. Pro ea
dem cõmuni op. facit. l. 1. ff. de procur.

Scriptura necessaria non est nisi in casibus à iure expressis.

dum ait procuratorem posse constitui
per nuntium, non secus quam emptio
& venditio, locatio & conductio per
nuntium & per epistolam, & etiam re-
liqui cõtractus bonę fidei possunt cele
brari iuxta pr. inst. de obliga. quæ ex cõ
sensu nascuntur, itaq; vt si absenti per
nuntium notum feci me ei vendere do
mum cẽtum aureis simul ac ille cõsen-
sum huic rei præbuit, contractus em-
ptionis celebratus fuit, vt ibi ita quoq;
simul ac absenti per nuntium notũ fe-
ci me eum procuratorem ad talem litẽ
constituere si ille consensum præbuit
contractus procuratorius, seu mandati
celebratus intelligitur: sicque hac in re
solus consensus requiritur, & præterea
nihil, vt. d. l. 1. in pr. ff. de procur. & l. 13.
& l. 14. tit. 5. par. 3. ad idem. l. si procura-
torem absentem. ff. de procura. eodem
modo inducendo, ad idem. l. 1. 2. respõ.
ff. de procuratoribus verb. vel per epi-
stolam, vbi per epistolam constitui põt
procurator puta tibi absenti epistolam
misi, qua dixi me velle, vt in tali lite
meus esses procurator tu litẽ mouisti-
nomine meo per quòd mandatum il-
lud procuratoriumq; munus suscepis-
se videris, & si iudex vel pars tibi obie-
cerit vndenam tibi facultas mandatũ
ue ad meo nomine agendum, ostensa il
la epistola apparebit, & substantia &
probatio huius procurationis, vt sic ꝓ-
curatio illa causata & effecta fuerit ex
mutuo vtriusq; cõsensu tã domini mã
dãtis quam ꝓcuratoris acceptantis, sed
mãdatũ datũ à fuisse dño & agnitũ ac
susceptum fuisse ab illo amico per illã
epistolam probatur, ergo sola epistola
sufficit ad hanc probationẽ, neç exigi-
tur publicum instrumentũ, & qua ra-
tione sola epistola comprobata sufficit
eadem ratione & testes sufficerent: &
reuera is videtur sensus. d. l. si procura-
torem absentem, ut per epistolam dñi
constituentis vel detur vel antea datũ
ꝓbetur: quinimo & detur & antẽa da-
tum probetur, & tenendo hãc partem
ad argumenta eorum qui contrarium
defendunt resp. vt per Alex. in. d. l. 1. C.
de procurato. col. pe. & fi. pro nobis. c.

Procurator vt constituatur.

ex insi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex insinuatione de procurato. vbi man datum procuratoris quod reuocatum fuerit potest per testes probari, ergo, & quod datum fuerit per testes rectè pro babitur, vt seruetur eadem correlatiuo rum disciplina.

Procuratoris mandatum nõ probat nisi testibus omni excep. maioribus.

9 Limita primo, vt nõ procedat quando testes non essent omni exceptione ma iores secundum Iacob. Butrig. & Bald. in. d. l. 1. C. de procur. intellige si nume rus non suppleret idoneitatem eorum vt alibi dixi.

Procuratoris mandatum interdum nõ probatur testibus.

10 Deinde limita, vt nõ procedat nisi prę stetur cautio de rato secundum quos dam eorũ quos supra retulimus, vt re fert, Alex. vbi supra quod non firmo. Tertio limita, quando si admitteretur probatio testium ad eos producendos dilatio non modica peteretur secun dum Iacobinum in. d. l. 1. Quarto limi ta in œconomo eccleſię, seũdũ Iacob. ibi, nu. 9. & Bald. in. l. prohibitum. C. de iure fisci, li. 10. Quinto limita in procu ratore constituto ad solutionem reci piendam secundum eũd. Iacobinũ, vbi supra Bal. in. l. falsus, col. pe. ver. scias ta men. C. de furtis, Alex. co. fi. in fi. in. d. l. 1. C. de procura. qui ait se id sequi non tam per rationem. Bald. quam propter eius autoritatẽ Ias. in. d. l. 1. nu. 9. vbi a lias trẽs limi. assignat, & sic erũt. 8. limi tationes, & dictam. 5. limit. supra citatã sequitur Clemens, sing. seu notab. 138. si procurator Decius, consi. 297. nõ pa titur, colũ. 2. in pr. Catelianus Cota, in memorabi. verb. mandatum.

Tẽporis diuturnitas nõ facit mandatum præsumi cũ cõmuni.

11 Mandatum autem ex diuturnitate tẽ poris an præsumatur tradũt Decius. d. consi. 297. per totum, Catelianus Cota vbi supra, Bal. in. l. 1. ver. pone. C. de re bus alie. nõ ali. Alex. in. qui in aliena in pr. ff. de acq. hęre. col. 4. vers. item adde Ias. in. l. 1. co. 5. ver. 2. lim. C. qui admitti, Franc. de Cur. consi. 77. super motiuis, co. 2. & communis op. est quod nõ præ sumatur secundum Feli. in. c. ficut col. 19. ver. aduerte de re iudi. Sed cũ inter fuit mandatum qualitas ipsius facilius præsumitur secundum Decium, vbi su pra, nu. 4. & ex diuturnitate temporis quę causetur, ponit multa Decius con. 36. col. 6. Alex. cõsi. 79. circa primũ, li. 1. Mandatum autem ad lites an requirat vt lis, qua de agitur nominatim exprimatur, & considerate quod aliquando datur procurator ad vnam litẽ. l. 1. verbo vnius rei. ff. de procurat. l. 3. & l. 14. tit. 5. par. 3. aliquando ad lites certas, aliquando ad lites omnes, vt. d. l. 1. & 2. resp. & d. l. 13. & d. l. 14. l. procurator to torum. l. procurator cui. l. mandato ge

Mãdatum ad lites generale comprehẽdit futuras, quando mandãs nullã litem tunc habebat cũ cõi.

12 nerali. ff. de procurator. sed cum procu ratoris mandatum continet, vt ad om nes lites vel vt ad lites procurator con stitutus itelligatur, controuersum est, an ad lites etiam futuras constitutus vi deatur, quod omnes admittunt quãdo dominus constitutus tempore manda ti nullam habebat litem. argu. l. si quan do in pr. C. de inoffi. test. cum gl. l. si qñ ff. de leg. 1. ita Greg. Lupus, in. d. l. 13. An ge. in. l. item ad litem. ff. de procuratori. Specul. & ibi Ioan. And. de procurat. §. ratione autem formę & est communis

Mãdatum ad lites, si aliquã lis tũc erat ad futuras extẽditur anceps q̃stio.

13 opi. vt illico dicemus. Quod si constitu ẽs seu mandãs aliquã vel aliquas li tes tempore mãdati habebat, sunt qui velint ad eas tantum non etiam ad futu ras id mandatum extendendum, ita tenent Gregorius Lupus vbi. s. & Ioã nes Andręas vbi. s. idem tenent Dinus, Guillelmus de Cun. & Iacobus Butri garius, quos refert et sequitur Angelus in. l. item ad litẽ. ff. de procuratoribus. Contrariam tamen partem tenẽt Spe culator vbi. s. & Albericus in. d. l. itẽ ad litem. & Abbas in. c. penult. notabili. 3. de procuratoribus.

Sed secũdum quosdã tutior & æquior est prima opinio, vt ad lites tãtum præ sentes non etiam ad futuras id mãda tum extendatur, primum arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. l. si quis hę redem. C. de inst. & substi. Deinde arg. quia mandatum videtur esse stricte in terpretandum. l. diligenter. ff. mand. §. itẽ is qui exequitur inst. eod. ti. Tertio quia verba generalia plerunq; ad vero similia sunt restringẽda. l. sed & si quis §. quęsitum. ff. si quis cauti. nec verosi mile est de futuris litibus cogitatum. Quarto quia commissio aũt renuntia tio

tio generalis non videtur extẽdi ad ea quæ quis ignorat. l. mater decedens. ff. de inoff. testa. & is qui mandatũ dedit, verosimiliter lites futuras ignorabat. Quinto argu. l. si ita. ff. de auro & argẽ. legato, vbi dispositio simpliciter prola ta, ad præsentia tantum non etiam ad futura extenditur, quod facilius in spe cie nostra obtinere debet propter magnũ pręiudiciũ, & periculũ quod ver titur in hac re, neq; ad rem pertinet. l. Titius in pri. ff. de libẽ. & posthu. nã nõ abnegamus quin inspecta proprietate verborum tali mandato comprehendi possint lites etiam futurę, sed ex mẽte quæ præualet. l. ita stipulatus ver. Sabi nus autem ex mente. ff. de verb. oblig. l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. cõ trarium obtinere debet, mens autẽ col ligitur ex rationibus supra memoratis præsertim quia hac in re declarationi ipsiusmet mãdantis standum esse vide tur, argu. l. si quis intentione ambigua ff. de iudi. Quid dicendum, & quidem vsibus edocto si quicquã credis mihi, pro cõperto habere debes in praxi re ceptum esse, vt id mandatum quod re uera futuras etiam lites comprehende bat ad præsentes tantum nõ restringa tur, sed & huic rei fauet iusta legis iterpretatio de qua in. l. qui iure militari. ff. de militari testa. vbi vt generalitas ver borum inuiolabiliter custodiatur suffi cit, quod is qui disponebat hac de re in genere cogitare potuisset, nec quicquã facilius quam q̃ in mentẽ huic mãdã ti venissent lites futurę, cũ rari sint ho mines exceptis pauperibus quibus quo tidie lites nõ oboriatur. Vnde nihil fre quentius quam mãdatum ad vnam tã tum litem vel certas lites taxatiue, & nominatim dare, vt sic qui ad omnes li tes: dederit id animo concepisse videa tur, vt procurator ille omnes suas lites tam præsentes quam futuras agere pos set: ficque pro hac parte stant verborũ proprietas communis vsus iudiciorũ, verisimilis mens constituentis, & iusta legis iterpretatio, estq; vsitatissimum.

1 *Procurator an admittatur pro reo absente, in quibus casibus potest absens dãnari inges pugna.*

2 *Procurator ad allegandas causas absentiæ admittitur in criminibus publicis. cum cõm.*

3 *Procurator an in publicis criminibus admittatur in re regio pro absente.*

4 *Absens iure regio hodie potest damnari.*

5 *Absens in quibus casibus damnari potest: damnari non potest si sit incarceratus in alieno territorio. contra nouissi. tali casu per procuratorem non audietur. contra Elipolitum.*

6 *Procurator an admittatur in criminibus vbi pœna tantum relegationis esset imponenda. dubia pugna.*

7 *Procurator non admittitur pro absente quando esset imponenda corporis pœna afflictiua. cum com.*

8 *Procurator admissus ad allegandas causas absentiæ non satisdat. cum cõm.*

9 *Procurator talis causas facli tantum non etiam iuris allegabit.*

10 *Absentiæ iustas causas si procurator ille probauit, & adhuc absens condemnetur, sententia est nulla.*

11 *Procurator admittitur pro absente etiam in criminibus capitalibus, quando ex forma statuti non poterat nisi pecunialiter damnari. cum communi.*

Procurator an admittatur & reo absente, in quibus casibus põt absens dãnari, inges pugna.

1 ILlud autẽ dubium est an in quibus casibus contra absentem possit procedi ex forma statuti, i illis ad mittatur procurator in tali crimine publico quo de agimus ex par te rei? & sunt qui velint posse admitti, ita Cinus in. l. reos quęstione. 3. C. de ac cusati. post Dinum quem ipse refert Ia cob. de Arena, in. l. inter accusatorem. ff. de publi. iudi. Ioannes Andr. ad Spe cul. de procura. §. 1. ver. itẽ quod est cau sa. Imola in. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. Alex. consi. 116. animaduersis, col. 1. li. 2. ver. tertio. nam contra Titium est communis op. secundum Ias. nu. 7. ver. & aduerte diligẽter, in. l. si is qui. C. qui testa. facere possunt per. l. seruũ quoq; §. publice. ff. de procura. vbi etiam Bar. & idem Bar. in. l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iud. Aret. consi. 147. col. 3. Cepo la consi. 40. licet inuitus, co. 3. idem Ce pola consi. 46. Titius vulnerauit, col. 1. Alex. consi. 4. viso processũ inquisitio nis, nu. 1. ver. plus voluit li. 6. vbi firmat ita cõmuniter practicari, & quod ipse ita seruari, & practicari fecit quamplu ries, est communis opi. secundum Gre gorium Lupum, in. l. 12. tit. 5. par. 3. ver. secundum quem hanc opin. firmat esse communẽ. Angel. in. d. §. ad crimen, & hãc tenet, & ait cõiter teneri Imol. ibi nu. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. 17. versicul. tu addē pro ista.
Contrariam partem vt procurator cū mandato ita quod nocere & prodesse posit in tali crimine, nō admittatur ēt in quibus causis absens posset condēnari tenent Raynerius, & Bal. col. 8. versi. quæritur si absunt, in d. l. reos. C. de accusa. & ibi Sali. q. 2. vbi etiam Fulgosius Bar. in d. §. ad crimen, col. 5. idem Bart. in l. 1. ff. an per alium causæ, idem Bar. in extrauag. ad reprimen. ver. legitime, Alex. cons. 116. animaduersis statutis, li. 2. col. pe. nu. 18. versi. quinimo magis cōmunis: vbi hanc firmat esse magis communem opi. & ista est cōmunis opinio secūdū Bened. de Punblin. in rep. d. §. ad crimen. nu. 4. col. 2. versi. ista op. fuit originaliter. est cōmunis secundū Hippo. Marsi. in sua practi. §. sequitur. num. 27. versi. item. potest etiam interuenire per Corneum cons. f. lib. 3. & cōsi. 273. eod. lib. & consi. 122. lib. 4. tenet Montal. in l. 7. ti. 10. lib. 1. fori. Gregorius Lupus, in l. 12. titu. 5. par. 3. in. gl. no podria.

Procurator ad allegandas causas absētiæ admittitur in criminibus publicis. cū cōmuni.

2 Quid dicendum, & cōsidera quod nō solum communis sed op. etiam receptissima omnium opi. vt in quibus casibus cōtra absentem sententia ferri pōt in illis ad opem absenti ferendā admittatur procurator ad allegandas causas absentię, & similia vt tamen absenti ꝑdesse tantum possit non etiam nocere, ita tenent omnes illi quos supra retulimus, nam in hoc vtriusque partis fautores conueniunt, & plene Decius, consi. 429. in pr. Hippolitus Marsi. in sua practi. crimi. ver. sequitur, nu. 42. Gregori. Lupus, in d. l. 12. & Montaluus, in d. l. 7. Benedic. de Punblino, in d. §. ad crimē, col. 2. Corneus cons. fi. primo est aduertendum, lib. 3. idem Corneus consi. 273. idem Corneus consi. 122. li. 4. sed in eo tātum quæstio est an vt procurator cū mandato is admitti possit, & debeat, vt sic ad merita etiā causæ principalis admittendus sit, possitq; probationes facere pro reo aduersariq; probationes impugnare, & reliqua huiusmodi, & hac in re sunt varietates supra relatæ, & licet absens regulariter ī criminibus publicis damnari non possit licet aliqñ possit. l. absentem. ff. de pœnis: tamē in quibus casibus dānari post videbatur ęquum, vt ꝑcurator admitteretur ne ille deiectus ac indefensus maneret, aut enim reus prętens erat, & ipsemet debebat sui defensionē suscipere non alij committere, aut absens & non poterat dānari. d. l. absentem, sicq; necesse nō erat sui defensionem procuratori committere, at in quibus casibus etiam absens damnari poterat iuxta tex. & gl. in d. l. seruum quoque. §. publice. ff. de procurat. satius esse videbatur sui defensionem fido amico cōmittere quam nulli omnino, argu. in. l. 1. & per totum. ff. de nego. gest. l. vt vim. ff. de iust. & iure ibi cognationem quandā, &c. & ita in specie videtur, tex. in d. §. publice, at ꝑ contrariū cū quilibet possit omni conatu omniq; diligētia si vellit, huiꝰ absentis defensionē suscipere ꝑducendo testes & instrumēta ad eius defensionē ipsiusque innocētiam monstrandam. l. si nō defendantur. ff. de pœnis, certe cum is prodesse absenti possit nocere autem non possit, videtur vtilius esse absenti, vt potius defensoris nomine qui nocere non potest admittatur quam nomine procuratoris qui & nocere, & prodesse potest. l. non solum. §. fi. ff. de ꝑcura. ergo nullorū magis iterest quā ipsorum absentium huiusmodi exemplum nō admitti, cum per simplicem defensorem qui prodesse tātum pōt nō etiā nocere vtilius tutiusq; experiūtur, quā per procuratorem cum mādato qui vt prodesse ita & nocere potest, vt in simili ait. l. Diuus. ff. de mil. testam. &. §. plane inst. eod. Quid dicēdum, & sane ad huc lōge verior mihi videtur prior op. vt in quibus casibus absens de crimine damnari pōt in illis admittatur procurator cum mādato, per tex. in d. l. seruū quoque. §. publice. ff. de procur. qui bis hanc partem probat si non exterminetur ac veluti à vero & genuino sensu exulare cogatur, prętertim cum is sensus sit iuxta materiā illius tituli in quo ea lex collocata est ergo, &c. argu. l. Imperatores. ff. de in diem addic. ad idem tex. ęque apertus si non cauilletur, in. l. non

non solum. §. fi. ff. de procu. ad idem. l. 1. §. 1. &. §. 2. &. §. 3. ff. an per aliā causę appel. quę iura, vt nobis videtur hanc partem euidentius probant, quam vlla inductione egeant. Neque ad rem pertinet quod simplex defensor idē quoq; posset, et per eius interuentum plenius consulitur absenti quam per interuentum procuratoris, cum ille prodesse tātum possit nō etiam nocere, is vero & prodesse & nocere, nam respō. leges ad cōmuniter accidētia aptari, & in re dubia fidiorem, aut diligentiorem vtilioremq; eū amicū fore, quem ad sui tutelam absens elegit quam vllus alius, arg. in. §. præterea cum ibi not. inst. de act. cuiq;. n. tutela corporis sui maiori curę est quam alteri. l. vt vim. ff. de iust. & iure, vnde quem absens ille ad sui tutelā elegit is plærūq3 vtilior erit quā vllus alius, & denique ratio quā mouēt contrariam partē tenētes, debilior est quā vt possit iura tam aperta tamque nomi natim hac de re loquētia euertere, aut superare, pro nobis tex. in extrauag. ad repri. dū ait personaliter vel legitime non cōparuerit, sensus enim est ꝙ etiā qui personaliter non comparuit in eo crimine de quo ibi: in quo absens dam nari poterat, adhuc tamen legitime poterat cōparere alio modo quam personaliter. l. per suum procuratorem cum mandato. Hactenus de iure cōmuni, iure autē regio quo vtimur in omni crimine etiam capitali admittitur procurator ad allegādas causas absentiæ. l. 12. titu. 5. par. 3. l. 7. tit. 10. lib. 1. fori, sed ad decisionem cautę principalis non admittitur procurator in criminibus capitalibus, vt. dd. ll. capitalia autem crimina declarātur esse in. dd. ll. veluti mors, seruitus, exilium perpetuum, idem si ageretur de membri mutilatione, vt. dd. ll. In reliquis autem pœnis leuioribus bene admittitur procurator, vt. dd. ll. à cōtrario sensu. Sed & in crimininibus capitalibus hodie iure regio idē videtur, quia hodie absens etiam de crimine capitali damnari potest. l. 4. titu. 3. lib. 2. fori, quę licet loquatur ī pœna tātū mortis de cōsuetudine extēditur ad omnia alia crimina secundum Montal. ibi in gl. 2. idem Montal. in. l. 7. ti. 10. lib. 1. fori, col. 2. ad fi. sed in quibus casibus absens damnari potest in ijs, & per procuratorem causam suam agere potest, vt. s. diximus, ergo, &c. Neq; ad rem pertinet quod si talis absens fuisset damnatus capitaliter sententia non posset executioni mandari, nā & similiter si sine interuentu procuratoris damnatus esset ea sententia non posset execurioni mādari īspecto prętenti statu, ergo isthęc ratio quę mouit potissimū eos qui cōtrariam partem tuebantur, nullius momenti est: nā lex quæ in casibus permisit accusatum vel inquisitum de crimine etiam absentem posse damnari non ignorauit sententiam eo tempore non posse executioni mandari, & nihilominus permisit iussitq; absentem damnari: nam interea in eius bonis fiet executio, & postea etiā in eius persona si reuersus fuerit, quę non ideo minus fieri poterunt quādo per procuratorē se absens defendebat, quā si nullo se defente damnatus fuisset, adhuc tamen iure regio consuetudinario in causis capitalibus absens non potest se defendere ꝑ procuratorē, vt testatur Greg. Lup. in l. 12. tit. 5. part. 3. verb. no podria, in fi. ꝙ & tenet Montaluus, in. l. 7. tit. 10. li. 1. fori. in gl. ninguno ad finem. Et licet ipsi non prętenderint pro hac opinione est tex. ī. d. l. 7. ibi ca la iusticia no se podria cumplir en otro fino en aquel que fizo la culpa, ad idē tex. ī. d. l. 12. vbi sunt similia verba, ergo sensus illarum legū est, quod ī quibus casibus executio sententiæ non potest fieri in alterius persona quam ī ipso accusato, quia pœna erat corporalis ī illis casibus absens nō pōt se defendere ꝑ procuratorē, & cū ratio illa sit expressa, in. dd. ll. habetur pro lege expressa, vt est cōmunis opi. quam tenēt gl. in clem. 1. de elect. verb. eligatur. gl. in auth. de hęre. ab int. §. fin. verbo ordine. quam dicit vnicam Bal. in. l. fi. ff. de hęr. inst. idem Bal. in. l. maximum vitium. C. de lib. præt. Alexā. nu. 5. & Corneus num. 25. in. l. humanitatis, per tex. ibi. C. de impub. Curtius iunior nu. 9.

Procurator an in publicis 3 criminibus admittat iure regio pro absente.

Absens in 4 re regio hodie potest damnari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nu.9.Decius,nu.15. Purpuratus,nu. 23. in l.fi.C.de pactis. Crotus,in.l.fi cõstãte.in.7.q.Bar.lect.2.ff.solu.matri.Ripa nu.50.& Hãnibal,nu.349.in.l.nemo potest.ff.de leg.1.Iaſ.in.l.transigere. nu.15. C.de trãſ.Iaſ.in auth.quas actio. nu. 22. C.de ſacroſ.ecc.Iaſ.in.l.ſtipul.hoc modo concepta, nu.12.ff. de verb. obliga. Georgius Natan, in.c.2.nu.32. de pact. li.6.ſed licet hodie per.d.l.4.abſens poſſit etiam capitaliter damnari adhuc tamen talis condemnatio nõ poſſet exequi in perſona procuratoris vel alterius, præterquam in perſona ipſiuſmet condemnati, ergo hodie p illas leges in talibus cauſis non admittitur procuratoris defenſio aut interuentus: verum cũ per totam fere italiam, vt noſtrorũ plerique referunt, ſint ſtatuta, vt abſentes poſsint etiam capitaliter damnari, magis eſt, vt iure Italorum in ipſorum abſentium cauſis admittatur procurator, non ſecus quam de iure cõmuni ſecũdum veriorem opi. admitteretur, licet aliud ſit iure noſtro Hiſpanorũ, vt ex ſuperioribꝰ ſatis edocemur. Sed ſi etiã capitaliter accuſatus ſit incarceratus tunc vtroq; iure tam communi quam regio poteſt ſe per procuratoré defendere, vt ex communi op. reſoluit Montal.in.d.l.7.gl.ninguno,col.2. Io.Andr. ad Spec.de procurator.§.1.ver.ſed nunquid.Ioan.Imol.in.l. pen. §. ad crimen. ff.de pub.iud.n.18.Hip.Marſi. in pract. cri.ver.ſequitur,nu.31. Contrarium tñ tenent Odofred.& Richad. in.l. ſeruũ quoque.§.publice.ff.de procura, Salic. in.l.reos. C.de accuſati.Antonius,in.c. veniens eod.tit.Sed Ioannes Andr. & Imola, vbi. ſ. ſunt etiam in tertia opinione, vt ad media cauſæ admittatur procurator non ad ſubſtantialia puta ad litis conteſtationem,& ad ſententiam, & ita practicatur, nam talis accuſatus incarceratus compellitur perſonaliter litem conteſtari, & ad audiẽdã ſententiam euocatur,reliqua autẽ fiũt per procuratorem.

Abſens in quibus caſibus dãnari poteſt: dãnari non poterit ſi ſit incarceratus ĩ alieno territorio. contra nouiſſi. Ergo talica ſu per procuratorem nõ audietur. cõtra Hippol.

5 Hæc quando erat incarceratus per iudicem qui de eo crimine cognoſcebat quod ſi per alium iudicem alterius iuriſdictionis, Hippo.in.d.§.ſequitur, nu. 31. cum ſeq. tenet indiſtincte poſſe ſe per procuratorem defendere, Montal. vbi ſupra, in gl.nunguno, col.2.ad medium tenet contrarium allegat, Bal.in l.eos.§.ſuper his. C.de app.& horũ opi. contra Hippo. veriorem puto, nam impedito ſubueniendũ eſt, argu.l.1. C. de annali excep. vnde vt iure cõmuni abſẽs dãnari nõ põt, ita & iure regio quo abſens dãnari põt regulariter puto dãnari non poſſe, quãdo cõparere nõ poteſt iuſto impedimẽto tẽtus, quale eſt incarcerationis, vt pluribus exemplis ornat Hippo. vbi.. ſ. quod & generaliter intelligo in omnibus caſibus, in quibus variarum regionũ ſtatutis abſens damnari poſſet, & noſtra op. euidẽtius procederet quãdo in carcere tyrãni detentus eſſet, ergo dum Bat. & Montal. volũt quod tunc admittatur defenſor ad allegandas cauſas abſentiæ. Hippol. vero quod admittatur procurator etiã ad cauſam principalem, & omnes tres intelligũt contra talẽ abſentẽ etiam legitime impeditũ poſſe procedi ad condemnationem, ex forma talis ſtatuti teneõ contrarium per ſuperiora, & quia id ſtatutum ſatis odioſum nõ debet extendi ad hunc caſum tam durum, & inhumanum, argu.c. odia de reg. iur. li.6. l.cum quidam.ff.de lib.& poſt.l.pen.ff. de pœnis. Id quod infra latius probabo ꝓ nobis, quia recedetur à regulis iuris fauore incarcerati ſicq; teſtam. ſine ſolennitate poteſt facere, vt diximus de ſucceſſ.crea.§.24.nu.2. Nicol.de Mata Bal.Salic.Corn.co.2.Iaſ.n.3.in.l.f.C.de teſt.Decius,conſi.274.viſo puncto Pariſius,ꝓſ.46.nu.24.lib.3. Guil.Bñd.ĩ.c. Raynu.de teſta.verb. teſta.1.nume.13.

Procurator an admittatur in crimibus vbi pœna tã tũ relegationis eſſet imponẽda dubia pugna.

6 Deniq; in relegatione, an poſsit interuenire procurator gl.in.l.1.ad princ.ff. an per alium cauſę ap. tenuit quod nõ, rurſus alia glo.in ead.lege, & etiam gl. in.l.ſeruum quoq;.§.publice.ff.de procurat. tenent quod ſic, ſequitur Angel. in.d.§.ad crimen ſequitur, & dicit eſſe communem op. Imola ibi, nu.20. ſequitur, & firmat eſſe communem opi. Benedic.de Punbli.in.d.§.ad crimẽ, nu.7.

& rurſus, nu.8. poſt Dinum Odofredũ, Iacob.de Arena, & Iacob. Butrigari. & Bal. quos allegat Cinus, in.l.reos. C.de accuſatio. contrarium tenẽt Petrus de Bellaper. Iacob.de Rauena, Marti. Silli. quos refert Benedi. vbi.ſ. num. 7. qui in vtranque partem mutat, tenet Gregor. Lupus, in.l.12.ti.3.par.5.& Bar.in.d.§.ad crimen, per. d.l. ſeruũ quoq;.§.publice. & per.d.l.1.ff.an per alium cauſa appel. Nos ſumus in noua opi. vt ſi relegatio ſit tẽporalis admittatur procurator, ſin autem perpetua non admittatur, quia tunc deportatio eſſet vtrũq; membrũ: recte ꝓbat Bened. vbi ſupra, & iure regio quo vtimur vtrunq; mẽbrũ ꝓbat. l. 12.ſ.allegata. Quid ĩ pœna corporis afflictiua puta ictus fuſtiũ, flagellorũ cæſio, & ſimilia, & Benedi. vbi.ſ. & Greg. Lup.in.d.l.12. in gl. & Imo.in.d.§.ad crimẽ, col.13. Alberic.in.d.§.publice, col.3. Ang.in tract.maleſi.verb. qui iudex videns. Guil. & And. de Piſis quos refert Alueri.vbi.ſ. tenẽt non admitti ꝓcuratorẽ, eſtq; vera, & cõis op. præſertim iure regio p.d.l.12.tit.5.par.3.&.d.l.7.titu. 10.li.1.fori inducendo, vt ſupra induxi.

Procurator qui impetrauit ius iniquum quando teneatur, dubia pugna.

Procurator admiſſꝰ ad allegandas cauſas abſentiæ nõ ſatisdat. cum communi.

8 Sed ĩ quibus caſibus admittitur defenſor ſolum ad allegãdas cauſas abſentiæ & ꝓbandas an teneatur ſatisdare, ꝙ negat cõis doctorũ op. vt per Grego. Lupum, in.d.l.12.in gl. algũa eſcuſanza, & ita communiter practicatur ſecũdum Alueri.in.d.§.publice. Intellige tamen quod alleget cauſas facti nõ iuris exceptiones id.n. nihil releuaret ſecundum Lupum ibi, & Antoni.in.c. veniens de accuſ. Bal.in.l.ex quacunq;.ff. ſi quis in

Procurator tatis cauſas facti tantũ non etiã iuris allegabit.

9

Abſentiæ iuſtas cauſas ſi procurator ille ꝓbauit, & adhuc abſens condẽnetur, ſentẽtia eſt nulla.

10 ius vocatus nõ ierit. Quod ſi iuſtas cauſas abſentiæ defenſor ille allegauit, & probauit, & nihilominus iudex ꝓceſſit ad abſentis condemnationem ſentẽtia eſſet ipſo iure nulla ſecundum Gregorium Lupum, in.d.l.12.in gloſ.e ſi la prouare, Bar.in.l.2. §. ſi quis in iudicio. ff.ſi quis cauti. idem Bar.in.l.liberto.§.item.ff.de negotijs geſt. Aluer.in.d.§.publice. Vnde apparet verum eſſe quod contra Montal. & Hippoli. ſupra tenimus in quæſtione de incarcerato, quid ſi ex forma ſtatuti pro quodam vel quibuſdam criminibus capitalibus imponeretur pœna pecuniaria, & Bar.in.d. §.ad crimen.l.pe.ff.de publi. iudi. tenet admitti procuratorem. argu.l. 2. C.de procur.l. quod ad metallum.ff. de pœnis.l. crimen.ff. an per alium cauſ. app. ſequitur, & dicit eſſe communem opi. Imola, in.d.§. ad crimen, num. 20.

Procurator admittitur pro abſente etiã in crimibus ca pitalibꝰ quã do ex formã ſtatuti non poterat niſi pecũia liter dãnari. cũ comu.

Procurator admittitur pro abſente quando eſſet imponẽda corporis pœna afflictiua. cum cõmu.

Procurator qui ipetrauit ius iniquum quãdo teneatur, dubia pugnã.

1 Procurator qui impetrauit ius iniquum quando teneatur, dubia pugna.
2 Procuratori non videtur mãdatum ius iniquum aut illicitum petere. cum communi.
3 Aduocatus an teneatur edicto, quod quiſque iuris.
4 Procurator etiã cum libera non videtur habere mãdatum ad id per quod dominus in pœnam caderet. cum cõmuni.
Talionis pœna teſtis tenetur. cum cõmuni.
5 6 Talionis pœna tenet accuſatorem. cum cõmuni.

1 PRocuratorĩ petrauit ius iniquum, quẽadmodũ teneat quæritur, & quidem ſi dominus vel mandauit vel ratum habuit, expeditum eſt, ipſum dominũ teneri pœna edicti illius quod quiſque iuris, ipſum autem procuratorem non vtique, vt.ff.ꝙ quiſq; iuris.l.3.§.ſi procurator, ꝙſi dominus nec mandauit nec ratum habere voluit ſicq; ipſe nõ tenetur an ſaltem procurator teneatur, & eum teneri voluit gl.mag.in.d.§.ſi procurator, quam ſequitur Bart.ibi, nu. 4. ver.ex quo nota, eſtque communis opinio ſecundum Socinum ibi: num.9. quod tenendum eſt quando etiã ſi dominus eo iure iniquo ſemel impetrato non vtatur adhuc damnum datum infectum reddi non potuit, veluti in longa dilatiõe à procuratore rei in damnũ actoris impetrata: contrariam partem tenent ibi Bald. Fulgoſi. Ludouic. Romanus, Alexand. & Curtius Iunior, nume.14. qui firmat hanc eſſe communẽ opinionem, tenet etiam Iaſ. ibi, nu.12. idem Ioannes de Monte Sperello, ibi quem refert Socin. vbi ſupra, & Iacobinus de Sãcto Georgio quĩait quod ita tenent Doctor. contra glo. tenet ſimiliter procuratorem non teneri. Mouentur hanc partẽ tenẽtes primo, qua pœna illius edicti locum nõ habet, niſi qñ damnum cum effectu datum fuit per

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuris iniqui impetrationem.l.1.§.fin.ff. quod quisque iuris sed in specie nostra conatus caruit effectu, ergo cessat pœna edicti quòd conatus effectu caruerit, patet quia iuris iniqui impetratio q̃ nomine meo fecit meus p̃curator, me non mandante neque ratũ habente cessat: quia neq; procurator meus vtitur sibi eo iure quia non sibi sed mihi illud impetrauit, nec ego eo vtor quia nolo, 3 ergo nemo vtetur, sicq; læsio cessat, & cõsequenter pœna illius edicti quæ nõ ob læsionem procuratam tantum sed ob re vera datam locum habet, vt.d.§. fin. Secundo facit.d.§. si procurator.1. respon. vbi nominatim & generaliter ait pœna illius edicti dominum in casibus teneri posse, procuratorem autem non vtique. Tertio facit.d.§.si procurator,in.3.respon.dum ait procuratorem tunc demum pœna illius edicti posse teneri,si erat procurator in rem propriam non sic si simplex procurator. Postremo facit.d.§.si procurator.2. respon.dum ait tutores vel curatores minorum vel furiosorum illius edicti,pœna cum ius iniquum impetrant teneri: ergo in reliquis procuratoribus nõ ita sed & cum tutores,vel curatores minorum vel furiosorum impetrant ius iniquum: tunc demum eos teneri puto cũ ad effectum ea impetratio p̃ducta est, quia minoribus ipsis aut furiosis nihil est imputandum, argumen.l.Titio centum in pr.ff.de conditionib.& demon. & l.1.ff.de mino. Diuersum est, in procuratore maioris, nam si maior vtitur eo iure iniquo ipe tenetur, non autem procurator: quod si non vtitur neuter tenetur per.d.l.1.§.fi. Quinimo ipse dominus quando speciale mandatum ad 2 ius iniquum impetrandum non dedit sed tantum mandatum generale etiam cum libera, in tali mãdato nõ comprehenditur facultas ius iniquum impetrandi, vt ex communi opin. resoluunt glo. magn. in dict.l.si procurator quam sequuntur ibi Barto. Bal. Fulgosius, Socinus, Alexand. Iason. & Curtius Iuni. nume. 14. vbi ait communem opinio. esse cum gloss. Ergo aut iuris iniqui impetratio ad effectum perducta nõ est, & cessat pœna illius edicti. d. §. fin. aut ad effectum perducta est quia dominus vel mandauit vel ratum habuit, & tũc ipse tenetur, procurator autem minime, & addẽ Alexand. in.l.sepe, num. 88.ff.de reiudi. Sed si damnum fuit irreparabile, puta quia procurator rei in damnum actoris longam dilationem impetrauit tenetur ipse. Sed quid si ad uocatus tuus contra me sententiam in iuria reportauit, an contra eum fiat retorquutio (vt more nostrorum loquar) & Socinus, num. 10. & Alexan. nume. 16. & Iacobinus colum. fin. post Raynerium Guilielm. de Cuno, & Angelus, in. dicto. §. si procurator tenent quod cessat edictum idem Bart. in. l.1. §.1. & Cinus, in. d.l.1. in pr. quæstion. 13. ff. quod quisque iuris, & est communis opinio. quando aduocatus non fuit vsus falsis allegatiõibus, quod si falsis allegationibus vsus esset adhuc idem secundum Iacobinum, & Cinum, & Socinũ, vbi supra nume. 10. Contrarium tenet Raynerius Guilelmus de Cuno, Angelus, & Alexand. num. 16. in dic. §. si procurator, argumen. l.1.ff. de rei vendi. l.1.ff. si mensor falsum modum dixerit, & argumẽ. l.2.ff. quod quisque iuris quæ nihil facit quia loquitur in assessore qui ius dicit nos ĩ aduocato, & cum ea opinio contra aduocatum non probetur iure non est tenẽda. l.illam. C. de collati. præsertim in materia pœnali, argumen. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. l. penu. & fin. ff. de pœnis. c. odia de reg. iu. lib. 6. Præsertim quia ipse iudex tenetur ad illius damni emendationem, vt in pr. inst. de oblig. quę quasi ex male. nat. ergo non tenetur aduocatus, quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. c. bona fides de reg. iuris. lib. 6. l. qui bis. ff. de verb. obligat. pro nobis. d. §. si procurator. 1. respon. vbi quando dominus tenetur procurator liber manet, ergo cum hic iudex teneatur liber manebit aduocatus.

4 Illud autem notandum est procuratorem, vt cunque habeat mandatum generale etiam cum libera, nõ videri mãdatum

Aduocatus an teneatur edicto quòd quisq; iuris.

Procuratori non videtur mandatum ius iniquũ aut illicitum petere, cum cõi.

Procurator etiam cũ libera non videtur habere mandatũ ad id per quod dominus in pœnam caderet, cũ cõi.

datum habuisse ad talem actum faciendum, per quem dominus in pœnam incideret, licet ex illo actu delictum cõmune nõ argueretur, ita tenent Alex. Socinus, Iacobinus de Sancto Geor. & alij communiter, in. d.§. si procurator, est communis opini. secundum Cart. Iuni. ibi, colum. ii. ad fin. idem Curtius Iunior, consi. 149. nu. 9. firmat hanc esse communem opinio. estque communis secundum Ioannem Bap. in ęrario communi, verb. procurator. Denique licet pœna retorquutionis seu talionis non habeat locum cõtra aduocatum, vt proxime diximus, habet tamẽ locũ contra testem iniquum, ita probat, text. in. l.1. in. §. præterea. ff. de sicarijs, vbi p batur quod falsus testis in causa homicidij punitur tãquam homicida, si dolo malo deponat: & ita per illum text. tenet Bald. in. c.1. in. §. iniuria, de pace iuramen. firmanda, in vsi. feu. & in. l.2. C. de rebus creditis. Corset. in sing. incip. testis. et. 12. Iaso. in. l. & si. ff. nu. 5. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. & in. l. si duo patroni. §. fin. num. 5. ff. de iure iurando, in. §. item si quis postulante, numero. 64. instit. de actio. Bartho. Chas. in consuetudi. Burgund. rubri. 1. in titul. des iustices. foli. 14. colum. 3. nume. 15. pro quo est gloss. in cap. rex debet furta. 23. quæstione. 5. l. 26. titulo. 11. part. 3. & in. l. 83. Tauri. vbi tradunt Pal. Rub. Micha. Cifon. Gomezius Aries, 6 & alij communiter. Idem in accusatore nam accusans aliquem tenetur se inscribere ad pœnam talionis, probatur hæc regula, in. l. fin. C. de accusatio. & in authent, sed nouo iure. C. de adulte. per totum. C. & ff. ad turpilia. & de calumniatoribus, de iure canonico probatur in capit. 1. &. 2. 2. quæstione. 3. & in capit. 1. 2. &. 3. &. 4. 5. quæstione. 6. in capit. qui crimen. 2. quæstion. 8. de iure regio probat in. l. 5. &. 7. titulo. 20. lib. 4. fori. & in. l. 18. &. 26. titulo. 1. par. 7. & in l. 92. stili. & ita concludit Ias. in. l. transigere, nu. 3. C. de transa. & consi. 2. nu. 11. volum. 1. Alexand. in consi. 11. nu. 7. volu. 1. hanc dicit cõmunem opinionem. Mattheus de afflictis in const. Neapol. liba. rubri. 14. num. 49. & in eo. lib. rub. 21. numero. 5. facit egregius text. in. l. si quis in suo. in prin. C. de inof. testa. vbi etiam in causa ciuili ponitur pœna fere talionis. tex. elegans in auth. vt qui pro uim. homi. in rubr. & in nigro, quę iura vtinam ad vnguem seruarentur, vt esset tandem litium finis: sed isthæc pœna an tam in ciuilibus quàm in criminalibus locum habeat, & seruetur vsibus forensibus & cõsuetudine, tu videris, nam nec video accusatores pœna talionis puniri, nec etiam video, vt qui per calumniam mille forte à me petebat tantundem si non obtinuerit, sed per calumniam egisse detectus fuerit, de suo reddere mihi cogatur, sed vt leuibus pœnis de quibus in titulo. instit. de pœna temere litig. subijciantur, & non pœnæ talionis.

Denique quòd diximus procuratorem aut aduocatum ius iniquum impetrantes non teneri, quãdo dominus eo iure vsus non fuit limita. vt non procedat quando damnum fuit irreparabile, veluti si pro reo damnũ in actoris longam dilationem ipso reo inscio impetrarunt, quæ dilatio tandem reo adhuc inscio præterijt.

Talionis pœna testis tenetur, cum communi.

Talionis pœna tenet accusatorem, cum cõi.

1 *Procurator damnatus appellare tenetur iure ciuili, canonico & regio.*
2 *Procurator appellationem prosequi an teneatur dubia pugna.*
3 *Appellationis causa est eiusdem naturæ, cuius & principalis, ideo. & c. cum cõmuni.*
4 *Intellectus. l si actor. C. de appella.*
5 *Locatione prima finita tacita renascitur, si inquilinus perduret in possessione rei conductæ. cum comu.*

1 PRocurator cõdemnatus appellare tenetur, hoc est non solum potest sed etiã debet appellare, text. gl. et communiter Doct. in. l. in uitus'. C. de procura. tex. gloss. & communiter Docto. in. l. fin. ff. an per alium cau. appellatio. tex. & ibi gl. parua dum exponit possunt. i. debent, in. l. si actor. C. de appellatio. vbi ita tenent communiter Doct. Estque communis opinio. non solum de iure ciuili, vt. dd. ll. sed

Procurator dãnat' appellare tenet iure ciuili, canonico & regio

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam de iure canonico, vt tradunt cõmuniter Doct. in dictis locis, & cõmuniter canonistę, in c. nõ iuste de procurat. per tex. ibi dum ait potuit quoq; is, & debuit. Estque vera & communis opinio. etiam de iure regio, per. l. 3. titul. 23. par. 3. l. 23. tit. 5. eadem partita, & vtrobique per Gregorium Lupum.

Procurator appellationem prosequi an teneatur, dubia pugna. 2

Sed an teneatur prosequi appellationem, & gl. in d. l. fi. ff. an per alium causę ap. respõdet qđ sub iudice lis est, & reperio tres opiniones, prima opinio est existimantium, vt eam prosequi teneatur, hanc tenet, & firmat cõiter teneri Curtius Iunior, in l. Imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudic. nume. 117. qui ita intellexit gloss. d. l. inuitus. quæ gloss. in contrarium potius inclinat, & ita tenet Placenti. ibi.

Altera opinio est, vt non solum nõ teneatur, sed etiam si velit non admittatur, vt procurator quasi eius mandatum fuerit finitũ, licet admittatur tanquam quilibet de populo ad appellandum pro reo condẽnato. ita tenuit gl. in l. si actor. C. đ app. & qđ nõ admittatur etiã si velit, tenuit etiã & probat iure regio. l. 23. ti. 5. par. 3. vbi per Lupũ. Iacobi. nu. 13. in. d. l. inuitus, Bernal. Diaz de Luco regul. 610. verb. procurator. Tertia opinio est, vt talẽ appellationẽ nem prosequi inuitus non cogatur, sed spõte sua bene admittatur, & hæc pars de iure canonico indubitãter videtur procedere per. d. c. non iniuste de procurator. Idem de iure regio per. d. l. 3. titu. 23. par. 3. sed de iure ciuili communi dubia est, licet eam teneant glo. & communiter Doctores, in. d. l. inuitus gl. & communiter Doct. in. d. l. fi. ff. an p aliũ cau. appella. Grego. Lup. in. d. l. 3. titul. 5. part. 3. idem Gregor. in. d. l. 23. firmat esse communem opi. Salic. in. d. l. inuitus, num. 7. estque communis opinio, secũdum Alexan. ibi, nume. 14. tenẽt Odofredus, Cinus, Ioannes Faber, Bart. Aluericus, Bald. Angelus, Fulgosius, Paulus Castrẽ. Iacobinus, de Sancto Georgio. Ias. in. d. l. inuitus, tradunt communiter Doctor. in. d. l. si actor Innocentius Collectarius Ioann. Andræas Zabarela, Hẽricus Abb. Siculus, Ioan. de Imola, in. d. c. non iniuste. Nicol. Boër. decisio. 285. quæritur nunquid lite contestata, nu. 9. secundũ quem hæc est cõmunis op. est cõis secundum Iacob. vbi supra nu. 13. quid dicẽdum in principali quęstione de iure cõmuni, & quidem pro priore opinione quam cõmunem dixit Curtius, vbi. s. quæ habet, vt pcurator talem appellationem non possit modo, verum etiam teneatur prosequi, facit, nam mãdatum non suscipere cui libet liberum est susceptum autem cõ summandũ est, nec licet pœnitere mãdatario nisi re integra. §. recte insti. mãdati. Sed is qui ad certam litem procurator datus fuit litemque agere cœpit, non potest videri eam consummatam reliquisse ac perfecisse, nisi eam ad vltimam vsque sententiam peregerit, ergo, &c. quod autem eam litem aliter consummasse, & peregisse non videatur quam si vsque ad vltimam sententiam prosecutus fuerit, patet quia sententia appellatione rescinditur. l. 1. §. fi. ff. ad Turpil. ergo lis per talem sentẽtiam non solum non fuit peracta aut consummata imo nihil actum esse videtur, quando quidem quod actum erat veluti infectum redditur per talem sententię appellationem, præsertim cũ nihil actum esse intelligatur cũ aliqd supereat agendum. l. pen. & f. C. ad Sillania. & id pfectum esse videtur quod ex omnibus iuris partibus constat. l. 1. ff. de orig. iur. text. elegans vbi multa in simili per Bart. & Iaso. in. l. qui vsumfructum. ff. de verbor. obligatio. facit quia qui ad certam causam agendam vel pagendam mandatum dedit de tota ac integrali causa nihilo dempto intelligisse videtur, argum. l. si quis cũ totum ff. de excep. re iudi. l. qui vsumfructum supra alle. l. 1. §. interdum verbo totius. ff. de vsufru. accre. l. inde Neratius ver. solidum eod. ti. l. Meuio in pri. verb. totus. ff. de lega. 2. l. si separatim. ff. de conditionibus & demonstration. l. si pluribus. ff. de legat. 1. l. coniunctim. ff. de legat. 3. ver. solidam. §. si eadem res insti. de leg. §. vbi aũt cũ. §. seq. &. §. his ita. C. de cad.

de cad. toll. sed is q mãdatũ susceptit tota causam nõ peregit, ergo nõ dũ fecit q̃ faciẽdũ suscepit. Prętera negari nõ potest quin causa appellationis sit qua si pendens, & annexa ad causam principalem argum. l. eos in pr. C. de appel. ergo de eadem iudicandum est quod de causa seu instantia principali seu primęua, argum. l. 3. §. fin. ff. de iniu. rup. optimus tex. in. l. si quis hæres institutus. ff. de acqui. hære. dum ait quasi appendices præcedentis institutionis facit. l. 1. & 2. ff. đ peculio, facit quia accessoriũ naturam sui principalis sequi debet. c. accessorium de regul. iur. quinimo etsi causam appellationis non accessoriam sed subrogatam in locum causæ principalis seu primordialis dixeris adhuc eius naturam sequi deberet, quia subrogatum sequitur naturam eius in cuius locũ subrogatur. l. cum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cauti. plene per Iaso. in rubr. ff. de verb. obliga. Facit quia causa appellationis dicitur esse eiusdem formæ & eiusdem naturæ cuius erat causa pricipalis: & ideo si magistratus municipalis qui non habet merũ aut mixtum imperium, sed simplicem tantum iurisdictionem causam delegauerit, & à delegato ad ipsum delegãtem appellatum fuerit, ea causa appellationis dicitur esse simplicis iurisdictionis, sicut erat causa principalis: non autẽ dicitur esse meri aut mixti imperij, vt est communis opi. secundũ Curtium iuni. in. l. imperiũ. nu. 117. ff. de iurisdi. omni. iud. Pro nobis in specie tex. in. l. inuitus. C. de procura. cuius verus sensus est vt inuitus nemo alienã susciperę pcurationem aut defensionem cogatur, hoc amplius etiam si semel aliquam causam agendã suscepit non propterea ad alias causas diuersas agendas compellẽdus est, sed causam appellationis illius causæ principalis quã suscepit, bene cõpelitur peragere, vt hęc tria ibi pbãtur, ad idẽ. l. f. ff. an p aliũ cau. app. ibi eo cessante, nã ibi pcurator absentis appellauit, nec leue dubiũ erat an pcuratore cessãte dns posset causam appellatam prosequi quasi solus procurator posset, & de

Appellationis causa est eiusdem naturæ cuius & principalis, ideo &c. cũ cõi. 3

ciditur posse quando procurator cessauit, ergo si pcurator non cessaret dominus prosequi non posset.

Intell. l. si actor. C. de appella.

Tenendo istam partem tunc ad legem 4
si actor. C. de app. in qua repositum est vnicum fundamentum eorum qui cõtrariam partẽ tuentur, respondeo quod ex diuersis non fit illatio. l. fi. ff. de calũniatoribus: nec dubiũ est quin casus ille lõge differat à nostro, nam ibi loquit in actore nõ in pcuratore, & ibi in actore qui ordinatus fuerat à minoris tutore vel curatore, qui etiam si vellent nõ possunt ordinare aut dare procuratorẽ ad litem sui minoris, vt in. l. neque tutores, vbi tradunt gl. & communiter Doctores, nos loquimur in vero procuratore inter quos sunt plures differentię, vt per gl. mag. & Doct. ibi, & ad tollendam cõsequentiam sufficit dare etiam vnam instantiam, gl. in. l. si creditori. ff. de operis noui nuntiatione, quæ videtur communiter appel. vt aparet ex relatione Iason. ibidem. Possemus etiam has varietetes ad vnam consonantiam reducere hoc modo, vt procurator qui stipendium pepigerat, vel solitus erat similes operas suas locare, teneatur appellationem prosequi, & ita procedat opinio nostra per. d. l. inuitus, sed defensor qui neque mercedem pepigit prosequi non teneatur, sed etiam appellationem interponere, & ita procedat opinio contraria, &. d. l. fi. ff. an per alium cau. app. nam loquitur in procuratore absentis, & sic verosimile est quòd potius erat negotiorum gestor, quàm procurat. cum mãdato. Pro cõtraria tamẽ parte facit, nã facultas p aliũ agẽdi moribus ĩducta fuit, vt primũ pbatur inst. de is p quos agere possumus circa prin. id qđ postea & si legibus similiter receptũ fuerit seu approbatũ, vt p totũ. C. & ff. de pcura. tamẽ cum hoc moderamine receptum videbatur, vt causa tãtum primęua non etiam causa appellationis p procuratorem agi liceret, vel quod talis permissio videbatur intelligenda de prima tm̃ vice seu litis instantia vel causa, arg. l. boues. §. hoc sermõe ff. đ ver. sig. vel q̃ difficilius admittẽdũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

videbatur in causa appellationis, cuius damnum irrepabile erat quam in causa primęua, vbi damnum sententię per appellationem reparari facile poterat, donec tãdem admissum fuit, vt omnes causas tã ciuiles quam criminales per procuratorem regulariter agi fas esset. l.1.& per totum an causę appellationis per alium reddi possint. ff. iecũdũ, quæ mirum videri non debet, si qui mãdatum accepit ad causam agẽdam ad primam tantum causam nõ etiam ad causam appellationis peragendam mandatum recepisse videatur: id quod intellexit ita Accursius, in. l. si actor post alios supra relatos. C. de appellat. sed certe secundum hoc non esset liberum ꝓcuratori causam appellationis ꝓsequi etiam si vellet, cuius cõtrarium tenuit cõmunis op. ſ. relata per. d. c. non iniu. de procurat. Præterea cum iam hodie vtraq; causa tam primęua quam ppellationis per procuratorem agi possit, vt per totum an per alium ca. app. ff. non est cur in re dubia non videatur mandatum datum, & susceptum ad vtrãq; peragendam cum prima causa, & sententia per appellationis interuentũ rescindatur, & quasi infecta reddatur. d. l. 1. §. fi. ff. ad turpilia. Nisi dixeris procuratoris fauore receptum, vt mãdatum officiũq; susceptũ satis peregisse videatur per primæuæ causæ consumationẽ & appellationis interpositionem, quia cum mandatum esse debeat gratuitum vt inst. mandati. §. fi. l.1. & 2. ff. eod. titu. satisque superque esse debeat, si cui vel in paucis amici labore consulatur, durũ nimis ac inhumanum videretur si qui gratis mandatum amici causa suscepit non videretur officium peregisse, impleuisse satisque fecisse per primęuę causæ consumationem, & appellationis interpositionem, idque etiam ipsi mandati vtile videtur, quia cum per litis cõtestationem procurator fiat dominus litis. l. procuratoribus. C. de procuratorib. nec à domino possit remoueri, vt ibi satis durum videretur si saltẽ quo ad causam appellationis in quo maius periculũ vertitur (vt diximus) non liceret domino rem suam per se ipsum agere, cum vnusquisque rem suã quam alienam diligentius ac vtilius expediat. l.1. §. fin. ff. de carbonano edict. facit. l. 24. titulo. 5. part. 3. vbi Gregorius Lupus, in glo. si despues desso, denique magis esse videtur, vt officium procuratoris quod vtrinque vsque ad primam sententiam, & appellationis interpositionẽ est necessitatis (. 1. & procurator tenetur peragere, & eum dominus sine causa reuocare non potest. d. l. procuratoribus. d. l. 24.) postea quo ad secundam instãtiam seu causam appellationis, videatur esse voluntatis etiam vtrinque, nam & per dominum poterit reuocari, & ipse procurator vltro poterit etiam non reuocatus abstinere, argumen. d. l. fina. ff. an per alium cau. d. l. inuitus. C. de procuratorib. d. l. si actor. C. de appellatio. d. l. 24. quasi mandatum illud non tam abinitio ad vtranque causam datum quam ex post facto tacite ꝓgatum videatur, si nõ reperiatur nominatim vel repudiatũ è procuratore, vel reuocatum à domino, vt in simili dicimus quod finito tẽpore conductionis domus, si in domõ conducta inquilinus perseueret tacita quædam reconductio hinc inde inducitur. l. legem. C. locati. Alexã. consil. 1. lib. 2. idem Alexan. cons. 76. lib. 5. Socinus consil. 17. prosequendo lib. 3. & ita videtur tenendum per tex. in. d. c. non iniuste de procurat. & quia ista est magis communis opi. & quia vsibus forẽsibus ita receptum est, quod diximus ꝓ curatorem nõ teneri ꝓsequi appellationem, limitatur quater per Iasonẽ in. d. l. inuitus. plenius per Boërium decisio. 285. per Gregoriũ Lupum, in. l. 23. tit. 5. par. 3. & ĩ aliis locis supra allegatis. Panor. cõsi. 7. primum lib. 2. Oldra. cõs. 308. quia bos & consilio. 317. Seneca.

Locatione prima finita tacita renascitur, si inquilinus perduret in possessione rei conductæ cum cõmu.

1 *Sententia an sit ferẽda in procuratorem assumptum post litem contestatam, ingens pugna.*

2 *Procurator si fuit assumptus lite iam contestata, sententia potest ferri in eum vel in dominum, vel in vtrumque, de iure ciuili.*

3 *Sententia an sit ferenda in procuratorem, de iure canonico.*

4 *Procurator rei an in criminalibus possit damnari.*

Postquã

Sententia an sit ferenda in procuratorem assumptũ post lit. cont. ingẽs pugna.

1 POstquam lis cõtestata fuit, transitum fecit in procuratorem, cum per dominũ tãtum inchoata fuisset, dubiũ est an sententia ferri debeat in personam procuratoris, an vero in personã domini? & sunt tres opiniones. Prima est existimantium procuratorẽ esse cõdemnandum non etiam dominum, ita tenent gl. & Doct. in. l. 1. C. de sentẽtia. per tex. ibi. gl. & Doct. i. l. nihil. C. de ꝓcurato, gl. & doctores, in. l. si quis cum procuratorio nomine in pr. in glos. 1. ff. eod. tit. gl. & Doct. in. l. licet. §. si plures verbo ad iudicationes eod. tit. tenet, et firmat esse communem opi. Bal. in. d. l. 1. C. de senten. nu. 11. versi. breuiter. Socinus, in regu. 316. verb. procurator tenet, & firmat esse communẽ opi. Alex. nu. 3. in. d. l. nihil. vbi etiam Ial. hãc partem sequitur, & firmat esse communẽ opi. tenet Bar. in. d. l. 1. glo. i verbo cauere, in. l. qui procuratorio in pr. cũ qua transeunt Doct. ibi. ff. de procura. glos. mag. cũ quatraleunt doct. ibi in. l. liberto. §. si per tex. ibi. ff. de nego. gest. Nicolaus Boërius, decisio. 285. quæritur nũquid lite contestata. nume. 2. Iacob. de Raue. in. d. l. 1. C. de sententijs.

Contrariam partem, vt ipse dominus non etiam procurator condemnãdus sit, tenent non pauci relati in locis supra allegatis, & fuit opi. Martini relati in plerique earum glosarum quas supra retulimus, & hanc opi. sequitur, & firmat esse communem Panormi. in. c. cum te de re iudic. nume. 4. col. 2. versi. quid autem si iudex, & hæc seruatur in causis tam in spiritualibus quam tẽporalibus in regno Franciæ secundum Boërium vbi supra.

Tertia fuit opinio, vt vterq; tam dominus quam procurator ꝑdemnetur, & hæc vsibus forensibus recepta est secundum glos. in. d. l. 1. C. de sententijs, & tradit etiam glos. in. c. quereiam de electione, & iam appellat communẽ theoricam Panormi. in. d. c. cum te. nu. 4. sed de iure ciuili ꝓ prima opinione facit. l. liberto. §. fin. ff. de nego. gest. vbi etiam defensor qui interfuit post litem contestatam cõdemnatus fuit, ergo lõge facilius idem admittendum in procuratore. Deinde facit. l qui proprio in pr. ff. de procurato. vbi etiam si ꝓcurator post litem à domino contestatã interfuit, dominus pro eo cauere debet, quorsum ergo dominus ꝓ suo procuratore caueret nisi quia ipse procurator non etiam dominus veniebat condemnandus. Tertio facit. d. l. 1. C. de sententiis, vbi sententia esset ipso iure nulla si non procurator sed dominus qui in litis nulla parte interfuit damnatus esset. Quarto facit. d. l. licet. §. si plures. ff. de procuratoribus, secundum quod ibi inducit Accursius. Quinto facit. dic. l. si quis cum procuratorio, in pr. ff. de procuratorib. dum ait, si quis cum procuratorio nomine condemnatus esset: ergo procuratorio nomine ꝓcurator ipse non autem dominus condemnatus fuit. Sexto facit. l. furti. §. si quis alieno. ff. qui notantur. infam. vbi, vt quis ex ſnia infamis nõ fiat cõsilium est, vt litiget ꝓ procuratorẽ tunc enim euenturũ, vt ꝓcurator si dãnatus fuerit, infamis neuter fiat, nõ quidem dns quia ipse ꝑdẽnatus nõ fuit, nõ quoque ꝓcurator quia alieno noĩe, & culpa dãnatus fuit cũ ipse inculpatus esset, ergo ꝓ cõstãti habet iure cõsultus qui ĩ. l. furti. §. si quis alieno. ff. de infamibus: hoc consilium dedit condemnandum esse procuratorem, non etiam dominum. Septimo facit secundũ Alex. in. d. l. nihil. C. de procura. quia in iudicijs quasi cõtrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu lio, sed in contractibus qui ad alienam vtilitatem contrahit non in illius sed in suamet persona verba obligatiua cõferre debet, aliter enim inanem actum illum efficiet. l. quęcunque gerimus. ff. de act. & oblig. l. quo tutela. ff. de regul. iur. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. oblig. & ead. l. §. si stipuler. §. alteri, insti. de inuti. stipul. tradunt plene Bart. Alex. & Iaso. in dicto. §. si stipuler, & in, d. §. alteri. Octauo facit. d. l. nihil. C. de procurat. vbi lis ad procuratorem vtrum postquã per dominm contestata fuerit, an vero antea trãsitum fecerit nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

interest.Si ergo verum est quòd nihil interest, sequitur quod quemadmodũ si ab initio per ipsum procuratorem citra domini interuentum inchoata, & peracta fuisset ipse & nõ dominus cõdemnandus esset,ita quoq; & si postq̃ à domino cœpta fuit,trãsitum fecit ad procuratorem, quia aliter illa vniuersalis oratio negatiua non verificaretur contra.l.si is qui ducẽta.§.vtrum.ff. de reb.dub.l.Iulian.ff.de leg.3.l. si chorus, eod.tit.Sed & pro secunda opi. vt dñs possit condemnari,est tex.in.d.l.furti. §.si quis alieno.ff.de insam.secundũ q̃ eum tex. accommodauit Iaco. Butrig. & Paulus,in.d.l.nihil,licet contrarium velint ibi:Bal.Salice.& Alex.nu.3. supplendo hanc vocem maxime, quæ interpretatio intolerabilior duriorq; est quam nostra confutatione egeat. Tertiam opinio.vt vterq; etiam iure ciuili damnari possit,probatur,ĩ.l.liberto. §. pe.&.fi.ff.de nego.gest. Sicq; etiam de iure ciuili teneo q̃ alteruter vel vterq; possit damnari,vt omnium concilientur opiniones.Iure autẽ canonico sunt tres q̃munes op.prima,vt solus dñs, secũda,vt solus p̃curator, tertia,vt vterque tam dominus quam p̃curator possit damnari, ita firmat cõmuniter tenẽri,Alex.in.d.nu.3.firmat esse q̃munem opi.Abb.nu.4.in.c.cũ te de re iudi.tradunt glo. & cõmuniter doct.in.c.suscitata de in integ. resti.gl.& cõiter doct. in.c.querelam de electio. Boër.ius decisione.285.nu.2.Roman.sing.20.In criminalibus cõmunis op. videtur esse vt dominus damnetur secundum Boërium ibi:nu.3.Iacob.de Rauena, & Cinus,in l.1. C. de sententijs, in ciuilibus tamen Hispaniæ practicatur,vt tam dominus quam procurator condemnetur.

Procurator si fuit assũptus lite tã contest. sẽtia potest ferri in eũ vel in dñm vel in vtrũque de iure ciuili.

Sẽtia an sit ferenda an ĩ p̃curatorem de iure canonico.

Procurator rei an ĩ criminalibus possit damnari.

1 *Procurator quando in crimine publico admitti nequit,si de facto admissus fuerit, an processus sit nullus,ingens pugna.*
2 *Conditiones resolutiuæ sæpe subintelliguntur à lege, sed non impediunt acquisitionem.*
3 *Testamenti annullatio inducitur ipso iure filiof. præterito,sed sub conditione resolutiua,cum cõmuni.*
4 *Legitime supp. inducitur ipso iure, sed sub conditione resolutiua.cum cõmu.Compensatio inducitur ipso iure,sed sub conditione resolutiua.cum cõmuni.*
5 *Conditio resolutiua non impedit acquisitionem, cum communi.*
6 *Membrorum suorum nullus est dominus.*
7 *Verbum non posse,inducit nullitatem ipso iure.*
8 *Beneficium abijcere interdum non possumus.*
9 *Processus factus cum persona inhabili vel vetita, est nullus ipso iure.*
10 *Processus factus cum minore vigintiquinque annis. est nullus ipso iure.*

Quid dicendum, & quidem pro parte negatiua, vt talis ſcientia & patientia domini non habeatur pro mandato. facit.l.ſicut.§. non videtur.ff. quibus modis pignus, vel hipothe. ſoluitur. in pri. reſp. vbi etiãſi debitor rem mihi pignoratã me ſciente & patiente vendiderit, adhuc mihi non obeſt, nec videor ius meum remittere, niſi etiam inſtrumentũ tacitus, ac callidus ſubſcriberem, vt ibi in.2. reſp. ad idẽ.l. Cayus. ff. de pigno. act. vbi teſtator rem mihi obligatam legauit, & eo teſtamento teſtis adhibitus fui, ſed per hoc ius meum lęſiſſe, aut remiſiſſe nõ videor. Tertio facit. §. ſin autem ad deficiẽtis. C. de cad. tollen. dum ait, quodſi teſtator voluiſſet, dixiſſet, ergo & is dominus quo de agimus, ſi voluiſſet, vt ille amicus rem, litemque ſuã ageret, dixiſſet nominatim. Quarto facit, quia in re dubia quiſque vetare præſumitur. l. qui vas. ff. de furtis. Quinto facit text. notab. in. l. fin. in fin. verſi. quare. C. de pact. dum ait, Quare enim, &c. & verſic. Iubemus. dum ait, cùm in alienis rebus, contra domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci, ſecta meorum temporũ non patiatur. Sexto facit quia

4 mandatum videtur eſſe ſtrictiſsimè interpretandum, præſertim cùm agitur de præiudicio mandantis. l. diligenter. ff. mandati. §. item is qui exęquitur. inſt. eod. titu. Id quod ſi in mandato expreſſo, certo, & indubitato procedit, vt ibi quanto magis in eo quod certũ non eſt, ſed tantum coniecturale, vt hic. Septimo facit quia in hac re agitur de magno præiudicio, quia qui actionem habet, ad rem ipſam habere videtur. l. qui actionem. ff. de regulis iuris. Vnde in lite inferenda, cùm de magno præiudicio agi videtur, ſiue quis agat, ſiue defendatur, adeo vt ſiue cùm reus eſſet litem perderet, ſiue cùm actor eſſet, eam parũ ſtrenuè intulerit, ac ſequutus fuerit, iſſuum alienaſſe, ac prodegiſſe videatur. l. 1. §. quodſi in lite. cum. §. ſequẽ. ff. ſi quid in fraudem pater. At ſuum prodigere velle, ac diſsipare nullus præſumitur. l. cũ de indebito. ff. de probat. Octauo facit per totum in rubro, & in nigro. C. res inter alias actas. Nono facit. l. 1. & ferè per totum. C. quibus res iudi. non no. Decimo facit. l. nec filius. C. de rebus credi. ibi nec litigando, vbi etiam coniunctiſſima perſona, litigando ſine expreſſo mandato nihil egiſſe videtur in præiudicium, licet agebatur de re patris, & pater, & filius, vna, eademque perſona reputetur, & vtriuſque vnum patrimonium videatur. l. in ſuis. ff. de lib. & poſt. l. fi. C. de impub. quanto ergo minus extraneis id licebit, vt hic faciunt multa iura, quę cumulat glo. in.d.l. neq; filius, & quæ not. Decius conſil. 58. & pro tenui. Vndecimo facit per totum. C. ne filius pro patre & per totum. C. ne vxor pro marito, & l. ſi quis i ſuo. §. legis. C. de inoff. teſt. Duodecimo facit quia ſpeciale eſt, vt ex longa temporis diuturnitate iũcta cum arctiſsima ſanguinis cõiunctione, & ſcientia, & patientia præſumatur mandatum, & etiam quod ſit materia plerunque vtilis & lucratiua (qualis eſt hæreditas. l. hæreditatem. ff. manda. & .l.1. C. de imponend. lucr. deſcriptio. lib.10.) ergo ſi hæc quatuor requiruntur quorum pleraque aut forte omnia hic ceſſant, ceſſabit & mandatũ præſumptum, vt in. l. filiusfa. C. de petitione hęreditatis. ad idem. l. ſæpe. ff. de re iudic. per locum ab ſpeciali, nam ibi enumerantur caſus in quibus alter meo nomine

Mãdatum ſtrictè interpretãdum.

nomine agere poteſt, ita vt mihi obſit, & inter illos caſus iſte quo de agimus non reperitur. Quinimo & ratio in caſibus ibi expreſsis lõgè diſtat à ratione noſtra. Et præterea ibi ille qui agebat, quique nobis obfuit, nõ nomine noſtro, & ad noſtram vtilitatem, ſed tantũ nomine ſuo, & ad ſuam vtilitatẽ agebat, & in eo tantũ nobis obfuit, quòd cum ſecundo loco à lege eſſet ad agendũ inuitatus, ageret que me qui pro loco inuitatus erã, ſciente & diſsimulante, quaſi locũ ei feciſſe videor, & à iure meo deſtituſſe, ac abſtinuiſſe. Simile in. l. filio prętertio. ff. de iniuſto rupto. Nam cum plures ad aliquod ius à lege ordine inuitantur, qui poſteriorem ſcit agere, idq; tollerat & patitur quaſi ab illo iure deſtitiſſe, ſeu abſtinuiſſe videtur, vt pleniſſimè per varia exempla tradit And. Tiraq. de reuo. dona. in. l. ſi vnquam. verb. reuertitur. in pr. per quamplures. col. 14 Adidem. l. filiuſf. §. inuitum. ff. de procura. vbi in hac materia inuitum intelligere debemus eum eſſe, qui nominatim conſenſiſſe non probatur. Facit &. 15. c. 6 quanuis. de re iudi. & plura iura quæ allegat gl. in. l. filiusf. ſ. all. d. §. inuitum. ad. c. cùm olim. 1. de offi. delega. l. f. ff. quod cum eo. c. f. de iureiu. lib. 6. auth. ſi qua in prouincia. vbi de crimi. agi oport. l. 1. §. magiſtratuum. ff. de exercit. l. qui patitur ff. mand. Iulianus. ff. qui ſatiſd. cogan. l. ſemper qui non prohibet. ff. de reg. iu. Reſponde quòd loquuntur in caſibus longè diuerſis: ex diuerſis autem nõ fit illatio. l. f. ff. de ſepara.

Procurator ſi ſciẽte & patiente dominoexceſſit fines mãdati, augetur mandatum cum cõmuni.

Tenendo iſtam partem negatiuam, 5 eam limita, vt procedat quando ille qui meo nomine agebat, erat omnino falſus procurator, non ſic ſi mandatum habebat, & domino ſciente, & patiente fines mandati exceſsit, tunc enim mandatum ad illud quoque porrectum tacitè videtur, argu. l. f. ff. quod cum eo. eſt tex. à contrario ſenſu, in. c. cùm olim. 1. verbo. protinus contradixit. de offi. delega. vbi ita ſentit gl. magn. in pri. quam in hoc ſequuntur communiter doct. ibi & eſt comu. opi. ſecundum Alex. qui idem ſequitur in. d. l. ſæpe. de re iudic. nu.85. verſ. & ex his vlti. loco dictis, Anto. in. c. cæterùm. col. fi. de iudi. tradunt communiter doct. in. c. f. de iureiu. lib. 6. Imo. in. d. l. ſæpe. nu. 22. cum ſeq. And. de Iſernia in. c. imperialem. §. pe. de prohi. feudi ali. per Frederi. Imo. in. d. c. ex parte decani. de re iudi. Dominic. in. c. qui ad agendum. de procu. lib. 6. Imo. in. l. 2. §. voluntate. ff. ſol. matrimonio. Cuius rei ratio illa eſt, quòd id quod nihil eſt, non recipit augmentum, quia ex nihilo nihil fit, ſecundum Philoſophum, ſed quod eſt aliquid, facile recipit augmentum, & extenſionem. l. ſed etſi manente. ff. de precario. l. priuatorum. C. de iuriſdi. omnium iudi. iuncta. l. 1. eod. tit. l. 1. & 2. cum ſua gl. ff. de acq. hære. Vnde quando reuera nullum interfuit mandatum ex ſcientia, & patientia domini, non contingit augmentũ, vel noua mãdati creatio, quando vero mandatũ ad aliquid interfuit, id mandatum facilius ad alià rem ex ſcientia & patientia domini extenditur optimum. Simile in. l. legem. C. locati.

Coniunctus ſi ſciẽte & patiente cõiuncto egerit mandatum, tacitè inducitur cũ cõmuni: ſicque cautio de rato neceſſaria non eſt, nec etiam domini ratihabitio, cum cõmuni: ſed nos in his tribus tenemus contra cõmunem.

Secundo limita, vt non procedat inter coniunctos: nã coniunctus non ſolùm defendere coniunctum etiam ſine mandato poteſt, ſed etiam pro eo, eiuſque nomine agere poteſt, dummodo caueat rem ratam dominum habiturum. l. ſed & eæ perſonæ. in pr. &. §. defendere. &. §. pe. &. f. ff. de procur. l. exigendi. C. eodem titu. l. 10. titu. 5. par. 3. vbi per Gregorium Lupum, ad quam regulam enumerat. 5. ampli. &. 17. limi. Iaſ. in. d. l. exigendi. & alias plures limit. & ampli. accommodant Alexand. ibi & Petrus Due. regula. 123. & Bernar. de Luco. regula. 129. Felinus in cap. coram. nume. 3. de officio delegati. Id quod intellige, quando iſte cuius negotia per coniunctum gerebantur, id ignorabat: nam ſi ſciebat, & tacitus patiebatur litem nomine ſuo inferri, & exerceri, tunc ex iſta ſcientia, & patientia tacitum mandatum arguitur, & præſumitur, & conſequenter is coniunctus cautionem de rato præſtare, neceſſe non habebit, & licet tali ſcientia, & patientia ceſſante, iudicium actum per

Universidad de Deusto
Biblioteca

talem coniunctum exigeret domini ratihabitionem, vt ex communi opinione resolut Iaso.in. d.l.exigendi, limitatione. 12. C. de procurato. tamen per interuentum huiusmodi scientiæ, & patientiæ euenit, vt ea ratihabitio necessaria non sit, non magis quàm si mandatum expressum interfuisset, & in specie, vt ex tali scientia & patientia mandatũ domini, cùm coniunctus eius nomine agebat, præsumatur, vel quasi à lege fin 7
gatur, tenent Alex.in.d.l. sæpe. ff. de re iudi.nu.88.vers. secundò potest saluari. Cinus in.l.inuitus.q.1. C.de procu. Anto. & Imolin.c.ex parte.de cani.de re iudi.Imo.in.d.c.cùm olim.idem in.d.§.voluntate. Anto.in.c.quanuis de re iudi.& ista est cõmu. opi.secundum Alex. vbi. ŝ.per.l.in adoptionibus, ibi vel consentiendo, vel non contradicendo.ff.de adopti. vbi si filium meum tibi in adoptionem dabam, filij ipsius cõsensus exigitur: consensus autem ipsius interfuisse videtur, non solũ quando expressim consensit, sed etiam quando non cõtradixit, cùm sciret id quod agebatur: sicque vbi est illa cõiunctio personarum, taciturnitas illa pro consensu est. Sed certè ex diuersis non fit illatio.l. fi.ff.de calum. & quàm longè distet materia adoptionis ab ista nostra materia litigãdi in iudicio, nullus nõ viderit, & in nostra materia de indiuiduo, ac in specie videmus, quòd tacens habetur pro cõtradicẽte.l.si filiusf.§.inuitum.ff.de procura.cũ mille similibus.ŝ.allegatis: quinimò etiamsi res ageretur inter coniunctissimos, adhuc tacẽs non habetur pro consentiente, sed pro cõtradicente: nã omnium cõiunctionum arctissima est filiatio.l.1.ff.de gradibus.in pr.inst.eod. tit.& tamen filius litigando nomine patris, ei nocere non potest.l.neque filius. ibi nec litigando. C. de rebus credi.qui 8
tex.de quo scribentes.ŝ.citati, non vidẽtur meminisse, tam apertè hanc partem probat, vt nullum relinquat disputationi locum, nec dicatur eo duntaxat casu illum tex.procedere, quãdo pater quod filius agebat ignorabat: nam id esset eũ tex.miserè restringere cõtra.l.præcipimus.C.de appell.Idẽ euidentius probat d.l.nec filius. 2. resp. dum ait non aliter patri prẽiudicũ generari, quàm si quod patris nomine filius litigauerat, ipse pater ratũ habuerit, ergo nõ videbatur tacitũ præcessisse mandatũ: nam si præcederet ratificatio superflueret.& vi.Aymonẽ, qui communem sententiã sequitur de anti.temp.par.1.ver.quarto limitatur.nu.58.

Amicus pro amico sine mandato agere nequit cum cõmuni, limita quando amicus id ignorabat se cus, si sciret, secundum quosd. nescõtra.

Quid autẽ in eo qui esset summa amicitia coniunctus, an sine mandato amici nomine agere posset, & quidem domino ignorante? cõmu. op. est non posse, licet multi teneant contrarũ, vt per Iaſ.in.d.l.exigendi.C.de procur. ampli. 4.nu.6. Sed domino sciente & patiente sunt qui velint posse, ita Petrus & Cinus in.l.inuitus. C.de procurat. per.l.latæ culpæ.§.amicos.ff.de verb.sign. Anchara.in clẽm.1. de procur. sed contrarium tenent Dominic.in.d.c.qui ad agẽdum.de procu.libr.6. Imola in.d.c.cùm olim.idem in.d.§.volũtate.l.2.ff.sol.matrimonio. Alex.nu.88.in.d.l.sæpe.

Coniunctus facta cõiuncti scire præsumitur.

Quid dicendum, & quidem eandem pietatem, & consequenter parem iuris rationem admittendam esse in amico, qui summa pietate cõiunctus esset, quę admitteretur in coniuncto ratione sanguinis, æquissimũ nobis semper visum est, & etiam receptissimum puto, vt pluribus, ijsdemque receptissimis iuris speciebus tradit & ornat disertus Andreas Tiraquel.de reuo.dona.in.l.si vnquam. verbo libertis.nu.102.cum plur.sequentib.C. de reuo.donat. Alexand.& Iaso. in.d.l.exigendi. Verùm cùm scientiã & patientiã domini pro mandato minimè haberi, etiam in coniunctis ratione sanguinis tenuerimus per.d.l.nec filius. multo facilius idem in coniunctis ratione amicitiæ defendẽdum erit, quòd eo magis iustificatur, quod coniunctus ratione sanguinis præsumitur in re dubia scire facta vicini & consanguinei. l. Octaui.ff.vnde cogn.l.si vicinis. C. de nupti.l.de tutela de in integrum resti.minorum.l.si ita..ff.de fundo instr.c.quãto.c.quosdam.de præsump.Deci.consi. 29.nu.8.idẽ consi.206.gratus.cõs.25.nu. 7.&

7.& cons.51.nu.4.lib.2.Ale.cons.113.lib. 2.Purpuratus.in.l.1.nu. 91.ff.si cert. pet. & ibi per omnes Pet.Du.reg.125. Vnde licet in terminis.d.l.nec filius.pater prę sumatur scisse, quòd filius eius nomine agebat, adhuc tamẽ non videtur mandatum dedisse, nec sibi gestum per filiũ nocere potest, nisi ratum postea habuisset, vt ibi. Denique dictum Innocentij.ŝ.improbatum saluat Alex.in.d.l.sæpe.nu.87.cum seq. in decẽ casibus, quẽ vide, quia non in omnib.beneloquitur.

Adde quòd vltra.ŝ.allegatos Aymõ Crauet de antiq.par.1.vers.quarto limitatur, nu.58. Teneti (& malè vt nobis videtur) quòd præsumitur mandatum ratione amicitiæ, in terminis quæstionis præcedẽtis. Verùm dum ait quòd si sint socij alicuius negotiationis, vel etiam omnium bonorum, & in libro societatis, quid per vnum ex ipsis scriptum reperiatur, id de mandato quoque aliorũ scriptum videtur, allegat in simili Socinum, cons.291.col.8.vers. præterea.libr. 2.Alexand.cons.186.lib 2.Paulum con. 314.col.2.libr. 2. Dic id fere in terminis probari per text. quem ipsi non allegãt in.l.f.ff.quod cum eo.idque est notandũ ad ea quę semper scripta reperiuntur in libris mercatorum.

Denique redeundo ad materiam de coniuncto, qui nomine coniuncti agebat, an ei nocere possit, cùm (vt.ŝ.oſtendimus) etsi coniunctus factum coniuncti scire præsumatur, adhuc tamẽ filius litigando patri non noceat.d.l.neque filius.C.de reb.credi.sequitur quòd ea patris scientia non induxit tacitum mandatum. Vnde generaliter dicendum est quòd sententia lata contra filium, non nocet patri, nec filius, etsi coniunctissimus sit patri, cẽlebitur eius procurator. l.neque filius.C.de rebus credi. vbi probatur hoc apertè: nam sententia lata cõtra procuratorem, nocet dño.l.si procurator.ff.de procura.l.etiam.C.mand.cũ simi.sed ibid.dicitur, quòd filius litigando nõ nocet patri, ꝙ exponit glo.1.iuccumbendo: & sic de necessitate debuit exponi: nam si non succũberet, non esset dubium, nec esset in quo noceret: cũ

Filius nõ dicitur procurator patris. 9

ergo sententia lata contra filium nõ nocet patri, ergo non dicitur procurator, (nec obstat.l.sed & hæ.in prin.ff.de procura.vbi dicitur, sed & hæ personæ procuratorum, &c.& sic appellatur ibi procurator, quia intelligitur ibi procurator.ſ.impropriè.& ita ibi glo.1.notabiliter exponit, quam approbant Doct.) istud etiam probo, nam procurator dicitur, qui mandato dñi negotia administrat.l.1.in pr.ff.de procura.sed iste non habet mãdatũ, vt patet, ergo, &c.& istã rationẽ ponit Bal.in.l.1.C.quibus res iudi.non nocet. Tertiò pro hoc est tex.in l.1.C.quibus res iudi.nõ nocet: & ibi notabiliter per Pau.de Castr.in fi.& illum tex.dixit notabilem Abb.in.c.quanuis. 1.col.5.q.extra.de re iudi. Quartò, pro hoc allegatur tex.singularem.in.l.3.§.stipulationem.ver.sed etsi fortè.ff. iud.solui.vbi tex.dicit, loquẽdo in coniunctis personis: quod enim eis agere permittitur, edicto prætoris non facit eos procuratores, & illum text.signat ibi Bart. illum etiam dicit notabilem Bald.in.l.1. 4.col.C.de actio.& obliga. & notabiliter Abb.in.d.c. quanuis.ŝ.q. Nec obest, si dicatur quòd iste habet mandatum à lege, cùm sit coniunctus, patet quia admittitur sine speciali mandato.c. ex parte decani.cum vulgar. de rescrip. ergo dicitur procurator. resp. quòd hoc non sequitur: nam licet ei permittatur agere non tamen habet mandatum à lege, nec speciale, nec etiã generale, vt probatur in.d.5. sed etsi fortè. dum dicit, quod enim eis agere permittitur, aliud enim est permittere, aliud mandare, vt patet ad sensum, & ita notabiliter dicit Bal.in l.Senatus. C.qui accusa.non poss.in pri. Probatur quintò ex eod. §. alio modo. in vers.sed etsi fortè iunctis præcedentibus, vbi probatur, quòd magis operatur mandatum generale, quàm cõiunctio personarum, ergo coniunctæ personæ non habent mandatum etiam generale, & sic non sunt procuratores. Et ex his ego dicerem, licet non inueniam quòd statutũ faciens mentionẽ de procuratore, non comprehenderet cõiunctã personã. Probatur apertè, quia sta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuta debent intelligi propriè. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. & ibi Bar. & in. c. in nostra. de iureiur. cum simi. sed coniuncta persona dicitur impropriè procurator, vt probaui, ergo non comprehenditur.

Procurator in rem suã est impropriè procurator.

10 Secundo, notabiliter probo, procurator in rem suã dicitur impropriè procurator, vt est glos. valde notabilis, ī. l. 1. in prin. glo. magna. ff. de prò cura. quam ibi approbant doct. cui addo similẽ, in. l. non solum. in pr. in gl. magna. eo. ti. Modo sic dicit Bal. in. l. 1. 4. col. in me. C. de actio. & obliga. quod in statuto facientem mentionem de procuratore, non cõprehenditur procurator in rem suã, ergo ead. ratione nec coniuncta persona.

Procurator in rem suã non continetur in statuto de procuratore mentionem faciente.

11 Tertio hoc suadetur: nã eò ipso quod est actio alicui cessa. per hominẽ videtur, sibi mandatum exercitium directũ, vt per Bal. in. l. 1. 4. col. in pr. C. de actio. & oblig. secus in cessione legali, vel statutaria, vt ibi per eũ, & probatur in. l. ex legato. C. de leg. & in. d. l. fi. C. quãdo fi. vel priua. & in. l. emptor. C. de hæred. vel actio. vende. sic dicamus in proposito, vt non comprehendatur procurator admissus per. l. licet comprehendatur admissus per hominem, & est coloratum fundamentum.

Istud tamen ego intelligo singulariter, nec inuenio per aliquẽ in specie tactũ. s. quod sit verum in statuto odioso, vel saltem non fauorabili, secus in statuto fauorabili, loquente de procuratore, in quo dico cemprehendi etiã coniunctã personã, licet impropriè dicatur ꝓcurator, & idẽ dico ead. ratione in procuratore in rem suam, vt cõprehendatur in statuto fauorabili faciẽte mentionẽ de procuratore, licet dicatur impropriè procurator, vt. s. dixi. Et idẽ diceré in illo qui admittitur ad appellãdũ pro alio in causa capitali, iuxta. l. non tãtum. ff. de appell. vt cõprehendatur in statuto fauorabili faciente mentionẽ de procuratore, licet dicatur procurator impropriè.

Coniunctio personarum niloperatur in requirentibus specia le mãdatũ.

12 Secundo nouissimè põdero istũ tex. in. d. l. neq; filius. quod in requirẽtibus speciale mandatũ nihil operatur cõiunctio personarũ, patet, quia iuramẽti delatio requirit speciale mandatũ, vel generale cũ libera. l. iusiurãdi quod ex cõuentione. §. fi. cum cõcor. ff. de iur. iu. & tamẽ dicitur quòd filius non potest deferre, & si deferat, nihil agit, ergo in requirẽtibus speciale mandatũ non operatur coniunctio personarũ, etiãsi sit filius, in quo magis videbatur posse hoc fieri, quàm in alijs, per notata plenè per Ias. in. l. filius. in pr. C. de pactis. Secundo pro hoc allego text. expressum in. l. 1. C. si in cõmuni. eadẽque causa in integ. resti. postu. vbi dicitur quòd ius sororitatis, vel fraternitatis, nihil operatur, quo magis frater possit transigere in causa cõmuni sui & fratris, cùm in ea requiratur speciale mandatũ. l. transactionis. cũ si. C. de transac. imò à fortiori pondero nouiter illũ tex. quòd in requir entibus speciale mandatũ nõ operatur coniunctio personarũ, etiãsi cõiunctus habeat ius à cõiũcto in re de qua agitur, vt probatur ibi, vbi frater non potest transigere super re cõmuni sibi & fratri suo. Videbatur contrarium: nam si habens rem communem cum alio, potest de sua parte disponere, etiam ante diuisionem inuito, vel ignorante socio. l. dudum. C. de contrahen. empt. l. ante diuisionem. C. de iure doti. l. portionem. C. de donat. l. falso. C. de communium rerum alienat. l. 1. C. qui testament. fa. possũ. cum simil. Videbatur quòd coniunctio personarum aliquid adderet, cuius contrarium, ibi dicitur, solutio est facilis.

Et ex hoc infero extensionem ad illa iura cum concordantijs, vbi dicitur, quòd ratione partis non potest quis disponere de toto, quoad prẽiudicium socio generandũ, cùm etiã de parte propria videbatur nõ posse disponere, ratione cõmuni. d. l. 1. qui test. fa. possunt illa iura procedunt etiãsi habẽs partem sit cõiunctus: nã etiã ille nõ potest disponere de alia parte in prẽiudiciũ cõiũcti. d. l. 1. C. si in cõmu. quod est satis notãdũ, & ꝓbatur aperte, quia speciale reperimus in fisco, ꝙ rõe partis põt ꝺ toto disponere. l. 2. C. ꝺ cõmu. rer. alie. ergo in ꝓtrariũ est ius cõmu. & quia casus excepti

excepti firmant regulam in contrariũ. l. nam quod liquide. §. fi. cum simil. ff. de penu. lega. & propter ista perpetuo nota illum tex.

Tertio pro ista parte allego tex. in. l. tranactione matris. C. de transact. vbi mater quę est coniuncta persona, non potest transigere in causa filij, quia est causa quę requirit speciale mandatum, & si dicatur ibi: nimirum cũ agatur de causa status, vt ibi patet, respondeo & dico quod idem in quacunque alia causa, etiam si nõ sit causa status, vt est tex. in. l. de re filiorũ. ff. de trãsactio. nisi sit ligitimus administrator, vt ibi notatur. Quarto hoc subtiliter probo, nam cõiunctio personarum nõ plus operatur quam mandatum generale imo minus vt probatur, in. l. 3. §. 1. ff. iudi. sol. tex. fin gularis, & ibi Paul. in. l. 1. C. quibus res iudi. nu. nocet, nam sententia lata contra procuratorẽ generalem nocet domino, vt est notum, secus si contra coniunctũ. d. l. 1. C. quibus. res iud. non nocet, & vbi supra: si ergo mandatum generale non valet ad ea quæ requirunt speciale mãdatum, ergo multo minus coniunctio personarum.

Quinto pro hoc videtur text. apertus quod in hijs quę requirũt speciale mãdatum, cõiunctio personarũ nihil operetur in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hære. vbi filius qui est coniunctus non potest adire sine speciali iussu patris, nec sufficit generalis, vt ibi: ergo in requirentibus speciale mandatũ coniunctio personarum nihil operatur, & ita alleget illum tex. Bal. in. l. exigendi. C. de procuratorib. imo à fortiori ego pondero illum tex. nam si comũctus habens generale mandatũ non potest se ĩtromittere circa requirẽtia speciale, vt ibi, ergo à fortiori non poterit circa illa se intromittere vbi nullũ habuit mãdatum vt in casu nostro, nisi re spondeas quod quando habet generale ab homine tollitur illud quod habet à lege argumẽ. l. fi. cum simi. C. de pact. conuen. ergo quemadmodum alius extraneus habens generale nõ potest circa requirẽtia speciale intendere eodẽ modo coniunctus habens generale, vt ibi, item quia qui veniunt de iure speciali, nunquam admittuntur donec veniunt alij de iure cõmuni. l. Senatus cũ simi. C. qui accus. non poss. sed coniunctus habens generale venit de iure cõmuni propter mãdatum, ergo non admittitur tanquam cõiunctus de iure speciali, &c. aduerte tamen quia per hoc non tollitur fundamẽtum prædictum, sed illatio quam feci à fortiori, quæ nõ sequitur per prędicta: item contra prædictam illationem facit quia si coniunctus habet mãdatũ circa aliqua, in alijs videtur prohibitus. l. maritus. C. de procurat. l. cum prætor. ff. de iudi. ergo nimirum, si tunc non posset se intromittere circa requirentia speciale, sed hęc obiectio nõ facit quia fateor quod quã do est datus ad vnum articulum circa alios videtur ꝓhibitus. d. l. maritus: sed quando habet generale mandatum ab homine non possumus dicere quod videatur prohibitus à requirentibus speciale mandatum, cum sub illo genere omnia possent comprehẽdi, nisi lex staueret quod non sufficiat quo ad requirẽtia speciale mãdatum, ergo &c.

Sexto pro hoc facit. tex. in. l. filius paciscendo. C. de pact. Septimo videtur facere. l. fi. C. res inter ali. acta. Octauo facit. l. proportione. C. de excep. & vide l. filius. ff. de noua. Nono de hoc est glosa in. l. exigendi. C. de procurat. in vers. non cogitur. Decimo est text. singularis & inimicus à cõtrario sensu in. l. patr. ꝓ filio in prin. & 2. resp. ff. de minori. Prædictis non obstantibus posset nouiter attentari quod etiam in requirẽtibus speciale mandatũ admittatur cõiunctus sine mandato. Primo per text. in. c. nonnulli in fi. de rescrip. Secundo per tex. in. c. ex parte de cau. eodem tit. Tertio per tex. cum glo. in. c. constitutus de in integr. resti. Quarto per. c. cũpridem de pactis. cum glo. Quinto per tex. in. c. accedẽs de procura. Sexto per l. maritus. C. de procurato. vbi maritus qui est coniunctus habet liberã facultatem, &c. Ergo põt facere ea quæ requirunt speciale mandatum. l. procura

Universidad de Deusto
Biblioteca

torem cum ibi notatis.ff.de procurato. & per notata.in.l.si procurator.C.de p curata.& ita per ista tenuit quidam dū legeret de oppositione me audiente, nec obst.l.patri pro filio in prin.de mino. vbi aperte dicitur cōtrarium,nam respondebat ipse ponderando ibi tex. hoc modo,quia in prin.l. dicitur quod pater petit restitutionē pro filio licet filius restitui nolit,deinde dicit tex. ex quo apparet cæteros cognatos vel affines alterius esse conditionis, &c. quasi dicat licet pater petat restitutionē inuito filio,cęteri tamen cognati non petunt, inuito illo filio,vt sic fiat relatio ad proximum dictum,quasi dicat etiā cæteri cognati petunt restitutionem si ille filius non contradicat,& sic potius facit ille tex.pro,quam contra, confirmatur per.l.Pomponius.§.fi.ff.de procura.vbi coniuncti non admittūtur cō tra voluntatem cōiuncti alias sic. Ego etiam fortius induco illum tex.in.l.patri pro filio,nam si vbi non requiritur speciale mandatum non admittitur cō tra voluntatem.d.l.Pomponius. §.fi.ergo à fortiori vbi requiritur speciale, vt d.l.patri pro filio. Sed his non obstantibus veritas est in cōtrarium, prout est communis sentētia,& patet aperte per ea quę supra allegaui. Nec obstāt iura contraria,quia loquūtur in specialibus casibus,vt per Doct.in suis locis, & oīa supradicta quæ modo vltimo loco allegaui,præter.l.maritus allegat.Iaso.in.l. exigēdi.3.col.C.de procura. pro limitationibus. ad illam regulā. licet ille sibi ascripserit tacito auctore. item illam.l. maritus.allegat.Ias.in.d.l.maritus & ibi ad eam respōdet,& sic illa iura non obstāt.Nec valet respōsio quam ille dedit ad.l.patri pro filio quia certe minus subtiliter ponderauit,nam nō ponderauit omnia verba tex. i. 1. respōso vbi dicitur quod cęteri cognati non petūt restitutionē,respondebat ipse. ſ.inuito illo filio.ergo secus eo non inuito, hæc respōsio non valet,quia tex.ibi subdit quod non possunt admitti nisi ex volū tate expressa minoris, & ad illum text. totus mundus non respōdebit per quē Doct.tenent istam partem.Prętera vltra illum text.faciunt, omnia iura,quæ ego supra addidi,quibus non potest respondeɾi,& ita tenendum est, præsertim per.d.l.neq; filius.C.de rebus cred.

Sentētia inter alios alijs non nocet.

13 Ex qua colligo quod res inter alios iudicata alijs non nocet patet ibi: ī ver. litigando,&c.& aduertendum quia illa regula habet locum etiam si coniunctus litiget, contra quē lata sentētia nō præiudicat coniuncto.ita dicit Abb.in c.quāuis prima coll.de.re iudica.5.quæstione allegauit.l. 1. vbi hoc ꝓbatur.C. quibus res iudica. non nocet,allegauit etiam tex.in.l.3.§.sed & si forte.ff. iudi. sol.dum dicit non facit eos procuratores,&c.ego allego.d.l.neque quæ aper. dicit quod sententia lata,etiam contra coniunctum nō præiudicat cōiuncto, & sic iste est vnus casus in quo iudiciū claudicat,nam sentētia lata pro coniūcto prodest coniuncto, & ad hoc sunt facta omnia iura quæ dicunt coniūctū admitti sine mandato, alias essent frustratoria,tamen videmus quod sibi nō prędiudicat si contra coniunctum sentē tia feratur contra.l.si cum dies.§.fin.cū concor.ff.de arbi.item videbatur contra,quia contrariorum,& c. & quia nō debet quis postulare, cuius contrariū non esset petiturus.l. si ea lege cū simi. C.de vsur.ideo bene nota illa iura:quare autem sentētia illa prosit sed nō noceat,facilis est solū,& inter alia potest esse ratio,quia lex nunquam voluit alicui quem obligari sine facto suo vel cōtractu vel quasi vel delicto vel quasi:sed hic nullum horum interuenit,vt patet ergo,&c.& istam rationem potest cōfirmare per multa, & in specie per id quod ponit Ias.in.l.si.de sacrosan. eccl. 5.nota.facit.l.nō ideo minus.C.de ꝓcu.

Sntā nō nocet non litigantꝫ nec prodest.

14 Modo ante omnia quęro de ratione illius regulę quod res iter alia acta aliis non nocet,doct.non ponunt hæc,quia hęc regula nō legitur nec in tit.quibus res iu.non no.nec in tit.res inter alia. Abb.mouet istam quæstionem in.d.c. quanuis.1.q.& ponit tres rationes.Prima est naturalis.ſ.quia alteri per alterū non debet iniqua conditio afferri,vt in regula

regulā iuris & est bona ratio. Secunda ratio est,secūdum eū,quia dispositā ad certum finem non debent alium effectum operari,cum.n. sententia sit data inter litigantes super eorū iure,nec ibi fit discussum de iure tertij, nec etiā deberent de alterius iure litigare sine mā dato, merito non detur eis qui nō fuerunt in iudicio,nocere vel obesse. Tertia ratio est secundum eum, quia cū agentem de iure suo non valeam à iudicio remouere, indignū esset si ex facto suo mihi præiudiciū generaretur, quia res quę culpa caret,in damnum vocari non conuenit.c.2.de consti.& hanc videtur ponere text.secundum eum in.l. sæpe.ff.de re iudi.ver. cum autem, ego addo rationes sequētes.prima est,quia merita causarum partiū assertione pāduntur.l. fi. C. si ꝑ vim vel alio modo. c.tantum ex literis de in integ.resti. c.j. de causa posse. & proprie, ergo alteri nō debet obesse qui nec mandauit,nec ratum habuit. Secunda & notabilior quia.l.non vult, vt quis sine facto suo obligetur.l.sic.C.de actio.& obliga.cū concor. sed quādo sentētia est lata inter alios non interuenit factum suum, ergo,&c.& est necessaria ratio.Ex qua ego nouissime infero rationē ad aliud, certum est de iure quod in legato vel fideicommisso particulari transit dominium ipso iure absque acceptatione, vel traditione.l. à Titio.cum simi.ff.de fur.secus in fideicommisso vniuersali, quod nō acquiritur fideicommissario vtiliter sine traditiōe,et restitutiōe realiter vel saltim verbali.l.restitut.ff.ad Trebel.&.l.fi.in prin.eo.tit. traditur plene, in.l.1.ff.de leg.1. dubitatur quæ sit ratio diuersitatis, sæpe quæsiui in suis locis maxime in.l.1.ff.de leg.1.nec potui inuenire, puto quod ratiō diuersitatis aperte colligatur ex ratione prędicta,nā in fideicōmissarium vniuersalē transeunt non solum rerum dominia, & sic cōmoditatis,sed actiones & onera passiue.l.1. §.1. & per totum.ff. ad Trebel. & insti.de fideicō.hære.§.restituta,sed lex nunquam voluit quod aliquis ipso iure obligetur absque fratre suo, vt in ratione prędicta,ideo in fideicōmissorium non transeunt nec iura nec dominium actiue vel passiue,nisi sibi fiat restitutio re vel verbo: postquam autē est restituta & acceptauit,obligatur fratri suo quod ius bene patitur,secus est in legato vel fideicommisso particulari,in quo nullum est onus hęreditariū. l.si hæreditatem.ff.mandat.§.1.quia ergo in legato particulari nō est onus annexum nec aliqua obligatio hęreditaria,sed solum emolumentum,ideo ibi transit dominium absque traditione. quā rationem perpetuo not. & ex hoc dicimus idē in hærede opus est, quod ipse adeat,& sic interueniat factū suū, & tunc in eum transit dominium si tenetur creditoribus alias non.l. cum hæredes cum concor.ff.de acquiren.poss. nec obst.si dicatur quod non interest. acquiratur sine traditione necne cum in sua sit potestate repudiare,& sic nō afferetur sibi damnum,quia fateor,sed ius non consideratur nisi de acquisitione & per consequens de onere ipso iure infligēdo, quod alicui absq; fratre suo nō vult ius infligere,quod ꝑpetuo nota.& postea reperi quod prædictam rationem ponit Ias.in.l.fi.5.notabili.C.de sacr.ecc.& in.l.1.C. corā de lega.credo quod sit in.5.col.Tertia ratio potest esse,quando talis est actus qui potest alij nocere,requiritur quod ipse sit citatus. l.de vno quoque.ff. de re iudic. l. cām C. quomodo & quando. in.l. nam ita Diuus.ff.de adop.cum simi. & melius, in.l.si deserta.C. si ꝑpter.pu. pēsi. quā sępe allegat Bal.cum ergo iste non sit citatus nec fuerit in iudicio, iniquū esset quod pateretur damnum,ratio ius hoc non permittit, & istam rationem forte sensit in vna gl.in.l.2. C. res inter alios acta dum allegat. l. de vno quoque. ff.d re iudi.Quarta ratio, pōt esse quia limitata causa limitatum parit effectū. l.age. cum Geminiano cum suis concor.C.de transac.& ibi late per Ias. sed ista causa vel lis est limitate agitata cū alio:ergo nō debet alij nocere quia sic non pareret limitatum effectum. Aliā rationem ponit Bal.in.l.pro portione.

C.de ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C.de except.quæ eſt quod inter quos non eſt cognitum,ſententia nõ poteſt extẽdere ſuum effectum,ſed inter hũc & illum non eſt cognitum ergo.& c.alias rationes potes colligere p te: aliã rationem mirabilem ponit glo.in.l.res hæreditarias.ff. de crimi. expila. hære. ſecundum Barto.ibi:& eſt. optima ſecundum Angel. ibi.

Sẽtentia no cet non litiganti: multis caſibus.

15 Regula prędicta quod res inter alios &c.alijs nõ nocet patitur plures limitationes,& primo vide in apoſtil.ad Bar. in.l.1.C.res ĩter ali.acta vbi colliges.13. limitationes,deinde vide Bal.in.l.2.C. quibus res iudi non no.1.2.co.vbi ex oppoſitionibus factis per eum colliges p ordinem.12.limitationes. Et vltimam. ſ.quando ſentẽtia facit ius limitatis pluribus modis,vt ibi per eum.2.coll.alias etiam limitationes colligo per text.gl. & Abb.in.c.quanuis de re iudi. Aliam limitationem colligo ex.l.fi.in fi. & ibi Bar.C.de vſur.rei iud.aliam colligo ex l.3.§.pœna ſecundum vnum intellectũ ff.quod quiſque iur.Item addo alios caſus de quibus in propoſito nemo tangit.primus ergo ſit quem ponit Bal.in l.dotis tuę poſt gl.ibi.C.de iure do.vbi dicit quod põt ſtatuto fieri, vt filius teneatur ad debita patris etiam ſi non ſit hęres,et ſic delictũ patris nocet & onerat filios,ſi autem eſſent hæredes:eſſet indubitatum eum,idem eſſet in quolibet hęrede qui tenetur ad omnia debita defuncti,vt eſt vulgatum, & iſte eſt caſus quotidianus,& ſingularis & qué ibi in ſimili ponit Bal. & ibi in apoſtillis,in.l.1.2.col.C. ne filius p patre, pro confirmatione tamen regulæ prędictę quod res inter alios acta alijs nõ nocet adde iura ſequentia. Primo ergo facit text.notabilis in.l.ſi vteris.C.de fide inſtru.quem vide.Secundo facit glo.notabilis in.l.omnis dies.C.de feri.vbi gl. dicit quod licet ferijs iductis ob neceſſitatem hominum poſsint partes renũtiare,tñ non impedit teſtibus allegare ferias quia res inter alios acta, &c.& illa gloſ.eſt valde notanda ſecundũ Bal. ibi plures alios caſus ego colligo ex notatis per Bal.in.l.ſi conſtante.C.de donatis.Ad idem tex.in.l. ſi quis liberta tem, in princi.cum glo.1.2.ff.de peti.hęre.& ibi Barto.2.coll. Item adde multa quæ ponit Bal.in.l.is apud quẽ.3.4.col. C.de eden. ex quibus omnibus ad primam regulã quod res inter alios acta alijs nõ nocet,facies plures extẽſiones.

Sententia nõ prodeſt non litigãti fallit i multis caſibus.

16 Secunda regula eſt econtra, quod res inter alios acta vel iudicata,alijsnõ prodeſt,& iſtam ponit Abb.in.d.c.quanuis 2.q.de re iud.ſed ad iſtam non ponit rationes, mihi videtur,quod p iſta regula faciunt rationes ſequẽtes,prima eſt quia contrariorum eadem eſt diſciplina inſtituti.de tute.§.1.cũ cõcor. quod debet intelligi per contrarium,ſed ſententia vel res acta contra alium ſibi nõ nocet,vt ſupra diximus, ergo pro alio lata ſibi non poteſt prodeſſe,quia contrariorum, &c. Secunda ratio eſt quia vbi commodum ibi debet eſſe damnũ & econtra.l.ſecundum naturam. ff. de regu.iur.ſed ex ſententia contra alium lata quis nõ patitur incommodum, vt ſupra ergo.nec debet cõſequi commodum per dictam regulam. Tertia ratio eſt quia non debet quis poſtulare cuius contrarium non eſſet petiturus. l. ſi ea lege &.l.ſi ea pactione.C.d vſur.l.1.C. de pact.l.pen.C. de ſolu.cum ſimili.nõ ergo debet quis petere, vt ſententia p alio lata ſibi proſit cum cõtrarium nõ eſſet petiturus.ſ. quod contra alium lata ſibi noceret,& videtur cõcluſiua rõ. Quarta ratio poteſt eſſe,quia vna et eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui ędes cum ſimili.& ibi Bar. ff.de vſucap. ſed iſtud hic contingeret ſi diceremus ſententiam pro alio latã mihi prodeſſe, & non nocere,ergo nõ debet permitti ne eadem res cenſeatur diuerſo iure,ſed ad hoc poſſes reſpondere quod hic non eſt eadẽ res imo diuerſa,nam quando eſt condemnatoria dicimus nocere,& quando eſt pro alio lata dicimus etiam non prodeſſe,et ſic ſunt diuerſę ſententiæ non eadem:ſed replica quia imo antequam feratur nõ reputatur niſi vna,& regula debet conſtitui anteq̃ caſus de facto eueniat vnde ſiue poſtea ꝓtingit quod ſit cõdẽna

toria, ſiue abſolutoria debet idẽ ius in vtraq; cõſtitui ne cẽſeatur diuerſo iure cognita. Quãta ratio põt eſſe quia eadem diſpoſitio non debet contrarios effectus operari,ne ſe adinuicẽ cõfundat iuxta.l.vbi.repugnantia, cum ſimi. ff.de reg.iur.ſed ſi ſententia pro alio lata pdeſſet, & nõ noceret,operaret iſtã contrarietatem,ergo non debet pmitti:ſed & iſta ratio poſſet cauillari ſicut præcedens, & ad eandem eodẽ modo reſponderi de alijs rationibus pro iſta regula,cogita per te.

Iſta ſecũda regula,quod res inter alios acta alijs non prodeſt vltra allegata in ſuis locis,confirmatur p caſum ſingularem,in.l.creditor in prin.ff. mand.ad idem quod notabiliter dicit in.l.ſi.2.colum.in pr.verſi.vlterius not.C. de fide inſtru.ad idem facit tex.ſingul.in.l. qui ſeruum,in pr.ff.de interro. actio. & p per eum dicit Abb.in.d.c.quãuis.2.col. in pr.de re iudi.ad idem.l.1. C. de trãſactio.& per alia plura confirmabis.Iſta tñ regula limitatur multis modis,quos Doctor.non ponunt.Primo per.l.1. C.

17 de diuerſis reſcriptis.Secundo per.l.petend.in fi.C.de temp. in integr. reſtitu. peten.Tertio per.l.ſi communẽ.ff.quẽ admodum ſerui amittãt. Quarto per.l. ſi res in fi.C.ad exhib. Quinto per. l. ſi duo in pr.&.§.1.ff.de iure iu. & iſtas ponit gloſſ.in.l. C. reſinter ali. acta, addo ſequentia.Sexto ergo modo,limitatur per authẽ. item ſi quis liberos,& ibi gl. C.de natural.li.lib. Sexto per tex. notabili.in.l.hæredes.§. idem ſcribit, & ibi gl.hoc dicit.ff.fam.erciſc.Octauo modo limitatur, & iſtud etiam ego addo per tex.in auth.& omnino in fin. C.ne vxor pro mar.alios tres caſus adde per gl.in.l.2.C.quibus res iud.non no.& ſic ſunt.11.Duodecimũ adde per.l.ſi.C.de fruct.& liti expẽ. Decimuſtertius colligitur ex.l.res hęreditarias.ff. de crim. expila. hęr.cum ibi notatis. Modo ego dico,quod omnes caſus quibus dicitur quod quis cõſequitur per alium,quod per ſe non poteſt conſequi,poſſunt applicari pro fallentijs ad iſtam regulam, & ſunt infiniti de quibus, in.l.ſi quis ex argen

Res ĩter alios acta alijs prodeſt. in.14. caſibus hic relatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

argẽtarijs.§.1.ff.de eden.vbi vide,& ibi colligẽs quãplurimas limitationes, ad iſtam regulam.Colligo aliam limitatio nem per gl.ſingularem in.c.1.de iur. pa tro.lib.6.quę allegat dictam.l.ſi cõmu-nem.ff.quemadmo. ſerui amittã. Item limito per illum tit.C. ſi vnus ex pluri. appel.l.1.2.item hæc regula fallit in om nibus caſibus in quibus alteri per alte-rum acquiritur ſtipulatio, quos ponit, gl.in.§.ſi quis alij inſti. de inuti. ſtipula. alias etiam limitationes quæras per gl. & doc.in.l.ſi vnus.§.ante oĩa.ff. de pac.

Res iter alios acta facit quale quale damnum vel cõmodum.

18 Modo eſſet inueſtigandum an iſta regula quod res inter alios acta neq; nocet neq; ꝓdeſt ſit vera indiſtincte quo ad omne prę iudicium? & Bart.in.l.admonendi.ff.de iure iu.tenuit,quod prodeſt & nocet quo ad ſemiplenam probationem,quod dictũ eſt ſingulare,de quo vide ibi per eum,& per Abb.in.c. quãuis de re iud.1. col. & ibi in apoſtil. & late per Alex.in.l.ſępe.ff. de re iudic.

1 *Nuntio firmanti aliquem citaſſe ſe an credatur? ingens pugna.*
2 *Nuntio dicenti citaſſe ſe de iudicis mandato an credatur? anceps pugna.*
3 *Citatio non valet niſi de mandato iudicis cũ cõmu.*
4 *Citatio fieri non poteſt ſine iudicis mandato in non exigẽtibus cognitionẽ cum quibuſdam cõtra cõmu.*
5 *Citatio ſine mandato nunquam fit iure regio.*
6 *Citatio nulliter facta non interrumpit præſcriptionem,cum communi.*
7 *Citatio non rite facta non perpetuat iuriſdictionem.*
8 *Citatio non rite facta non inducit præuentionem.*
9 *Accuſatio ſeu denuntiatio generalis non ſufficit, vt quotam partem litis accuſator lucretur.*
10 *Citatum reſpondiſſe ſe non venturum,an nuntio affirmanti credatur? dubium certamen.*
11 *Nuntio dicentiſe à citato verberatum,non creditur cum communi.*
12 *Citato an ſint referẽdæ omnes criminis qualitates? dubia pugna.*
13 *Citatorius libellus in ciuilibus non exigit, vt ſigillatim qualitates petitionis exprimantur cũ communi.*
14 *Citato nulla iure regio deſiderat qualitates exprimi.*

Nuntio firmãtiaque citaſſe ſe an credatur? ĩgẽs pugna.

1 NVncius firmabat aliquem citaſſe ſe, citatꝰ id negabat, erit in arbitrio iudicis cui magis credatur ita Ioan. Andr. in. c. comparati de app. eſt communis opi. ſecundum Abb.ibi.nu.12. quam & ipſe ſequitur.Sequitur etiã & dicit cõmunem Marianus Soci.in rub. de dilati.articul.16. ſed receptius eſt hac in re vt nuncio dicẽti aliquem citaſſe ſe vel in ius vocaſſe credendũ ſit,hæc eſt cõmunis opi.quam tenent glo.in.l.magis puto.§.ne tamen.ff.de reb.eorum,cum qua ibi tranſeunt Doctores, & ibi Bar. in extrauag.ad reprimendum.ver. per nuntium Ioan.Andr.ad Spec.tit.de citatiõe.§.1.verſ. ſed nũquid credaꝫ Bar. in.l.1.§.cura carnis.ff.de offic. præfecti vrbis. Cinus, in.l.1. C.de relati.Bart.in tract.de citatore. Angelus, in repet.l.ſi vacantia in pr.C.de bon.vacan. lib.10. Sali.in.l.tres denũtiationes.C. quomodo & quãdo iudex Romanus,& Alex. num.45.in.l.ſciendum.ff.de verb. obli. ſequitur,& dicit communem op. Feli. in.c.quoniam contra nu.13. de probat. quod & tenent omnes ſecundum eũd. Feli.in.c.1.nu.13.de iudi. eſt communis opi.ſecundum Alciatum,in reg.3.præſump.14.in trac.de preſump.plene per Hippol.de Marſi.in.l.de vno quoq; nu. 115.cum plu.ſeq.ff.de re iudi.per Innocen.Ioan.Andr.Anto.& Imolam, in.d. c.1.de iudi.per Iaſ.in.l.age cum Geminiano.C.de tranſact.Bart.in.l.neminẽ. C.de exhib.reis per Bart.& Alexã.in.l. ſed ſi hac.§. prætor.ff. de in ius vocan. per Iaſ.in.l.neque is,col.fi.ff. de acquir. hære.per eund.Hippol. ſing.560. habemus,gl.& ibi communiter doctores,in c.cum parati de app.per text. in.d.§.ne tamen cum ſimilib. quod procedit de iure communi tam canonico quam ciuili, vt apparet in dictis locis nõ ſic de iure regio,vt in.l.1.ti.7.par.3.vbi nũcio dicenti aliquem citaſſe ſe nõ aliter creditur,quã adhibita fide vnius vel duorum teſtium iuxta diſtinctionem illius legis,niſi ꝓprio ore ipſius principis vel eorum iudicum, qui principis vicẽ gerũt à quibuſq; ꝓuocatio nulla eſt,ea citatio facta dicatur,tunc enim nullius teſtis interuẽtus exigeretur ad firmitatẽ illius citationis,vt ibi quæ lex eo nomine memorabilis nobis viſa eſt,quòd eorum iudicium qui curiæ ius reddũt, ipſius principis fidei equauit,cuius arg.

nouæ

noue iure regio tentari poſſemus,vt teſtamentum corã tali ſummo iudice factum etiam ſi deſtitutum eſſet,ſolenni teſtium numero firmum eſſet,non aliter atque ſi coram ipſomet principe factum eſſet,argu.C.de teſta.l.omnium, cum ibi notatis iuncta.d.l.1.& quæ ſcripſimus,in tract.de ſucceſ.crea.§.26.nu. 1.cum ſeq.quod quia nimis nouum nõ firmo. Deniq; an in re dubia nũcio fides adhibenda ſit tradit plene, Andrę. Tiraq.de retr.lig.§.8. gloſſ.9. ſtat ergo nuncio quem in ius vocaſſe ſe aſſeréti credendum eſſe.Quid autẽ ſi dicat de commiſsione, & mandato iudicis citationẽ feciſſe ſe,nec in actis apparet de tali iudicis mãdato,an preſumetur preceſsiſſe,an per contrarium minime interfuiſſe credẽdum magis ſit, & hac in re partem negatiuam,vt non interfuerit mandatum,aut vt non preſumatur interfuiſſe tenent Innocen.Ioan.And. Ant.Imola,& Feli.nu.13.qui hanc dicit communem op.in.c.1.de iud.Sequitur & dicit communem opi.Aret. cõſi.33. conſultatio,col.ante pe.ſequitur & dicit communem opi.Andræ. Tiraq. de retract.lig.§.8.gl.9.nu.20. hãc ſequitur & firmat communẽ opin.Ripa.in. c.1. de iudi.cart.p.verſi.tertio amplia.quã op.ſequitur,& dicit communem Feli. in.c.quoniam contra de probatio. nu. 13.poſt Anto.& alios ibi Romanus, in l.ſciendum.ff.de verb. oblig. vbi Alex. nu.45.Bar.in extrauag.ad reprimendũ verb.per nuncium ſequitur,& dicit cõmunem opi.Bernar.Diez, de Luco in regul.80.Sali.in.l. tres denuntiationes. C.quomodo & quando iudex,Ioã. Andræ.ad Specul.tit.de citatione.§.1.ver. ſed nunquid credatur.Bar.in.l.1.§.cura carnis.ff.de offi.prefect.vrb.Bar.in.l.neminem.C.de exhib.reis.Bar.& Alexã. in.l.ſed ſi hac.§.prætor.ff. de in ius voc. eſt communis opi. ſecundum Alcia.in tract.præſum.reg.3.præſumptione.14. nu.7.per Hippo.in.l.de vno quoq;.nu. 115.ff.de re iudi.idem in.l.de minore.§. plurimum, col.3.ff. de quæſti. ſequitur & dicit communem op.Decius,in.c.1. de iudi.lect.2.col.antep.ver.retenta cõ

Nuntio dicenti citaſſe ſe de iudicis mandato an credatur? anceps pugna.

2

cluſione,Tiraq.de retr. lig.§.8.gloſſ.4. Contrariam parte,vt præſumatur præceſsiſſe iudicis mandatum etiam ſi aliter nõ conſtet de ipſius commiſsione, tenent Cin,Bal.& Sali.in.l.ſi.C. de exhib.reis.Bal.in.l.ſciendum.col.antepe. ff.de ver.oblig.quos refert,& ſequitur Iaſ.in.§.quadrupli.nu.18.inſti. de actio. vbi hanc dicit communem opi. quam & ſequitur Alci.in.d.regula.3.preſum. 14.nu. 7. & ita obſeruabat cõmunis cõ ſuetudo ſecundum Marantam de ord. iudi.parte.6.verb.propoſui,nu.52.pag. 364. & ita etiam obſeruat communis conſuetudo tam Galliæ quam Florentiæ ſecundum Ioan.Nicol. ad Alciatũ in.d.præſumptione.14.d.nu.7.Horum ratiocinatio ea eſt,quod iſtud videatur eſſe de connexis ipſius citationis, & relationis à nuntio factæ,& conſequenter videbatur in hoc credi debere nuncio,non ſecus quam in ipſa citatione, argu.c.cum parati de appell. Sed nobis non videtur de connexis aut ita dependẽtibus,quod neceſſario vnum ſequatur ex alio:conſtat. n. potuiſſe nunciũ facere citationem, & tamen non præceſsiſſe iudicis mãdatum, pro nobis facit.ff.de acquiren.hære. l. ſi quis hæres inſtitutus ex parte in pr.ibi erunt nãq; appendices præcedentis inſtitutionis. Sed pro hac vltima opinione affirmatiua,vt mandatum preceſsiſſe intelligatur,facit quia alias nuncius committeret falſum,quod nõ eſt preſumendum argumẽ.l.marito.ff. pro ſocio ſed ſane non bene ſequitur quia non ponimus nuncium affirmaſſe quod habuit mandatũ à iudice, ſed etſi aſſereret adhuc idem.Facit etiam pro hac parte.d.l.magis puto. §. ne tamen verbo viatorem preſertim cum huiuſmodi commiſsio videatur eſſe modicę vtilitatis ſecundum Alciatum, vbi ſupra,ſed quidem nobis non modici ſed maximi momẽti eſſe videtur ne quiſquã moleſtiã patiatur vtcunque leuem, argumẽ.l.quia poterat.ff.ad Trebel.§.ſed neque inſti. de aut.tutorum.l.1.&.2.ff.de homi.lib. exhib.Vnde prior op.verior eſt,cũ iſthæc videatur ſolẽnitas extrinſeca quæ

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non præsumitur nisi probetur. l. quæcunq;.§.fi.ff.de public.d.§.sed neq;.l.si quis mihi bona.§.sed quid si mandauit. ff.de acq.hære.gl.& omnes, in.l.sciendum.ff.de ver.obliga. Facit,nam communis opi.est non valere citationē nisi de mandato iudicis, & ad petitionē partis.l.neminem.C. de exhib. reis.§.si vero quidam iurant in authē.de exhib. reis.col.5.tex.in.c.ex parte de rescript. Felinus,in.c.1.col.1.de iudi. per Petrū Duen.in regula.97.qui plures refert,& tamen id requisitum necessarium non foret,frustraq; deposceretur,si semper post factam citationem intelligeretur iudicis mandatum præcessisse,idq; procedit in causis tam criminalibus quam ciuilibus.c. proposuisti de foro cōpet. c.ex parte.2.de rescrip.c.1.de iudi.secūdum recep.intellect. l. absentem. ff.de pœnis.Interdum tamē valet citatio, & fieri potest citra iudicis mandatū,quale est cum subiecta materia non exigebat causę cognitionem,ita tenent Decius,in.c.1.de iudi.lect. 2. col. antepen. vbi Areti.nu.41.Bal.in.l.si quando,nu. 12.C.de testibus,Philip.Fran.in.c.cum parati de app.Ias.in.d.§.quadrupli inst. de actio.nu.34.Alciatus,& Ioan.Nico. in additio.ad eum de præsump.regu.3. præsump.14.nu.7.ad fin. allegat Cinū, in.l.neminē.C.de exhib.reis.Pe. Duen. regula.97.in fi.quæ communis opi. ex mente ipsorum procedit vbi esset consuetudo,& nūcius esset publicus,& generalis ad omnes citationes faciendas: iure autem regio hæc res expedita est, vt fieri non possit vlla citatio, siue res qua de agit,causę cognitionē requirat sine non requirat,nisi interfuerit iudicis commissio per.l.2.ibi por mādado del titu.7.part.3.Quinimo generaliter verius est tam iure regio quam cōmuni citationem nō valere,nisi fiat de mādato iudicis, etiāsi nuncius habeat mādatum generale ad citationes faciēdas: nisi contrarium esset vel lege municipali constitutum, vel cōsuetudine prę scriptum per iura superius adducta,q; & tenēt non pauci relati per Decium, in.d.c.1.col.antepe.versi.successiue.lectura sec.de iudi.etenim hominem ingenuum in ius vocari perquam durū ac molestum esse ignorat nemo, & quęlibet molestia personalis non pauci momenti docet iure consultus, in.l.quia poterat.ff.ad Trebellia. facit. l.in seruorum.ff.de pœnis.l.1.&.2.ff.de libero homi.exhi.l.1.§. quæ onerandę. ff. quarum rerum actio. non detur,& quæ plene docemur per Bart. & alios in.l.stipulationes non diuidūtur.§.Celsus.ff.de verb.oblig.dum in obligationibus facti tradunt neminem copelli ad factum præcise, sed ad interesse agēdum esse, quia hominē ingenuum ad factum quodlibet cōpelli præcise quasi imago & species quędam foret seruitutis,id quod ab illustri omni republica alienum esse debet,vnde si hominū vilissimi quales plerunq; sunt huiusmodi nuntij viatores seu apparitores, quē que ingenuum citra iudicis mandatū speciale citare inque ius trahere possent, non leuis molestia in personam irrogaretur, quæ eo magis à republica remotior esse debet quo illi nuncij viliores esse intelliguntur,& consequēter cum huiusmodi personalis molestia non pauci momenti sit in ea irrogāda, si non causę cognitionem postules,saltem mandatum iudicis prætermittere nō debemus.

Citatio non valet nisi de mandato iudicis cū cōmuni. 3

Citatio fieri nō pōt sine iudicis mādato in non exigētibus cognitionē cū quibusdam cōtra cōmunē. 4

Citatio sine mādato nūquam fit iure regio. 5

Citatio nulliter facta nō interrūpit præscriptionem cū cōmuni. 6

Denique cum huiusmodi citationē factam citra iudicis mādatū infirma esse edocti simus, intelligēdū est per eā nō interrūpi præscriptionē cœptā, vt plene p Tiraq.de retract.ligna.§.1. glo.10. nu.82.& rursus p eundē ibidē.§.8. gl.2. nu.3.Bar.& Alueri.in.l.accusaturus.ff. de adulteri.Bar.in authē.offeratur,colum.2.C.de litis contesta.vbi Salicetus col.f.Bar.in.l.cum notissimi.§.imo col. fi.C.de præscrip.30.annorum, idem in l.fi.ff.de eo per quem factum erit,& ibi Soci.idem Bal.in.c.quoniam cōtra falsam de probatio.col.3.Ias.in.l.licet, co. 2.C.de procurato.nu.5.per tex.in.c.,proposuisti de foro compe.verb. legitime citatus,& hanc esse communem opin. apparet ex relatione autorum de qua per Ias.& Andræ.Tiraquel. vbi supra.

nam

Citatio non rite facta non perpetuat iurisd. 7

Nam & similiter citatio inualida non perpetuat iurisdictionem, glos.fin. in capit.cum plures,& ibi Ioann. Andræ. Philippus Francus, & Dominicus, de officio delegati.libro.6.Felinus,in cap. gratum,colum.1.de offic.delega. Pala. rub.in repetitio. capitul. per vestras de donati.inter virum & vxorem charta. 88.colum.3. & Andræ. Tiraquell. vbi supra,nume.4.in.d.glos.2.pluraq; in simili per Ias.vbi supra, nu.5. Neque etiā inducitur pręuentio iurisdictionis,per talem citationem nullam,aut generalem, vt plene per eundem Andrę. Tiraquel.d.nu.4.&.5. qui plures allegat. Illud autem vsibus forensibus frequēs admodum est, vt à quibusdam fiant citationes, & etiam denunciationes generales præsertim iure regio,quo iure quota pars pœnæ pecuniarię à lege irrogatę accusatoribus delictorū cōcessa est,quo magis ad facinora delictaue prodenda inuitentur(quale est cū quis dicit,accuso talem de tali crimine, & omnes alios qui eodem de crimine p iudicem ea de re cognoscentem aut inquirentem noxij inuenti fuerint) & sane hoc casu magis est talem generalē accusationem seu denuntiationem ad quotam illam pœnę pecuniariæ partē consequendam non prodesse,quia ea generalis accusatio pro nulla est text. in clem.fi.vt lite pend.& ibi glos.fin.& Imola,colum.fi.& Cardi. Elorenti. nota.3.& plene per Andræ.Tiraquel. vbi supra qui plures citat, & hanc rē sæpe habuimus de facto in prætorio Hispalensi.

Citatio non rite facta non inducit præuentionem. 8

Accusatio seu denuntiatio generalis nō sufficit vt quotam partē litis accusator lucretur 9

Citatum respondisse se nō venturū an nuntio affirmanti credatur? dubium certamen. 10

Vidimus nuncio credendum esse,cum firmat se aliquem citasse,sed quid si putat vlterius dicens citatum respondisse se non venturum, an ei sit fides adhibenda? & communis opi. esse videtur hoc casu fidem sibi adhibēdam esse ita tenent glos.in. c. comparati de appellatio.quam sequitur, & dicit cōmunē Decius ibi,nume.10.Bar.in extrauagā. ad repri.ver.per nuncium Imola,& alij in dicto cap.comparati.Romanus consilio.497.diligenter colum.2. Bald. in l.1.§.si quis neget.ff. quemadmodum testamenta aperiantur. Angelus in.§. quadrupli.colum.5.instit.de actio.Bar. in.l. tres denuntiationes.C. quomodo & quando iudex Florianus in clemē.1. de dolo & contumacia.8.quæsti. Imo. in.l.si finita.§.Iulianus.ff. de damno infecto.idem in.l.ex consensu.§. final. ff. de appellatio.

Contrariam partem, vt non credatur tali nuncio,dum firmauit illum se nunquam venturum respondisse tenēt Io. And.ad Spe.ti.de contumacia.§.1. Bal. in.l.Diuus lect.1.& ibi Ang.ff.de in integ.resti.idem in dic.c.cum parati lect. 1.idem in addit.ad Specul.titu.de sent. ver.citatio debet esse legitima. Anton. & Panorm.in.d.c.cum parati, Dominicus.in.c.venerabilibus de sententia ex communi.Paulus Castren.consi. 165.li. 2.Corneus consi.79.lib.3.Iaso.in.§.& si quidem col.3.instit.de actio.sentit idem Ias.nu.30.in.§.quadrupli, eod.tit.sentit Andr.Tiraq. qui alios plures refert de retract.ligna.§.8.glo.9. num.16. Quod & sentiunt Salice.in. l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex, idem in.l.absentem quæst.5.C. de accusati.Bal.in. c. quoniam contra de proba.Maria.in rub.de dilati.artic.16.dum isti aiunt iudicis arbitrio relinquendū, vtri magis credendum sit ipsi nūcio an potius citato, & quod credendum sit nuntio in tali responsione tenent Abbas & Philip.de Perusio.in.c.præterea de officio deleg. Alciatus qui plures allegat in tract.de pręsum.reg.3.pręsum. 14.nu.2.& hæc nobis videbitur receptior opi.quę & verior est arg.d.c.cum parati,vbi creditur nūcio quo ad locū & consequēter equū parq; est, vt fides quo ad verba ei adhibeatur. Præterea quin responsio citati sit de connexis, & appendicijs ipsius citationis seu mādati,q; nuntius habuit à iudice,vix vllus negabit,& cōsequenter idem in eo iudicandum est,arg.l.si quis hæres instituerit ex parte.ff.de acqui. hær.in pr.ibi sunt enim appēdices,&c. Deniq; vt nūtio referenti citatum dixisse vēturum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sese crederetur, non video cur non idē per contrarium cum retulit illum negasse se venturū. Diuersum est cum nū
11 tius retulit se verberatū aut aliter vim passum fuisse, tūc enim magis est, vt nō sit credendus, id enim neq; est de contentis in mandato citationis, nec de cō nexis illi mādato ita vult receptior opquam tenent Ioan. And. ad Spec. tit. de contu. §. 1. ver. circa secundum Bald. in sua pract. tit. de quæsti. & citati. q. 11. Antoni. & Abb. in. d. c. cum parati, Alciat. de præsump. nam & ex hoc nuntius interesse pecuniarium cōsequi possit, ergo ei non credendū. l. omnibus in re pria. C. de testi. l. magistratibus. ff. de iu. risd. om. iud. & ita etiam tenent plures relati per Alciatum, qui idem sequitur. d. tract. de præsumptionibus regula. 3. presump. 14. nu. 5. Philip. de Perusio, in d. c. cum parati, Cardinalis in cle. si ante de dolo & contuma. Guido. Papa decisione. 557. Imola, in. l. si finita. §. si plures, col. 2. ff. de damno infect. Perrus Iacobus, de constitu. pecu. ver. responsio per. l. ea quidem. C. de accusati. Iaso. in l. age cum Geminiano. C. de transact. col. pen. idem Ias. in. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. Hipp. Marsilius singul. 560. Ioannes Nicolaus, in addit. ad Alci. ubi supra. Corneus consi. 79. li. 3. Andræas Tiraquel. de retract. ligna. §. 8. glo. 9. nu. 14. ex cuius relatione apparet hanc esse communem receptisi mamque opinionem.

Nuntio dicēti se à citato verberatum non credatur cū cōmuni.

Citato an sint referēdæ oēs criminis qualitates dubia pugna.

12 In summa in libello citatorio causarū criminaliū non leuiter controuersum est an sin necessario inserendæ omnes qualitates criminis obiecti, qua īre sūt qui tueantur partem affirmatiuam, vt necessario sunt inserendæ, ita tenēt gl. in. c. 1. de dilatio. Abbas ibi, nu. 8. qui firmat quod cum illa gl. transeunt ibi doctores, & est communis opi. cū illa gl. secundum Imolam, in. l. inter accusatorem. ff. de publ. iudi. nume. 2. ff. ad fi. gl. in capi. si Episcopus. 3. quæstione. 2. Specul. de citatione. §. 1. colum. 5. & ibi Ioannes Andræ. in additio. Alueri. in. l. 1. ff. de in ius vocan. Bald. in. l. sicut de præscriptione triginta annorum, Cinus, & Barto. in authenti. offeratur. C. de litis contestatio. vbi etiam Salicetus Grego. Lup. in. l. 1. titu. 7. par. 3. in glos. fazer derecho, quem vide, contrarium tenēt Bar. nu. 6. & Imo. nu. 2. in fi. in. d. l. inter accusatorem, & hac esse communem opi. videtur firmare Bar. ibi vt necessario non sit causa, & qualitas delicti in libello inserenda, sed sufficiat dicere, vt veniat responsurus accusationi.

13 Et sane in causis ciuilibus constat valere citationem, obtemperandumque esse etiā si tenor libelli aut causa inserta nō sit in literis citatoriis, vt volūt ij quos priore loco citauimus, et hāc esse cōmunem opi. firmat Bar. num. 6. in. d. l. inter accusatorem. In causis autē criminalibus magis dubiū est, sed adhuc in hanc partem procliuior sum, vt citatio, & valeat, & rite facta intelligatur: id quod probari videtur, in. l. 2. C. de exhi. reis, & iure regio id expeditum,
14 videtur per tex. in. l. 1. titu. 7. par. 3. ibi a fazer derecho, cuius verbi sensus est valere literas citatorias, quibus continetur, vt citatus compareat responsurus petitioni seu accusationi etiam si qualitas speciesque delicti aut causæ ciuilis peculiariter non sit declarata ad idē l. 2. eodem tit. ibi venir deue antel iuzgador todo home q̄ fuere emplazado por mandado del, quorum verborum sensus est, citatum cōparere debere simul ac viderit mandatum sui iudicis, etiam si aliud sibi non constiterit. Ad idem. d. l. 2. in ratione sui dum ait, esto es por hōrra del lugar, & poderio que tiene el juez por el Rey, casi no quisi esse venir semejaria que lo hazia mas por deldē que por otra cosa, quorum verborū sensus est citatū cōparere debere ne videatur iudicis magistratē cōtemnere, & illa iura cū loquantur generaliter', sunt generaliter intelligenda. l. præcipimus. C. de appell. Nec me mouet capitu. si primates: quinta quæstione. 2. capit. significantibus de appellatio. capi. præterea de dilatio. nam speciale

Citatorius libellus i ciuilibus non exigit, vt singillatim q̄litates petitionis exprimātur cum cōmuni.

Citatō nulla iure regio desiderat qualitates exprimi

cial e est in Episcopo, propter veneran dam eius dignitatem secundum Bart. numero. 6. & Imolam, nume. 2. in dicta l. inter accusatorem, vel dic idem esse in reliquis, & optimū esse causam specificam petitionis ciuilis vel accusationis criminalis inseri in literis citatorijs, adhuc tamen si non inserantur citatio valere non desinit, priore modo intelligendum est text. in dicto ca. si primates cum similibus, posteriore autem modo intelligenda sunt iura cō traria, prætoris enim est inspicere an sua sit iurisdictio, vocati autem est nō contemnere iudicis maiestatem, vt dd. ll. & exemplo turpissimum esset ad mittere, vt subditis citatis liberum esse responsum refutatorium reddere eo prætextu, quod qualitates petitionis non essent in libello citatorio expressę, sic enim facile euenturum, vt vix tā sigillatim possent enarrari quin adhuc citatus causaretur sibi non satis palam ac dilucide enarratas videri, vnde consultius mihi hac in re iure regio quam communi prospectum videtur, vt indistincte citatus non possit recusare quin ad iudicis conspectum veniat eo prętextu aut colore, quod non satis ex libello citatorio perceperit omnes aut criminis obiecti aut rei petitæ qualitates.

5 *Iuramentum calumniæ an per pactum iuratum remitti possit?*
6 *Iuramentum calumniæ quo iure inductum.*
7 *Iuramentum calumniæ potest quandocunque præstari ante causæ conclusionem.*
8 *Iuramentum calumniæ potest iudex exigere inuitis partibus.*
9 *Iuramentum calumniæ peti potest etiam postquàm actor plene probauerat, contra Bald.*
10 *Sententia licet sit pro ea præsumptio iuris, & de iure tamen contra eam admittitur confessio partis.*
11 *Probationes non inducunt ius.*
12 *Confessio admittitur contra præsumptionem iuris, et de iure.*
13 *Iuramentum calumniæ petitum à parte si non præstetur reddit processum nullum cum Bar. contra Bald.*
14 *Iuramentum calumniæ quare inductum.*
15 *Iuramentum calumniæ an procurator præstet.*
16 *Iurari de calumnia potest procurator habēs ad hoc speciale mandatum secus si generale cum libera.*
17 *Mandatum cum libera an sufficiat ad iurandum de calumnia.*
18 *Mandatum cum libera sufficit ad casus qui requirant speciale mandatum.*
19 *Mandatum cum libera sufficit ad transigendum.*
20 *Iuramentum calumniæ in quibus causis præstetur.*
21 *Iuramentum calumniæ in multis causis cessat.*
22 *Iuramentum calumniæ an possit remitti?*
23 *Iuramentum calūniæ remitti potest per principem.*
24 *Iuramentum calumniæ recusans vt puniatur.*
25 *Iuramentum calumniæ recusanti pœna non irrogatur ipso iure sed per sententiam.*
26 *Confessio intelligitur cum qualitatibus in libello contentis.*
27 *Intellect. l. fi. C. de fideicommiss. & §. fi. instit. eo.*
28 *Confessio an intelligatur cum omnibus qualitatibus.*
29 *Iuramentum calumniæ recusans an possit appellare.*
30 *Iuramentum calumniæ an præstetur in causa appellati.*
31 *Iuramentum calumniæ deferens an prior iurare debeat.*
33 *Reus positionibus non antea respondere tenetur, quā actor iuret se putare eas esse veras.*
33 *Iuramentum calumniæ subiturus an possit petere tempus ad deliberandum.*

5 ILLVD dubium est an ideo quod iuramentum calumnię non potest per simplicem litigantium consensum remitti, vt in. l. 2. §. sed quia veremur cum ibi plene notatis per glos. & Doctor. C. de iuramento calūniæ, similiter non possit remitti per interuentum iuramenti ipsarum partiū litigantium. Mouet quęstionem quod nonnulli litigantium sunt tam diuini numinis reuerentes, vt nec verum sacramentū audeāt prestare, vt in. l. quę sub conditione in pri. ff. de condi. insti. vnde æquū videbatur vt mutuo consensu litigantium præsertim iurato ad sacramentum posset remitti. Confirmatur, quia tacite potest remitti vt notatur in dicto. §. sed quia veremur, ergo facilius potest remitti per expressum consensum præsertim iuratum, argument. l. cum ex filio. §. j. ff. de vulgar. & l. cum patro. §. filius. matrem. ff. de lega. 2. & d. c. quanuis. dicta leg. cap. licet mulieres. d. c. cum contingat cum similibus, facit tex. in capit. 1. §. 1. de iu-

Iuramentū calū. an per pactū iuratum remitti possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ramento calumniæ, libro.6. Sed an per simplicem partium cõuentionem possit remitti, infra dicam, per conuentionem autem iuratam puto quod remitti possit à parte parti, argu. d. c.1. §.1. ea tamen remissio quantuncunq; iurata impediméto non erit, quin ipse iudex possit ex officio partes ad iurandũ de calumnia compellere, argu. tex. in d.§. sed quia veremur cum ibi plene notatis præsertim per Bal. in. d.l.2. in fine pr. C. de iura. calumn. nec. n. leuis suspicio erit, quod vtrinque dolus interueniat cum tale sacramẽtum subire recusant, quod si iudici persuasum esset id ab ipsis litigantibus cupi timore diuini numinis, quasi nec verum iuram. auderẽt præstare, tunc forte non erraret partiũ voluntati sese accõmodãs. Quę res quia vtilissima, & frequentissima est, ideo istam materiam intendo declarare per quæstiones, & primo quæro quo iure fuit introductum iuramentum de calũnia, & breuiter dicas quod iuramẽtum de calumnia in quibusdam casibus bene fuit inuentũ de iure veteri, sed iuramẽtũ generale de calũnia fuit inuectũ per Iustinianum ita dicit Bald. in. l.2. C. de iuramento calumniæ, in princ. ver. quærunt hic quidam, &c. & licet ipse non dicat, de illis casibus fit mentio in l. delata. C. de iureiu. & in. l. iusiurãdũ, et ad pecunias. §. qui iusiurandum. ff. de iureiu. & in. l. si non fuerit eo. tit. & alibi sępe. Ratio autem quare de iure veteri non fuit inuentum iuramẽtum generale, erat quia tunc potius tendebat ad reperiẽdam veritatem quam ad solẽnizandum iudicium, hodie vero pertinet ad solẽnitatem iudicij: ideo si peteretur, & non præstaretur non valeret iudicium secus si non peteretur, vt in capit. 1. §. 1. de iuramento calumniæ, lib. 6. & notatur, in. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuramento calumniæ, istam rationem reperio per Paul. de Castro, in. l. 1. circa princip. C. de iuramento calumniæ. Et dum dixi quod si iurã. hoc sit petitum, & non præstitum processus redderetur retro nullus, adde quod ex hoc cauti aduocati quando respondẽt libello, & negant narrata prout narratur postea, petunt in fine iurari de calumnia nec vlterius insistant, vt si postea omittatur, reddatur totus processus nullus secundum Iacobum Butri. in dicto. §. sed quia veremur. Imola, & Alexand. in. l. qui bona. §. si alieno. ff. de damno. infecto. Et adeo est præstandũ si petatur quod non valeret consuetudo vel statutum, quod iuramentum calumniæ posset expresse remitti. c. cõsti tutus de fide inst. casus notabilis in cæterum de iuramento calumnię. Vnũ tamen est quod potest quandocunque præstari ante conclusionem in causa, & sufficit, glos. est notabilis in capit. ex literis de iureiu. facit text. in capitul. 1. in princip. de iuramen. calumniæ, lib. 6. imo quod est plus etiã post conclusionẽ in causa, potest iudex ex officio suo istud iuramentum calumniæ recipere inuita parte, vt tenet Bald. in. l.1. penul. quæstione. C. de iuramento calumniæ, & in. l.2. §. sed quia veremur. eodem ti. post Ioan. Andræ. in capit. 1. de iuram. calumnię, libr. 6. in nouell. & sic termini assignati partibus non concludunt iudici. Id tamen quod dixi quod si petitum non præstaretur processus esset nullus, procedit nisi iuramentum calũniæ peteretur postquam actor probauerat plene intentionem suam, nam si tunc non prẽstaretur nõ esset propterea processus nullus, ita singulariter tenet Bald. in cap. 2. de probatio. per illũ textum, & dicit non reperiri, alibi ita expresse. Sed tamen aduerte, nam ille text. loquitur in iuramento veritatis quod esset frustratorium, postquam quis plene probasset, nos autem loquimur in iuramento calumniæ vbi est diuersa ratio, vt patet aperte, & euidenter probo nam postquam actor plene probat nõ grauatur onere iuramenti, quia vt dixi esset superfluum, & quia non debet quis in eo probando grauari quod probatum non releuat. l. ad probationem cum simil. C. de probat. & ista etiã potest esse ratio ad dictum

6 *Iuram. cal. quo iure inductum.*

7 *Iuramentũ cal. pot quãcũq; præstari ante conclusionem.*

8 *Iura. cal. potest iudex exigere inuitis partibus.*

9 *Iura. cal. peti potest et postq̃ actor plene ꝓbauerat cõtra Bald.*

c.2. de proba. Sed in iuramento calũnię hæc ratio cessat, nam si ego plene probo, & postea mihi deferatur iuramẽtũ de calumnia, si forte iuro me per calũniam litigasse, debeo succũbere, & sic iuramẽtum non est superfluum, quod autem debeam succumbere patet, quia præsumptio quæ oriebatur ex probatione mea præcedẽti est sublata per cõfessionem contrariã, & probatur à fortiori, nam si contra sententam quæ trãsiuit in rem iudicatam, & ex qua oritur prę sumptio iuris, & de iure admittitur probatio in ꝓtrarium per confessionẽ partis, vt tenet singulariter, Inn. in. c. quapleriq; de immuni. eccle. ergo à fortiori contra probationem solã ex qua nõ oritur ius, vt est glos. singularis, in. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. debet admitti confessio partis contraria, vt in nostro casu. Item patet nã contra præsumptionem iuris & de iure admittitur cõfessio partis, licet alia ꝓbatio nõ admittatur, vt est gl. in authẽ. de æquali. do. §. illud. col. 7. & in. l. in contractibus. §. 1. C. de non nu. pe. & in. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. notat. Doct. in auth. sed iam necesse. C. de don. ante nup. cum simili. ergo à fortiori contra probationẽ solam, ex qua non oritur præsumptio, & si oritur esset iuris tm̃ non autem iuris, & de iure vt est notum, & per hoc puto dictum Bald. non procedere super quo cogitabis.

Sentẽtia licet sit ꝓ ea præsumptio iuris & de iure, tm̃ contra eam admittitur cõfessio partis. 10 *Probatiões nõ inducũt ius.* 11 *Cõfessio admittitur cõtra præsumprionem iuris, et de iure.* 12

13 Secundo limita dictam regulam, vt p̃cedat quando iuramentum esset petitum à iudice, nã si non præstaretur processus redderet nullus, secus si esset petitum à sola parte, nam tũc etiam si nõ prẽstaretur non esset processus nullus, ita singulariter tenet Bald. referens se ita consuluisse, in. l.2. ff. de iureiu. in repetitione. 2. quæstione, & pro eo stringit. tex. in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui nuntiatio. Barto. tamen ibi prima oppositione vult contrarium, præterea hoc est contra cautelam de qua supra dixi, nam si ea ratione aduocati petunt iurari, vt si postea non iuratur processus sit nullus, ergo contra do

Iuram. cal. petitũ à parte si nõ præstetur reddit processum nullum cum Bar. cõtra Bald.

14 Secũdo quęro, quare fuit introductũ iuramentũ calũniæ, respõdeo ideo, vt calũniosa litigantium ĩstãtia compẽsaretur, istam rationem ponit Imperator, in. l.j. circa medium. C. de iura. calum. & ibi in specie notat Bal. post princ. & vide quod ex hoc ibi infert ad istam rationem, addo quod dicit tex. in. l.2. §. ꝙ si actor. C. de iuramento calumniæ, ibi quid aliud nisi pro omnibus deũ, &c. Secundo facit. l. fi. C. ad legem Iuliam repet. & tex. in capit. fina. 1. q. 7. ibi, & licet neminem diuini timoris contẽnẽdo iusiurandum arbitramur immemorem, &c. & cõfirmabitur per multa, & hoc de secunda quæstione.

Iuram. cal. quare inductum.

15 Tertio quæritur, quę personę debeant iurare de calumnia, pro solutione considero quod aut quis litigat per se aut per alium, & si per alium aut per legitimum administratorem, & sic per eum quem lex admittit, aut per procuratorem, & sic per eum quẽ quis suo arbitrio constituit. Primo casu ipse litigãs, debet iurare, vt. l.2. §. 1. & authen. principales. C. de iuramento calumniæ. Secundo casu illi legitimi administratores debent iurare, non autem illi quorum nomine agunt vel conueniuntur, & de hoc est proprie tex. in. l.2. §. quod obseruari cum ibi notatis, eodem titu. Tertio casu quando litigat per procuratorem, diligenter aduertendum est, nam text. in dicta. l.2. §. sinautem absuerit, dicit quod antequam procuratori lis mandetur tenetur dominus de calũnia iurare text. authen. in. c. fin. de iura. calum. libro. 6. dicit quod procurator potest de calumnia iurare & sic videtur corrigere. d. §. sinautem quod est absurdum: quare dicendũ est ꝙ practica põt esse multiplex: ꝙ si dñs vult totã litẽ ꝓcuratorẽ agitare, ipe quo ipsũ ꝓstituit debet apud iudicẽ loci vbi ꝺgit

Iuram. cal. an procurator præstet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurare de calumnia super lite futura, p procuratorem agitãda, siue sit actor siue reus, & istam practicam ponit proprie tex.in.d.l.2.§.finautem abfuerit de iur.cal. Secunda practica potest esse q̃ dominus constituat procuratorem ad totam litem,si vult absque eo quod ipse iuret de calumnia,& postea procurator incipiet litem eamq; contestabitur, et postea dabitur sibi terminus ad faciẽdum dominum comparere in iudicio, & ad iurandum de calumnia, & istum modum ponit Paul. de Castro. in. d.§. finautem.

Iurari de cal.pōt procurator hñs ad hoc speciale mandatū secus si generale cum libera.

16 Tertius modus,practicandi est,& melior,quod dominus constituat procuratorem cum speciali mandato ad iurandum de calumnia, licet olim nõ fic esset,& de hoc est tex.in.d.c.fi.de iura. calum.libr.6.Et sic loquitur in diuerso casu.ab illo.§.finautem abfuerit nec vnus corrigit alium,& ad dictum.c.fin. addo glos.per illum text.in.c.1.de iudi. lib.6.in glo.vltima,& gl.in.c.licet mulieres de iureiur.lib.6. vbi etiam allegauit illum tex.facit in simili.tex.in.c.fin. de procurat.eodem, lib. & in propsito vide gl.magnam,in. c. tibi domino .l.3. distinct.& ad prædicta vide magistraliter Paul. de Castro. in.d. §. fin autem

Mandatū cum libera an sufficiat ad iurādū de calūnia.

abfuerit.1.colū.per totam, ad quem recurras.Iuxta hoc incidenter, & necessario quæro, quid si dominus non dedit mandatum speciale ad iurãdum de 17 calumnia, sed generale cum libera vel plena vel alijs modis qui æquipollent speciali mandato de quibus in.l.procurator, cui. ff. de procuratori.& ibi per Barto.& in alijs locis an illud sufficiat, & reperio quod Bal.in.l.si procurator, in medio.C.de procurato. dicit singulariter quod illa verba.cum libera,&c. & similia ad iurãdum de calumnia nõ sufficiunt, & ideo in iuramento de calumnia requiritur speciale mandatum secundum eum,imo quod est plus, nõ sufficeret speciale mandatum hoc modo etiam ad iurandum de calumnia, &c.Sed est necesse quod dicatur ad iurandum de calumnia in tali causa, &c. vt.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui.hære.secundum Bar.in.d.§. finautem abfuerit post medium idem vult ibi Paul.1.col.ad fin. & sic quod requiratur nedum speciale sed etiam singulare.Ratio est secundum Bar. ibidem, quia si mandatum esset simpliciter ad iurandum de calumnia, intelligeretur in causis iustis, nõ autẽ in iniustis:quia mandatum non continet in dubio illicitum.l. si procurator. ff. de condi. indeb.& sic non ligaret dominum, & sic esset superfluum quod secus est quando est datum mandatum in tali causa,

Mandatũ cum libera sufficit ad casus quirẽ quirit speciale mandatum.

18 &c.Sed aduerte quia contra prædicta facit,nam in casibus in quibus requiritur speciale mandatum sufficit generale cum libera, vt singulariter tenet Bald.in.l.illud.§.si talis. ff. de minor.& allegatur in apostil.ad Bartol.in.l. procurator cui.ff.de procur. & illa decisio est singularis secundum Iaſ.i.l.idebitã. ff.de condi.indebi.sed ista est huiusmodi.d.c.fi.de iura.cal.lib.6.ergo.&c.præterea pro hoc facit tex.notabi.in.c.qui ad agendum in fide procurat.libr.6.ibi bonorum vel causę administratio,&c. vbi paria sunt conceden. administrationem cum libera in omnibus causis, vel in vna tantũ,si ergo in causa in qua litigat dedit ei mandatum cum libera, videtur sufficere & illum tex.allegauit notabilem Bar.in.l.qui Romæ.§. Callimachus.ff.de verb.obliga. & in.l.iusiurandum quod ex conuentione. ff.de

Mãdatũcũ libera suffi cit ad transigendum.

19 de iureiur.§.fin.1.col.Ad idem facit nã in transactione requiritur speciale mãdatum,vt.C.de transac.l.transactionis, & tamen sufficit quod quis habeat generale cum libera à lege,vt.l.præses.C. de transact.iuncta glos.singulari, in.l. mandato generali.ff.de procurator.ad idem.d.l.iusiurãdum quod ex conuention.§.fina.ff.de iureiur. Tenendo tamen opinion.Bald. & quod supra dixi posset responderi ad omnia prædicta vno verbo,quod procedunt vbi requiritur speciale mandatum solummodo, sed vbi requiritur speciale, & singulare vt in iuramento calumniæ,vt supradixi parte dicta nõ adstringunt qa quẽ admodum non sufficit speciale ita non debet

debet sufficere generale cum libera, & hęc est vera responsio,vel secundo fateor quod in requirẽtibus speciale, sufficiat generale cum libera vbicunque est eadem ratio,alias secus,quod autẽ in ꝓposito sit diuersa ratio patet quia in mandato generali cum libera nõ includitur quod iuret de calũnia in causa iniusta,quia est delictum,argu. l.si ꝓcurator cum simil.ff.de condict.indeb. sed ista ratio cessat in mandato speciali,qua tunc bene potest iurare in quacunque causa cum de voluntate constituẽtis constat.d.c.fin.de iur.calumn.li. 6.ergo,&c. & hoc de tertia quæstione. De qua etiam vide Bart.in.l. qui bona. §.si alieno.ff.de dam.infect. & ibi Alexan.3.coll.

Iura.cal.in quibus causis præstet.

20 Quarto quæro, in quibus causis debet hoc iuramentum præstari,& videtur,dicas quod in ciuilibus prophanis, & temporalibus iurandum est secundum omnes,vt in toto tit.C.de iuram. calum.& extra eodem titul.per totum quid in criminalibus gl. tenet quod eodem modo in eis fit iurandum,vt notatur in.l.1.gl.magna. C. de iuramen.calum. addo quod idem videtur tenere, glos.plenior,in.c.1.de iuramen. calum. gl.mag.idem gl.in.c.2.eod.titu.idem tenet gl.remissiue.in.c.1.in fi.de iura. calum.libr.6.& glos.institit.de public.iudi. in prin.glo.2.facit.l.fin.C. de fide instr. breuiter dicendum est,quod in eis fit iuradum de veritate dicenda, vt in ca. cum dilecti de accusa.nam in criminali respondendum est de veritate non de credulitate, & ita est iurandum, & ita seruat consuetudo secundum Bald. in.l.1.C. de iuramen.calum. antepenul. quæstione.Facit.l.vltima.ff. de crimin. expilatæ hæreditatis:si tamen hoc iuramen.omittetur non propterea processus esset nullus secundum eum,in.d. l.1.& vide Paul.in.d.l.1. ad fi. vbi idem vult in effectu licet clarius loquatur,& eum omnino vide,idem vult ibi Bart. circa fi.Quid in spiritualibus an in eis iuretur de calumnia & text. in capit.literas de iuramento calum. dicit quod non idem tenet glo.per illum textum,

Iura.cal.in multis causis cessat.

21 in.l.2.§.sed quia veremur.C.de iuramẽto calumniæ. Illud tamen hodie immutatum est per text. in capit.1.§.fin.de iuramento calumniæ libro.6. vbi statuitur quod in spiritualibus iuretur ne dũ de calumnia sed etiam de veritate simul,rationem ponit ibi text. Quid autem differat iuramentum de calumnia à iuramento de veritate, & quid habeat quis respondere per iuramentum de veritate. Vide magistraliter per Abbatem,in capit.2.de iuramento calum. penult.& vltima columna,ad quem recurre, & ad text.in capitu.1.§. fina.de iuramento calumnię,libr.6.quem modo allegaui,adde glos.cum text.in.ca. 2.de confess. libro.6.in glos. prima, & vide Bald.in.l.2.C.de iuramento calũniæ,in fin.princi. vbi per hoc infert ad quæstionem nunquid ille qui non vult iurare in causa spirituali,habeatur pro confesso, & breuiter concludit, quod ex quo tenetur iurare si non iurat,habeatur pro confesso in sui prędiciũ, sed non quod per hoc aduersarius acquirat titulum in causa spirituali, vel beneficiali,allegauit Archidia.in capi. 2.de confesso. libro.6.nisi de titulo ponens legitime probet, ne per collusionem in illis patiatur vitiosus ingressus, & de ista quæstione proxima per Paul. de Castro in.l.2.§. quod si actor. C. de iuramento calumniæ. 2. colum. ad fin. allegauit in argumen.text.in capi.eum qui de eo qui mittitur in posse,vbi propter contumaciam in non comparendo non fit missio ex primo Decreto in beneficialibus ratione prędicta.Vnum scias quod vbicunque non iuratur de calumnia,iuratur tamẽ de veritate, & vbi etiam fuit iuratum de calumnia generaliter, potest nihilominus in singulis actibus exigi iuram.de cal. tex. in.c. 2.§.f.de iuramen.calum.lib.6.& ista nõ fuerũt inuenta de iure ciuili,& de hoc vide etiã Pau.in.l.1.in fi.C. de iura. cal. & hoc de. 4. q. Cui tamen adde quod in notorijs,vel vbi proceditur in confessum, non est de ordine iudicij iuramentum calumniæ, vt per Specu. in titulo.de iuramento calumniæ. §. finali,

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem vbi non esset quæstio facti sed iuris, quia talis quæstio nō desiderat probationes facti sed allegationes legum, ar. l. ornamētorum. ff. de au. & arg. leg. item in caus. ibi: volūtarię iurisdictionis non habet locum iura. de cal. vt super declaratione priuilegij, vel dispensatione, vel similibus. Item quando iudex procedet ex officio suo inquirendo non iurat de calumnia, licet ipse aliquid faciat per quod onus probandi ingerit reo, vt per Spec. isto tit. ver. quid si causa facit. l. 2. C. de offi. ciuili. iudi. & prædicta si aduertis colliges ex verbis, Bal. in l. 1. C. de iuram. calum. primo. 2. 3. notabili quem videas.

Iura. calū. an possit remitti.

22 Quinto quæritur an hoc iuramentum de calumnia possit à partibus remitti, & videt quod non, vt. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuramē. calum. adeo quod non valeret cōsuetudo de eo remittēdo, tex. est in. c. ceterum de iurā. calum. alij dicunt quod expresse non potest. remitti, tacite tamen sic, arg. l. filius fa. §. veterani. ff. de procura. & C. de procura. l. ita demum istam quęstionē late disputat, gl. in. c. tuis extra de testib. hodie videt apertè decissum, in. c. 1. §. 1. de iura. cal. libr. 6. vt tacite bene posset remitti, nec propter hoc ꝓcessus est nullus, vel annullandus videtur, potest dici ꝙ omitti bene potest, & hoc secundum omnes, & hoc est quod dicit tex. in. d. c. 1. remitti aut aperte parti nō potest, quin saltim semper possit exigi ex officio iudicis sed à iure bene potest remitti, sic remittitur parentibus, & patronis, vt. ff. de iureiu. l. iusiurandum, & ad pecunias. §. hoc iusiurandum, & vide de hoc Bal. l. 2. circa fi. prin. C. de iura. calum. prędicta in iuramento de calumnia. Sacramentum autem testis bene potest remitti aperte, & hoc est vulgatum, de hoc tamē nos legistæ nō habemus textum, sed allegamus gl. in. l. 1. ff. deferi. & est. glos. in. l. iurisiurandi. C. de test. & in. l. 2. §. sed quia veremur. gl. magna. C. de iura. calum. & gl. in. c. si testis. §. item iuris iurādi. 4. q. 3. & est tex. de hoc in. c. tuis, extra de testi. & gl. per illum tex. in. c. fraternitatis glo. fi. eodē

tit. & gl. in. c. de causis de officio deleg. & in. c. 3. loco de probatio. Licet autem

Iura. cal. remitti potest per principē

23 à partibus iuramentum calumnię non possit remitti, vt dixi rescripto. tamen principis bene potest remitti, vt tenet gl. magna in. d. §. sed quia veremur, si tamē faciat mentionem de illa lege. Circa quod tamen dicas quod de principe non est dubitandum quin possit, cū sit supra ius positiuum secūdum quod fuit hoc iuramentum introductum, vt in. c. proposuit de concess. præben. & in l. princeps. ff. de legibus, & qualis clausula derogatoria requiratur, dic vt notatur, in. c. nonnulli de rescriptis, & in c. vno de excess. præla. lib. 6. in nouella, sed inferior à principe etiam legatus non potest tollere illa substantialia iudicij, de quo vide gl. singularem, in. c. fi. de hære. lib. 6. & hoc ponit dñs Abb. in c. cæterum in fin. extra de iura. calum. & hoc de quinta quæstione.

Iura. calū. recusans, vt puniat.

24 Sexto quero, quę sit pœna nolentis iurare de calūnia, dicas quod regula est qđ actor nolēs iurare cadit ab actione, reus vero habetur pro cōfesso, tex. est in. l. 2. C. de iura. calumē. in. §. quod si actor, tex. ī. c. Imperatorū de iura. cal. & in. c. fi. §. fi. eo. titul. Circa hoc tamen an omnis contumax in non respōdendo habeatur pro ꝓfesso? latius dicas quod aut quis recusat respōdē. interrogatio. quæ fuit ante lit. contest. ad pręparationem indicij de quibus in titul. de interroga. actio. & tunc erat prouisum per ll. illius ti. quod haberetur pro confesso vel pro negante prout sibi esset magis damnosum, & vtilius interrogāti. l. de ætate. §. quæ tacuit. ff. de interroga. actio. cum ibi nota. Aut recusat respōdere libello, & sic litem contestari, & tunc non erat prouisum olim nec etiā hodie, quod habeatur ꝓ confesso. Imo proceditur contra eum tanquā contra contumacem admisionem ex primo vel secūdo Decreto, vel etiam cogitur pręcise captis pignoribus, vel multa in d. l. 1. §. quid ergo. ff. de ventre inspi. & quod notat per gl. singularem in auth. qui semel gl. mag. C. quomodo & quādo iudex. Aut recusat respondere positioni.

tioni. quæ fuit post litem contestat. ad releuandum ponentē ab onere probādi, et licet olim fuerit magna dubitatio vt referūt doct. in. d. §. quod si actor hodie tamen hoc est expeditum. 1. quod habeatur. Pro confesso, vt in. c. 2. de cōfes. lib. 6. concurrentibus multis de quibus ibi, & de prædictis vide notabil. Paul. in. d. §. quod si actor. 2. coll. Prædicta sunt vera in prophanis causis, quid autē in causis specialibus puta beneficialibus, vel ī causis criminalibus an cōtumax habeatur? pro confesso videtur dicendū quod non vt notabil. ꝓ Paul. d. §. quod si actor. 2. co. in fi. cum princi. sequentis rationi. de quibus ibi: per eum, & vide quę dixi supra. 4. quęstio.

Iura. cal. recusanti pœna non irrogatur ipso iure sed per sententiam.

25 Licet autem actor cadat ab actione, & reus habeatur pro confesso, vt dixi illud tamen est verum secuta sententia non autem ipso iure, vt tenet gl. in. d. §. quod si actor, & gl. in. c. fi. §. fin. de iura. cal. & notatur, in. c. 2. ad fi. de confess. li. 6. & notabili. Bar. & ibi in apost. in. l. eius qui delatorem in prin. ff. de iure fis. Ex quo infertur quod licet actor noluerit iurare de calūnia si tamen iudex ferr sententiam pro actore valet, si. n. cecidisset à causa ipso iure sententia lala esset nulla ipso iure secundum Bald. in. d. §. quod si actor circa prin. infertur si antequam lata sit sentētia decederet ille, quę recusauit iurare, illa pœna nō transmitteretur contra hęredē eius, vt posset hæres rei condēnari virtute dictę tacitę, vel fictę confessionis, nec ét hęres actoris repellitur à iudicio, vt est casus singularis in iure in. l. eius qui delatorem, in prin. ff. de iure fis. & ibi hoc vult Bar. in fi. idem Bar. in. d. §. quod si actor, & notabilius ibi per Paul. circa princi. quem videas, & idem vbicunq; propter cōtumaciam vel alias, quis habetur pro confesso, vt pœna illius fictę confessionis non transeat cōtra hæredē, vt. d. l. eius qui in princ. Item pro limitatione adde quod habetur pro cōfesso, est verum super capitulo tātum, cui noluit respondere non autem sup alijs tex. est, in. d. §. quod si actor, & ibi notat Bal. ad fi. & notatur ī. c. 2. de ꝓfes.

26 lib. 6. Item pro limitationē addo quod est verum, vt habeatur pro confesso si qualitas causę petitur alias secus, vnde si ex tenore libelli apparet aliquid contra ipsum actorem propter quod reus deberet absolui, licet reus vere vel ficte confiteatur contēta in libello, non deberet condemnari sed absolui, quia censetur confiteri cum suis qualitatibus, ita est text. cum glos. singulari in dicto. §. quod si actor, in ver. rei qualitas, & ibi notat Bal. ante fi. & dicit esse nota. dignum & illa gl. est singularis secundum Paul. ibi in fi. quem videas.

Cōfessio' intelligī cum qualitatibus in libello cōtentis.

27 Et ex hoc infero, scis quod quando hę res negat relictum si probetur, sibi tenetur illud soluere, quanuis volūtas sit non solennis, vt est casus singularis in sti. de fideicom. hære. §. fi. & in. l. fi. C. de fideicom. nam intelligo illam. l. quādo fideicommissarius asserebat fideicommissum fuisse relictū. Sed aduersarius negabat fuisse relictum, vnde de solennitate non expediebat allegare postq̄ negabat factum. Si autem actor confitebatur fuisse relictum minus solenniter, nō puto quod aduersarius habere tur pro condemnato ex sua ficta cōfessione, arg. gl. in. d. §. quod si actor, quæ est singularis ad hoc, & per id quod notat Bar. in. l. absentem vlti. col. ff. de pœnis, nam contra pręsumptionem iuris, & de iure quæ resultat ex negatione vel recusatione iuramenti, videlicet ꝙ fuit relictū solenniter vt in illa. l. f. admitteretur probatio in contrarium ꝓ confessionem partis. 1. actoris. vt notatur in authen. de ęquali. d. §. illud col. 7. & per Doct. in autē. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. cum concor. cum ergo in libello ipse confiteatur de minus solenni voluntate, ergo &c. & postea reperi quod hoc tenet Paul. de Castro in terminis, in. d. l. fin. C. de fideicom. 1. coll. in fi. & allegauit gl. pro singulari, in. d. §. quod si actor, & dicit quod nec gl. nec Doct. hoc tangunt, sit ergo cautus reus, vt ab ipso principio cum interrogatur non neget factum sed solennitatem, vel si vult negare factum statim subijciat quod posito quod fideicom-

Intellec. l. f. C. de fideic. & §. fi. instit. eodem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

missum fuerit relictum, tamen minus solenniter & tunc non erit locus illi legi. Imo poterit allegare defectum solēnitatis, posito quod recusauerit iurare super facto secūdū Paul. in dicto loco. Incidenter hic quæritur, reus habetur pro confesso si recusat iurare, vt supra dixi, quęro an habeatur pro cōfesso cū omnibus suis qualitatibus. In hoc text.

De eadē re.

Cōfessio an intelligat cū omnibus qualitatibus.

28 vi. dicere quòd sic in d. §. quod si actor dum dicit quemadmodum ipsa requalitas suggesserit, & Bal. ibi in f. notat ꝙ confessio ficta de qua ibi includit factum cum qualitate intentatum per illum tex. quod dicit esse tenendum mēti, & idem ibi notatur in apost. ad Bal. & idem videtur velle Abb. in c. fi. de iuramen. calum. 4. coll. circa fin. vers. sed quæro nunquid debet haberi, &c. pro hoc adduco quod tenet Bar. in cōsilio incipiente in nomine domini, proponitur quod Ioannes, vbi ponit regulam quod vbi ex aliquo actu oritur aliqua pręsumptio, illa debet assumi cum omnibus qualitatibus, & modis illi actui cohęrentibus: allegat pro hoc text. in l. fi duo patroni. §. fi quis iurauerit el. 1. ff. de iureiur. vbi text. vult, quod quando ex iuramento præsumitur contractus intercessisse, quod præsumuntur omnia quę sunt adherentia illi contractui, & per hoc infert ad cōsultationem de qua ibi per eum. Contra prædicta tamen vltra omnes faciūt sequentia: primo quod tenet Petrus de Ancharra. in consili. 412. quod incipit probata tanti vir. sæuicia &c. ad fin. vbi consuluit quod lex vel statutū disponens quod quod contumax habeatur ꝓ confesso, intelligitur quo ad casum principalem nō autem quo ad qualitatem personæ aggrauātis delictum: idē videtur tenene. Bar. in consilio incipi. statuto ciuitatis Florentię, & sic directo contra prę dicta. Secūdo in contrarium facit illud quod tenet Ange. in consil. 146. quod incipit, Super primo dico sententiā fore nullam, vbi plus tenet quod etiā vere confitens delictum, non videtur cōfiteri qualitates dilecti. Tertio in contrarium facit illud quod tenet Baldus, in l. quidam æstimauerūt. ff. si cer. peta. vbi dicit quod aliud est haberi pro confesso quo ad factum, aliud quo ad qualitates facti, allegat tex. in l. 1. §. quod autem. ff. ne quid in loco publi. fiat. Quartò in contrarium facit illud quod decidit Bar. in l. fi an semper omnes. §. fi à filio per illum tex. ff. de lega. 1. vbi quærit, pone quod aliqs accusatur eo quia commisit adulterium cum Sæya vxore Titij, ille ꝓfitetur contenta in inquisitione esse vera, determinat Bar. intelligitur quo ad adulterium, sed nō quo ad qualitatē personæ. s. quod Sæya sit vxor Titij, & licet moderni ibi videantur dubitare de illa doctrina Bar. tamē Bal. in c. prudentiam de mutu. peti. & Anto. in c. 1. de plus peti. idem tenent, idem tenet Francis. de Aretio ponderando, ibi esse tex. de hoc in l. scire debemus, in prin. de ver. oblig. 4. colū. Et tenendo istam partem restat respondē dum ad contraria, & ad text. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. de iure iur. potest dici quod nihil facit, quia lóquitur in hijs quæ veniunt ex natura actus ideo veniunt ī iuramento, & in prę sūptione, & sic prima theorica procederet quando illę qualitates essent de natura cōtractus vel actus, quādo autem non essent de natura actus, secus esset, vt patet per ea quæ proxime allegaui, & de prædictis vide Ias. in d. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. 3. coll. à quo didici. Restat respondendū ad tex. in l. 2. §. quod si actor. C. de iura. calum. in quo se fundat Bald. quod est difficile, cū ille tex. hoc videatur dicere expresè, & ibi Pau. in fi. dicit quod censetur confiteri cum omnibus suis qualitatibus, credo posse dici quod ille tex. hoc non dicit, nam pondera quod tex. ibi bene dicit, quod habetur ꝓ cōfesso: quod intelligo simpliciter nō cū qualitatibus: iudex tamen pōt condēnare secundum quod rei qualitas suggerit, & hoc subijcit ibi tex. non tamen quod ille videatur confiteri cum qualitate illa, de qua imperitur, & si dicas contra sententiam debet esse conformis confessioni, si ergo potest cōdemnari

nari secūdum qualitatem rei, vt ibi, ergo videtur illam cōfiteri, ad hoc respō deo quod non sequitur, nā licet ille videatur confiteri simpliciter: potest tamen iudex cōdemnare vel absoluere, secundum qualitatem negotij, quę qualitas sibi constat ex libello actoris vel ex actis, maxime cum sentētia semper debeat referri ad acta. l. hęc sentētia cū simili. C. de sentētia quæ sine cer. quanti. & sic licet condemnet secundū qualitatem, illa tamen qualitas potest sibi constare aliunde non ex ꝓfessione rei. Præterea text. ibi hoc ponit in arbitrio iudicis dum dicit liceat iudici quemadmodum qualitas suggesserit, &c. si ergo videretur confiteri cū qualitate intentata non poneretur in arbitrio iudicis, quia in his quæ sunt determinata à iure non statur arbitrio suo. ca. iudicet in fi. 3. q. 7. cum concord. cogita. Posset & aliter respōderi quod ille text. vult posito & concesso quod videatur confiteri cum qualitate intentata, quod intelligatur de qualitate minuente delictum vel petitionem, vt ibi in tex. iuncta gl. singulari. Si autem per illā qualitatē aggrauaretur ꝓdemnatio, vel delictum, tunc illam nō videatur confiteri, & ita intelligantur omnia quæ superius in cōtrarium allegaui, & suadetur hæc solutio p regulā. l. Arrianus. ff. de acti. & oblig. & in c. ex literis cum vulgaribus de probat. facit. c. allegant. 26. q. vlti. Sed ista solutio non videtur tuta cum interpretatio debeat fieri in dubio contra illum qui ex cōtumacia nō respondit, & prout sibi est magis damnosum, vt. l. de ætate. §. qui tacuit cum ibi notatis de interrog. act. & quod notabi. dicit glo. in c. si post præstitum, gl. pen. de confess. lib. 6. & in simil. tex. singularis, in l. si quis solidum. ff. de hære. inst. & quod notat gl. in l. si seruus plurium. §. si quis ante cum simi. ff. de leg. 1. Sed pro solutione quam dedi facit regula, quod quando iudex potest contra aliquem absentē procedere ad definitiuam potest de facto supplere, & pqurere defensiones eius authent. qui semel, & ibi Barto. 1. col. C. quomodo & quando iudex. & in l. ampliorē ī princ. C. de appell. cum concor. & hoc etiam videtur velle gl. in d. §. quod si actor, cogita super prædictis quia sunt noua, & melior solutio non occurrit.

Iura. cal. recusans an possit appellare.

29 Nunc conclusiue quæro de alijs, septimo ergo quæro, posito quod contumax in non iurando habeatur pro confesso vt in prędicti quæstione, an saltim possit appellare, gl. in l. 2. §. quod si actor de iura. calum. in ver. pro confesso, tenet quod sic, idē tenet gl. in l. creditor. §. iussus. ff. de ap. idem gl. in l. 1. C. quorum app. non recipi. idem simpliciter tenet Bart. in d. §. quod si actor, idē ibi: & notabi. Pau. de Cast. vlti. col. quē omnino videas in ista quęstione: tamē ego distinguerem prout magistraliter distinguit. Abb. in c. fi. de iura. cal. 4. colū. in fi. cū sequēti quē omnino videas.

Iura. cal. an præstetur in cā appell.

30 Octauo quęritur, an etiam in causa appellationis sit iurandum de calumnia, glo. disputat, in l. 2. in prin. C. de iura. calum. in ver. mouisse, & videtur tenere quod sic idem Bar. ibi. 2. coll. in princi. idem Bal. in authen. hoc sacramentum eo. tit. hodie est, de hoc tex. ad literam, in c. 2. in prin. de iura. calum. lib. 6.

Iura. cal. de ferens an prior iurare debeat.

31 Nono quæritur an deferens iuramētū debeat prius iurare de calumnia si petatur, & dic quod sic. l. iusiurandū, & ad pecunias. §. qui iusiurandum. ff. de iure iu. quis prius tamen debeat iurare vide tex. & glo. in l. 2. §. 1. C. de iura. cal. in ver. & actor iuret. Adde quod eodem

Reus positionibus respōdere nō ante tenetur, qđ actor iuret se putare eas esse veras.

32 modo ille qui facit positiones debet iurare quod credit eas esse veras, alias nō tenetur pars respondere ita singulariter Bal. in c. in pertractandis de iura. calum. per glo. quam ad hoc reputat singularem in l. 1. gl. mag. in fi. C. de confess. sed ego dico quod est similis iudicio meo, in l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. calum. glo. magna. ad fi. & illa glo. in l. 1. in fi. de confess. est singularis secūdum Ias. in l. iudices in fi. C. de iud. quē videas. Adde quod eodem modo si instrumento conuentum esset, quod de damnis datis credatur simplici dicto creditoris absque iuramēto, tamē creditor tenetur iurare de calūnia si reus

petat

Universidad de Deusto
Biblioteca

petat ſecundum Bald.in.c.ceterum de iuramen.calum.ratio eſt ſecũdum eũ, quia licet iuramentum de veritate poſ ſit remitti.l.remittit.ff.de iureiu. & ſupradixi, ſecus tamen eſt in iuramento calumniæ.d.c.ceterum quod bene nota.Et ad prędicta vide Iaſo.in.d.l.iuſiurandum.§.qui iuſiurandum circa prin.

Iura. calſu bituros an poſſit petere tempus ad deliberandum.

33 Decimo quæritur an interrogatus vigore iuramenti de calumnia debeat habere tempus ad deliberandum,ſi dicat ſe dubitare,glo. videtur velle quod ſic in.l.2.§.quod obſeruari.C. de iura. cal. glo.mag.dum allegat.l. ſi debitor.ff. de peti.here.& in.l. iuſiurandũ circa prin. ff.de iureiu. idem tenet clarius gloſ.in §.quod ſi actor,eadem.l.ſ.in.l.2. de iur. calum.& plenius per glo.in.c. cum cauſam de iura.calum.gl.mag.de quo vide ibi per Abb.1.coll.in fin.cum ſequenti per totam,ad quem in hoc paſſu ſemper recurras.

1 *Fugæ ſuſpicio an iuramento creditoris probetur? dubiam pugna.*

2 *Fugitivus debitor capi poteſt propria authoritate creditoris.*

3 *Fuga an delictum probatum videatur.*

4 *Fugiens à carceribus pro confeſſo habetur cum cõ.*

Fugæ ſuſpicio an iuramento creditoris probet? dubia pugna.

29 æquipollet vniuerſali, etiam ex proprietate ſermonis, nã ſi Epiſcopus habebat famulos decem, dixiq;, famulos Epiſcopi hominem occidiſſe, ſi quidem verum eſt omnes decem homini occidendo operam dediſſe, illa indefinita (.i.famulos) etiam ex proprietate ſermonis comprehendit omnes decẽ, ſicq; æquipollet vniuerſali, non ſecus quam ſi dixiſſem omnes famulos occidiſſe, ita & patet ad ſenſum,& prꝛterea ꝓbatur ĩ.d.l.ſi ſeruitus verbo, verbo generali. Secũdo probatur, i. l. ſi is qui decenta.§.vtrũ.ff.de reb.dub. Tertio probatur,in.l.vbi numerus.ff.de teſtib.l. interillã.ff.de ver.ſig.c.pluralis.de reg.iuris,lib.6. in quibus iuribus dicitur indefinitã ſeu pluralẽ locutionem duorum numero eſſe contentam, duorum numero ſubaudi ad minus,non tamen negatur, quin etiam trium numero, vel etiã triginta, vel forte triginta milium

numero,ea locutio verificetur: licet ẽt duorum numero contentetur, nam & ſimiliter oratio vniuerſalis, vel multitudinis trium numero cõtenta & verificata, etiã ex proprietate ſermonis eſſe dicitur: vt inſti. de iure perſonarum. §.f.vbi notãt gl.& Doct.&.l.1.§.hoc reſcriptum.ff.ad Sillani. & tamen nullus modo ſanus abnegauerit, quin etiã ex proprietate ſermonis oratio vniuerſalis, vel multitudinis in pluribus quã tribus, vel etiam triginta milium numero verificetur,& numeroſiore etiam. Ergo aptitudine indefinita æquipollet vniuerſali, etiam ex proprietate ſermonis, non tamen æquipollet neceſſario.

Teſtis licẽs indefinite dicat, me domum aut fundum poſſediſſe, ꝓbat cõtra Ale. Exeã et Socinum.

31 Ergo ſi Epiſcopus decem famulos habebat, & eorum duo hominẽ occiderunt, dixiq; famulos Epiſcopi homines occidiſſe, hic ſermo verus eſt, & non comprehendit omnes decem, ſed tantum illos duos, qui occiderunt hominem: ergo, æquipollet vniuerſali aptitudine, non neceſsitate, vel æquipollet contingenter, non neceſſario: hinc plura bona deſcendunt, quæ diximus plenius li.2.de ſucceſſ.crea.§.20.nu.53. cum pl.ſeq.& nu.175. ergo in ſpecie propoſita præferẽdi ſunt teſtes Epi, quia in ꝓbationibus dictum teſtium debet concludere neceſſario.l.non hoc. C. vnde legitimi & vnde cognati.c. in præſentia de probati.teſtes autem Abbatis cũ indefinite tantum,non etiam generaliter deponerẽt,poterãt verificari ĩ quibuſdã iuriũ Epiſcopaliũ, & in reliquis verificarẽtur teſtes Epi. Cæterũ ſi teſtes Abb.deponerẽt de oĩbus omnino iuribus Epiſcopalibus, teſtes autẽ Epi de quibuſdã, adhuc epi teſtes eſſẽt prꝛferẽdi, ſi eſſẽt pares nũero, vel nõ multũ diſpares: quod ſi admodũ pauciores eſſẽt teſtes Epiſcopi, tunc Abbatis teſtes prꝛferendi eſſent ſecundum diſtinctionem noſtram ſupra relatã, ꝙ & innuit.d.c.auditis ibi pleno iure.

30 Quid aũt ſi teſtis ĩdefinitẽ dixit, quod Titius fundũ talẽ, aut domũ tenuit, & poſſedit, an ꝓbet poſſeſsionẽ totiꝰ fundi, vel domus ꝙ negat Alex.in cõſ.110. viſis acutiſsimis co.1.lib.1.Exea,in.c.cũ oẽs de cõſti.nu.4. qui allegat idem tenuiſſe Soci.in.l.3.§.Neratius in pri.col. 1.ff.de acq.poſſ.ratio, nam cum indefinita inquiunt non æquipolleat vniuerſali in probationibus: oportebat vt teſtis diceret totum fundum, aut domũ poſſediſſe,& ſic vniuerſaliter, non aũt fundum & ſic indefinite. Vtiliſsimum verbum ſi verũ eſſet, quia quotidie vſibus forẽſibus agitatur, ſed licet non inueniam contradicentem, auſim dicere ſuſpectũ omnino eſſe, nam verba cancellarij debent intelligi ſecundum cõmunem vſum loquendi non habito reſpectu ad ius cõe.l.Labeo.vbi Bar.not.

Verba in oĩ materia, et in omni perſona intelliguntur ſecũdum cõmunem vſum loquendi.

31 ff.de ſup.lega.& tex.in.c.quãuis,in verbo vſus obtinet.ibi Ang.& Ab. ad hoc no.de ver.ſigni.& tex.not.in.c. quanꝙ. in verbo ſecundum vocabula, quę vſus obtinuit.2.q.7.& in omni materia etiã pœnali,& odioſa, ſemper debet attendi cõis vſus loquẽdi ſecũdũ Abba.in.c. ꝓ tuas.in.2.col.de ꝓb.& ĩ.c.1.in vlt.col. de iudi.ẽt verba diuinę ſcripturæ intelligũtur ſecundũ vſum loquẽdi, tex. eſt in.c.maiores.ad fi.prĩ.vbi Abb. ad hoc not.de baptiſ.conſtitutiones principũ. debent intelligi ſecundum vulgarem modum loquendi ca.1. & ibi Abba. ad hoc.no.de torneamẽtis: ſtatuta ĩterpretanda ſunt ſecundum cõmunem vſum loquendi, ſecundum Barto.in.l.omnes populi.in.6.q.prin.ff.de iuſti. & iure.& in.d.l.Labeo,& ĩ rub.ff.de ope.no. nũt. & deniq; in omni materia quãtũcũq; odioſa, pœnali & correctoria attendi debet cõis vſus verborũ, idq; in omni diſpoſitione, ſiue loquamur in legibus, ſiue in ſtatutis, ſiue in ſcripturis Tabellionũ, ſiue in teſtiũ depoſitionibus, ſiue in actib9 inter viuos, ſiue in vltimis volũtatibus, ſiue in iudiciis, vt pleniſsime declarãt Feli.in prooemio Decret. nu.3.cũ plu.ſeq.& Iaſ.in rub.ff.de oper. no.nũt.poſt.Bar.Ale.& alios ibi p.l.Labeo.ff.d̃ ſup.le.l. librorũ.§.ꝙ tñ Caſsi9. ff.de leg.3.l.ſtipulatio iſta.§. hęc quoq;. ff.de ỹ.obl.c.quãuis de ỹ.fig.c. quãq̃.2. q.7.l.vt Alphe.l.vulgari.l. annicul9.ff. de ver.ſigni.& in teſte ꝙ eius dictũ ſit itelligẽdũ ſecũdũ cõem vſum loquẽdi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltra loca ſupra adducta tradunt gloſſ. in verb.ſtipuletur & ibi Barto. Alexãd. Iaſo.nume. 7.& communiter Doctor. in dicto.§.hæc quoque quod omnes intelligunt, etiam ſi illé communis vſus loquẽdi violaret,ac viciaret ſermonis proprietatem, vt in dictis locis. Modo ſic appellatione fundi,vel domus ſimpliciter prolatę ex cõi vſu loquẽdi nullus modo ſanus negabit, quin integra domus aut fundꝰ intelligatur, ne de re imperfecta ille loqui videretur,cum id vnum perfectum dicatur, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat. l.1.ff.de origi.iuris.l.fi.C.ad Sillani. & quod integra res intelligatur eſt optimus tex.in l. qui vſumfructum .ff. de verbor. obligationi.l.ſi quis cum totum. ff. de exceptione rei iudicatæ.§.ſi eadem res in ſtit. deleg.& in pri.inſtit.de ademp.lega.l.ſicut &.l.&ſi transferã.ff.de adim. lega.l.plane in pri.&.l.ſi pluribus. ff. de legatis.1.l.Meuio in pri. ver.totus.ff.de paratim.ff.de conditionib. & demonſ. legat.2.l.coniunctim.ff.delegat.3.l. ſi ſe l.1.§.interdum verb.totius. l. inde Neratius verbo inſolidum.ff.de vſufr.acc. l.vni.§.vbi autem &.§. ſeq.C. de cadu. toll.& ideo quod commune eſt improprie dicitur eſſe meum.l.5.§.penu.&.fi. vbi per Iaſ.poſt Bar.& alios.ff. de lega. 1. ne ergo quis improprie & imperfecte loqui videatur,neceſſe eſt,vel ſaltẽ admodum conducibile,vt dũ de re loquitur,de tota intellexiſſe videatur,iſque eſt communis vſus loquendi,ſecũdum quem intelligenda ſunt, & interpretãda verba teſtiũ ex cõi opi.ſ. relata, etiã ſi per hoc recederemus à pprietate verborũ, quãto magis ſi eẽt iuxta verborũ & ſermonis proprietatem: vt mille legibus probatũ vides, ſtat ergo teſtem dicentem Titiũ poſſediſſe fundum,vel domum de tota videri intellexiſſe,& ſic de tota probare.

Teſtis dicẽs me ſoluiſſe decẽ denarios, probat cõtra.Exeã & Curtiũ.

32 Vnde ijſdem rationibus & legibus ſub infertur,& colligitur verum non eſſe, quod Franciſc.de Curte Iunior conſilio. 17.licet per celeberrimos column. penulti.& Exea vbi ſupra.ſ.in cap.cum omnes de conſtitu.numero.4. aiunt.ſ. quod ſi teſtes dixerunt ſe vidiſſe tales homines ſoluiſſe tertium,vel quartum denarium, non videantur probare, ꝙ integrum denariũ ſolutũ fuerit, quod præterea quod legibus & rationibus ſuperioribus confutatur,euidenter.Euidẽtius etiam refutatur ab ipſa experientia, vſu, & conſuetudine rerũ magiſtris: nam in omnibus apochis ſeu ſcripturis, quibus ſolutiones factas fuiſſe continetur, nuſquam lectum,nuſquam fere relatum, vt nominatim exprimatur integros tot denarios,vel aureos ſolutos fuiſſe, ſed tantũ tot denarios, tot aureos.

Inſtrumẽto dicebat canonicos talẽ procuratorẽ conſtituiſſe an ꝑbet.

33 Quid autem ſi inſtrumento dicebatur, canonicos talis eccleſiæ talem procuratorem conſtituiſſe, & quid ſi id dicebant teſtes,communis opini.eſſe videtur, non videri ſufficienter probatum, quod id rite factum fuerit, quaſi verbũ illud indefinitum non arguat neceſſario omnes canonicos illud mandatum dediſſe,cum in duobus tantum verificetur. Ita tenuit Oldradus, conſili.100. Alexan.conſilio.7.libro.1.idem conſilio.110.viſis eodem libr.colum.1.idem conſilio. 49.colum.penult.& conſilio. 112.li.7.Felinus,Decius & Exea num.2. in dicto cap.cum omnes de conſtit.Iaſ. in.l.2. colum.fin.ff.de liber.& poſthu. Staphi. de literis gratiæ fo.169.Decius in cap.tertio loco colum.3. de probati. Felin.in.c. auditis nu. 24. de præſcript. Iaſ.conſilio.81.communitas libr. 3. col. 3.Thomas Gram.voto. 26. exorta lite.

Teſtiũ mẽs nõ verba ꝛ ſticienda.

34 Limita niſi ex mente & teſtium ſenſu iudex intellexerit, quod de omnibus canonicis loquebantur. Iudex.n.mentem teſtium potius quam verba intueri debet,gloſ.communiter ibi per Bar. & alios appell.in.l. ſtipulatio iſta. §. hæ quoque verb.ſtipuletur.ff.de verb.obligatio.Felinus. in proœmi.Decre.col.

Teſtis dictũ indefinitũ ꝓbat, ſi præceſſit articulus generalis.

35 3.Secundo limita niſi præceſſit articulus generalis, & ſubſequatur dictũ teſtis indefinitum:nam tunc generaliter intelligitur ſecundum præcedentem generalem interrogationem, ita Thomas Gram.vbi ſupra Romanus, in.l. Celſus.ff.de vſucap.Areti.in.l.5.in pri. ff.de

ff.de leg.1.Bal.in.l.ſi non defendantur. ff.de interroga. actio.Decius cõſi.100. in cauſa inquiſitionis colum.5.Exea vbi ſupra nu.4.per Couaſ. reſol. li.1.c.13. num.8. ſed principalis concluſio apud me non ſatis certa eſt, dicã forte alibi.

Intell.l.2.ff. de libe. & poſthu.contra nouſſi.

36 Deniq; quod.ſ. diximus indefinitã æquipollere vniuerſali ex interpretatione,vel aptitudine tãtum, videtur ꝙfundi p.l.2.ff.de lib.& poſth.dum ait quod indefinita exheredatio ex benignitate deſinit oẽs filios exhæredantis cõprehendere, quaſi ex proprietate omnes comprehenderet: timore huius argumenti Decius,nu.12.in.l.1.ff.de regulis iur.ait quod licet indefinita ex proprietate ſermonis non æquipolleat vniuerſali. d.l.ſi ſeruitus. ff. de ſeruitutib.vrbanorum prædiorum: tamen ex generali legis interpretatione ſolet vniuerſali æquipollere.l.ſi pluribus.ff.de lega. 2.l.ſi plures.ff.de legat. 3. vnde in. d.l.2. in eo benignitas, ſi ita fuit quod adhæremus rigoroſe verborum proprietati omiſſa interpretatione, quæ in reliquis diſpoſitionibus fieri conſueuit. Sed is intellect.qui ſatis bonus eſt,improbatur à diſertiſsimo Couaſ.rub.vbi ſupra numer.5. qui alium longe deteriorem aſsignat. Ait enim benignitatem in eo ſitam eſſe, quod cum in duobus ſaltẽ filijs, ea exhæredatio ex proprietate verborum verificari poſſet,& effectum habere,in nullo verificatur. Sed ipſe non aduertit, quod ſi teſtator quatuor vel plures filios habebat, etiã ſi expreſsim diceret, ſe duos ex eis exhæredare nihil ageret,propter incertitudinem enim ea exhæredatio vitiaretur, ac in nullo eorum effectum haberet.l.Titius.ff.de liberis & poſthum. l.ſi ita fuerit.l.ſi quis de pluribus.ff. de rebus dubiis.l. ita ſtipulatus vbi plene per Barto.& alios.ff. de verborum obligationib. ergo non ſtat benignitas in eo quod talis exhæredatio non verificetur, ac intelligatur in duobus, quandoquidem etiam ſi expreſsim dixiſſet teſtator, duos ſe exhæredare ex pluribus filiis nullius adhuc exhęredatio valuiſſet propter incertitudinem. Dic ergo benignitatem inde effluxiſſe videri, quod licet ea indefinita exhæredatio aptitudine ad vniuerſos filios trahi poſſet,& etiã deberet,ſi de omnibꝰ teſtator ſenſiſſet prout ſentire potuit: tamẽ ex interpretatione nõ videtur de oĩbus ſenſiſſe, quia ea materia odioſa eſt.l.cum quidã.ff.de lib.& poſth. licet ſi fauorabilis eſſet de oĩbus eum ſenſiſſe interpretaremur.d.l.ſi ſeruitus. ff.de ſer.vrba.præd.d.l.ſi pluribus.d.l.ſi plures vt plenius diximus in libr. de ſucc. crea.§.20. nume.53.cum ſequen.

Indefinita æquatur vniuerſali, qñ in omnibus par ratio eſt, ſecũdum com. op. quod euenire intelligo ex interpretatione, non ex neceſſitate verborum contra cõ.

37 Hæc autem indefinita oratio, quando in omnibus eadem ratio eſt, ſemper æquipollet vniuerſali c. vt circa, verb. aliorum beneficiorum vbi gloſſ. communiter app. de elect. libr. 6. Dinus de regulis iuris,num.8. in proœmio Bart. & alij cõiter in .l.ſi pluribus.ff.deleg.2. idẽ Bar.in.l.oẽs populi,nu.57.ff. de iuſ. & iur.Decius conſi.30.col.3. Bar.Bald. Angelus,& Paulus,Caſtr. in.l. ſi ſeruitus.ff.de ſeruitu.vrbanorum prędiorũ, Decius conſilio.343.colum.1. idem cõſilio.388.nume.3.idem conſilio.490.colum.3.quod intelligunt ipſi non ſolum ſi proferatur idefinita à lege,ſed etiam ſi ab homine,nam ſi dixi lites breuiari oporter,de oĩbus oĩno litibus ĩtellexiſſe videor, nec vlla ratio eſt, cur magis de quibuſdã litibus ĩtellexiſſe videar, quã de reliquis omnibus, in quibus ſimiliter eadẽ ratio eſt:idem ſi dicerẽ pacta ſeruari oporter, & ſimilia, nam cũ indefinita aptitudine æquipolleat vniuerſali, ſi mens loquentium ad vniuerſa reſpexit,hicq; in omnibꝰ & ſingulis ſit eadẽ per æquaq; ratio, ſupeſt vt nõ de quibuſdam tãtum ſed etiam de omnibus ſenſiſſe videar. Qua ratione ſemper indefinita à lege prolata æquipollet vniuerſali,quia lex non debet reſpicere quoſdam ſed omnes peræque.l.1. &.2.ff.de legibus. & legiſlator omnes ex æquo reſpicere ac conſulere debet, vt ibi, vnde de omnibus ſemper ſenſiſſe videtur, nõ de quibuſdam tantum, vt ĩ illo exẽplo pacta ſeruabo.l. iuriſgẽtium.§.prætor ait.ff.de pact.d.c. vt circa cum mille ſimilibus,ita tenent gloſſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in.d.c.vt circa,verbo aliorum,quam ſe quuntur communiter Docto.& ibi & vbiq;,& tenent Dinus vbi ſupra & Decius in pleriſque eorum conſiliorum quę ſupra retulimus & cõmuniter Doctores,in.l.2.ff.de lib.& poſthum.& in §.nominatim inſti.de exhær.liberorũ, Dec.in.l.1.nu.12.ff.de regu.iur.Deci.& Curtius Iunior,nu.7.in.l.1.ff.ſi cer.pet. Cagnolus,nu.9.in.l.1.ff.de regu.iur.qui hanc dicit communem opin. Sed cum iſto caſu & ſuperiore, indefinita æquipolleat vniuerſali ex aptitudine tantũ, non etiam ex neceſsitate ſermonis,ipſaque lex ſenſum loquentis quaſi apta re,& interpretari ad vniuerſos videatur,magis interpretatione legis, quam verborum neceſsitate vniuerſi cõprehenduntur:licet talis interpretatio verborum proprietati nõ aduerſetur, nec veroſimiliter aduerſetur ſenſui loquẽtis,ſed potius conſonet.Vides ergo,vt etiam his caſibus non tam ex neceſsitate verborum,quam ex legis interpretatione omnes caſus comprehendantur, ergo veritas eſt,quod data paritate terminorum quo ad proprietatem verborum,indefinita non differt in hac ſpecie ab alijs quibuſlibet ſpeciebus (licet Doctor.contrariũ cõmuniter velint) ſed quo ad legis interpretationem differt:ergo,nullus caſus in mundo reperietur, in quo indefinita æquetur vniuerſali ex proprietate verborum neceſſaria,ſed tantũ quo ad legis interpreta. differre poſſunt. Sed quid ſi indefinita non à lege vniuerſali,ſed ab ſtatuto ꝓferatur,& quod æquipolleat vniuerſali, non ſecus quam ſi à lege prolata eſſet, tenẽt Bar.in.d.l.'omnes populi.nu. 57.Bal.& Angel.in.d.l.ſi ſeruitus.Nellus in tract.bannitorum.2.par.2.tẽporis.q.55.Decius & Curtius Iunior, nu. 7.in.d.l.1.ff.ſi cer.pe.Couaſrub.lib.1.reſol.c.13.nu.8. qui tamen fatetur in ꝓtrarium ſe habere receptiorẽ ſententiã. Sed tamẽ data paritate terminorum, veriſimũ eſt nõ referre vtrũ indefinita ab ſtatuto an à lege vniuerſali profe ratur,nã & à lege vniuerſali ꝓlata non cõprehẽdit oẽs omnino mortales, ſed eos tantum,qui ſubditi ſunt illius principis vel reipublicæ eã legem ferentis: ergo,& ſimiliter cum profertur ab ſtatuto, licet non comprehendat omnes omnino homines alienarũ ditionum ac imperij: tamen comprehendit omnes ſubditos illius municipij tale ſtatutum condentis. argumen. d. §. prætor ait, &.d. c. vt circa,aliter. n. cum nulla ſit ratio, cur magis ad quoſdã quã ad vniuerſos referretur, euẽturũ eſſet, vt ſi negares omnes comprehendiſſe, nullum omnino comprehendiſſe neceſſe haberes agnoſcere.

38 *Indefinita æquatur vniuerſali in ſtatutis,non ſecus quam in legib' cũ multis contra cõmu.*

39 Vnde ſtante ſtatuto, vt homicida capite puniretur,ſi nõ haberet pacẽ abhę rede defuncti, ſeu occiſi, licet ſint qui velint ſufficere, vt pacẽ habeat ab vno ex pluribus hęredib9 interfecti,quales ſunt Bar.ĩ.l.4.§.Cato,co.f.ff.de ỹ.obli. & alij nõ pauci: tñ frequẽtius receptũ fuit,ab oĩb9 occiſi hæredibus pacẽ habẽdã,vt mẽti ſtatuẽtiũ ſatisfactũ videatur,ita Pau.Caſt.C.de lib.& eorũ liberis ĩ.l.2.& ibi ẽt Sal.Cagn.ĩ.l.1.nu.11.de reg.iu.Cuma.Aret.Rom.Pet.de Bexu. in.d.§.cato.vbi.Iaſ.refert quĩq; op.poſt Ale.& tenet ẽt Ripa ibi,nu.101. qui in nu.103.dicit hãc eſſe cõem op.Alcia.in l.in vſu.ff.de ỹ.ſig.ꝓ tex.ibi Feli.in.c.cũ oẽs de ꝓſti.nu.16.facit ꝓ hac opi. q̃ vna determinatio reſpiciẽs plura determinabilia, intelligitur ea pariformiter determinare.l.2.l.q̃uis. C. de ĩpub. l.ĩa hoc iure.ff.de vulg. vñ cũ verbũ hæres reſpiciat oẽs defuncti hęredes, nõ põt videri ſatisfactũ, habita pace ab vno tã tũ hęredũ,& illa indefinita, hæres hoc in caſu æquipollet vniuerſali,qa cũ iniuria oĩbus hæredib9 pęque facta itelligat arg.l.1.&.l.ſororẽ. C.qb'. vt idig.& ff.ꝓ totũ ad Sill.& docet Rip.vbi.ſ.nu. .95. nõ eſt cur remiſsio iniuriæ ab vno dũtaxat hęredũ habita ſuffeciſſe videatur,cũ in reliquis ẽt ſit eadẽ ratio vindicãdi necẽ defuncti: vnde ſuccedit regula ſuperius relata,indefinitam æquipollere vniuerſali,qñ in oĩbus par eadẽ ratio eſt,& ſic Alcia.vbi.ſ.in d. §.cato.nu.194.cũ ſeq.hãc ſniam firmat & ait receptã eſſe præſertim ĩ nu. 200.

Statuto ſtãte vt homicida occidatur,ſi nõ habuerit pacẽ ab hæredibus occiſi, nõ ſufficit ab vno eorũ pacẽ haberi cũ cõi cõtra Barto.

Vnde

Intell. alius ad.d.l.2.de lib.et poſth. cõtra.nouiſ.

40 Vnde & ĩ terminis.l.2.ff. de lib.& poſthu.&.§.nominatim inſt.de exhęre. lib. ideo indefinita non ęquipollet vniuerſali,quia præterea quod materia exhęredationis odioſa eſt.l.cum quidam eodem tit.non eſt eadem ratio in omnibus filijs teſtatoris, in meritis. n.aut de meritis hominum plerunque æqualitas ſeu paritas non eſt,argum.per totũ. C.&. ff.de obſeq. & docet experientia rerum magiſtra,vnde ea indefinita, filios exhæredo,cum tres vel plures habebam, vel filium exhæredo, non debet æquipollere vniuerſali, cum à plerunque accidentibus in vniuerſis non eadem ratio ſit,& eſt longe melior ratio, quam quæ ſignatur à diſertiſsimo Couaſrub.vbi ſupra verſi.octauo eod. pacto.&c.ait enim paternę pietati aduerſari vt omnes filios videatur pariter exhæredare voluiſſe. At ſane ſi ad paternam pietatem reſpexeris, eadem eſt reſpectu vnius filij, quam reſpectu alterius,vel aliorum filiorum, ſicq; ex diuerſo dicendum erat, nõ eſſe cur vnum potius quã reliquos voluiſſet exhæredari,ſicque vt omnes ex æquo videretur velle exhęredare. Vnde magis eſt,vt hac in re non tam perſonam patris exhęredantis,quam ipſorum filiorum exhæredatorum inſpicere debeamus, quorum merita ſeu demerita cũ plerunque diuerſa ſint,ſicque in omnibus non ſit eadem exhæredandi ratio, ea indefinita ad omẽs trahenda ac porrigenda nõ ſit,vnde etiam fit, vt in ma

Indefinita æquatur vniuerſali in materia neceſſaria cum cõi.

41 teria neceſſaria, & cuius contrarium eſt impoſsibile, indefinita æquipolleat vniuerſali,vt tenent glo.& communiter Doctor.in.d.c.vt circa de elect. lib. 6.ver.aliorum Bar.Paulus Caſtr.& alij in.d.l. ſi pluribus,Ludouicus Luſi. in.l. ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb. dubijs,colum.29.nam ſi dixi homo eſt animal, perinde eſt ac ſi dicerem omnis homo eſt aĩal: in omnibus enim hominibus eadẽ ratio eſt ex æquo nõ veriſimilis modo (vt in alijs membris ſupra relatis) ſed etiam coacta & neceſſaria, vnde non eſt cur magis de quibuſdam hominibus quã de reliquis in vniuerſum ſenſiſſe videar in illa loquutione.

42 Deniq; in materia fauorabili ſemper indefinita æquipollet vniuerſali, in odioſa aũt non vtiq;, hęc eſt communis opi.quam tenent Bar.in.d.l. ſi pluribus Dominicus & alij in.d.c.vt circa Deci. conſi.343.col.2.&.3.Felinus in. c. fin.de treug.& pace tradunt Soci.& alij in.d. l.2.ff.de lib.& poſthu.Feli. in. c. auditis nu.24.de pręſcrip.Areti.in.l. Titius.ff. de liber.& poſthu.vnde verbum inſtituo filium aut poſthumum trahitur ad oẽs filios vel poſthumos,at ſi dixi exhęredo filium, non trahitur ad omnes filios.l.placet.ff.de libe. & poſth.iuncta. l.2.eod.tit. ratio differentiæ non quod alterutrum verbum non ſit æque potens & amplum ad omnes ex æquo filios,vel poſthumos comprehendẽdos, ſed quia illa indefinita aptitudine tantum,non etiam neceſſario oẽs comprehendit (vt diſſeruimus) & illam aptitudinem in re,qua de agitur, lex interpretatur verificatam fuiſſe,cum materia fauorabilis eſt,eademque lex iuſtiſſime interpretatur verificatam nõ fuiſſe,nec conſonare ſenſui & menti proferentis cum materia odioſa eſt: quia odia reſtringi, & fauores cõuenit ampliari.c.odia de regul.iur.libro.6.d.l.cũ quidam.ff.de libe.& poſthum.

Indefinita æquatur vniuerſali in fauoribus, non in odijs cum cõi.contra nouiſſi.

Vnde ab illa communi opinione, & diſtinctione, nulla profecto iuſta ratione mot9 diſcedit diſſertiſsimus Couaſrub.vbi ſupra loquẽs in hęc verba,hæc (inquit) conſideratio ſufficiens non eſt,quando quidem ſiue actus in fauorem, ſiue in odium tendat ex propria ſignificatione, & ex mente diſponentis, & ex materia ſubiecta, conſideranda eſt indefinitè interpretatio: at ipſe non aduertit mentem diſponentis inſpecta legis cenſura coangũſtam videri, quãdo materia ſubiecta odioſa eſt, latam autem videri, quando materia fauorabilis foret: non quoque aduertit propriam ſignificationem indefinitæ eã eſſe, vt inſpecta aptitudine, vel ad omnes, vel ad quoſdam trahi poſſit, prout ſuaderet materiæ ſubiectæ odium, vel fauor, & huic iuſtæ legis

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpretationi ſtandum eſſe, cum vera mens loquẽtis ſoli deo nota eſſe poſſit.l.an inutilis.ff.de accepti.l. non ſolũ ff.de actio.& obligatio.l. ſi quis intentione.ff.de iudic.verba enim animi mẽtisque noſtrę argumenta tantum ſunt, non etiam certa & indubitata cognitio.l.Labeo.ff.de ſup.leg.l.ſi.C.de inſt. & ſubſtitu.

Indefinita negatiue ꝓlata ſine adiectione ſigni vniuerſalis, non æquipollet vniuerſali neceſſario, contra cõ.

43 Illud autem dubium eſt an indefinita negatiue prolata æquipolleat vniuerſali, ſiue materia fauorabilis ſit ſiue odioſa, ſiue indifferẽs, & quod æquipolleat vniuerſali, ſentit gl.mag.in.l. iuriſgentium.§.ſed ſi fraudãdi.ff.de pact.& Fulgoſius ibi num.3.idem Fulgoſius in.l.ſi ſeruitus ad ſi.ff.de ſerui.vrb. prædi.Decius conſi.3.col.3.Cagnolus nu.8.in.l.1. ff.de reg.iur.Dinus in rubri.eo.titu.nu. 8.Probus in.d.c.vt circa,Couaſrub.vbi ſupra nu.7. Titelmanus lib.3. dialecticeſ.ca.8.c.cũ dilectus verb.à ſuſpenſis de conſuetudine,vbi Cardi.col. 4.glo. in.l.hoc genus.ff.de condi.& demonſt. quam ſequuntur Bart.Alberi. & Paul. Bal.in.l. ſi vt ꝓponis colũ.2.C.quomo. & quãdo iudex, Alciatus in.l.boues.§. hoc ſermone.ff.de verb. ſigni.facit.l.ſi ſic.ff.de ver.obli.Ratio eſt, quia vt ipſi aiunt,negatiua efficacius negat, quam affirmatiua affirmet,mouẽtur per tex. in.l.ſi is qui ducenta. §. vtrum ad finẽ. ff.de reb. dub. vbi etiam traditur ꝓ oẽs & per Docto.ꝑſertim nouiores .in.l. Gallus ĩ pr.ff.de lib.& poſthu. Sed hæc ſane concluſio ſuſpecta nobis videtur, & ratio, qua Doctores mouentur, parum efficax eſt,& data paritate terminorum, vix vllam inuenies differentiam inter indefinitam prolatam negatiue, & eam quæ affirmatiue profertur: nam illa indefinita à teſte prolata, non occciderunt hominem homines huius municipij, licet ad vniuerſos traheretur ſi verum eſſet,quod eorũ nullus homini occidendo interfuit, tamẽ etiam in municipum quibuſdam verificari poteſt, ſicque licet alij teſtes numero, & authoritate potiores dicerẽt, à quibuſdã ex municipalibus occiſum fuiſſe,adhuc tñ teſtes qui negabant,nõ viderentur periuri, quia eorum dictũ ex proprietate ſermonis indefiniti vtcunque negatiue prolati,non ſolum in omnibus ſed etiam in quibuſdam poſſet verificari,idque argu. c. cum tu deteſtibus cum ibi not.per gloſ. & Doct. & arg.l.2.ff.de lib.& poſthu. Idem ſi dixi, non bibunt vinum Sarraceni, nam licet eorum non pauci bibant vinum, adhuc tamen etiam ex proprietate verborum nullus negabit, verum me dixiſſe, cum ſermo ille indefinitus in reliquis qui vinum nec bibunt, verificetur.Idem ſi dicerem non exercent vſuras Chriſtiani, licet notum ſit eas exerceri à Chriſtianorum non paucis: limita niſi poſt negatiuã adijceretur ſignũ particulare,nam tunc ſemper æquipolleret vniuerſali,veluti non Chriſtianorum vllus,aut non Chriſtianorum aliquis exercet vſuras: aut ſic non aliquis Sarracenus,aut non Sarracenorum vllus vinum bibit,is enim ſermo vel vno dempto non verificatur propter adiectionem illius ſigni particularis, quod facit vt pręcedẽs negatio aſſumat vim vniuerſalis, ita proprie loquitur. d.§. vtrum in fine. Sic & ſi tibi obijciebantur multa crimina, puta homicidium, adulterium,rapina,furtum, ſacrilegiũ, & iudex interrogauit,feciſti hęc? & reſpõdiſti,non feci,certe licet quiddã eorum ſi tñ non omnia feciſſes,non videreris peieraſſe, vt. dd.Iuribus:non ſic ſi reſponderes, non feci quid eorum, qa tunc perinde eſſet, ac ſi diceres vuiuerſaliter nihil eorũ feci, vt dicto.§. vtrũ in fin.ſit ergo tibi fixum,indubitatumque pręceptum,quod indefinita inſpecta proprietate verborum, non æquipollet vniuerſali ex neceſsitate, niſi referatur ad duo tantũ,vel ad vnum,arg. l.inter illam.ff.de ver.ſigni.l.vbi numerus.ff.de teſtibus.c.pluralis de regu.iur. libr.6.ſed ex aptitudine ſemper poteſt ęquipollere vniuerſali,ſed ex interpretatione æquipollet vniuerſali, quando in omnib9 par ratio eſt.Parem rationẽ intelligo multifariam, primũ quando neceſſario erat par ratio, veluti ſi dixi, homo eſt animal,quo caſu etiã ex proprietate

prietate verborũ, poſſemus dicere oẽs comprehendi: deinde quando verosimiliter,vel à plerunque accidentibus: tertio quando fauorabiliter,vt ex ſuperioribus colligitur. 3

1 *Minor,et mulier an poſt didicita teſtificata teſtes poſſint producere? ingens pugna.*
2 *Minor & mulier nõ iuuantur aduerſum dolum apertum.cum communi.*
3 *Minor & mulier non iuuantur contra dolum de futuro etiam præſumptum.ſed bene contra dolum præſumptum.& de præterito.*
4 *Mulier poſt didicita teſtificata teſtes nõ producit cũ communi contra plures.*
5 *Ruſticus poſt didicita teſtificata non producit teſtes.*
6 *Miles poſt didicita teſtificata non producit teſtes.*
7 *Minor contumax reſtituitur ad appellandum.*
8 *Minor,mulier,ruſticus,miles, qui citati reſponderũt nolo ire,non reſtituuntur ad appellandum.*
9 *Eccleſia poſt didicita teſtificata producit teſtes.*
10 *Intellect.prag.42.ver.18.*
11 *Idem in fiſco.*
12 *Minore,eccleſia,fiſco,milite,muliere,ruſtico,ad teſtes producendos poſt didicita teſtificata, reſtitutis,teſtes etiam producit aduerſarius durante illa dilatione.*
13 *Teſtes poſt didicita teſtificata etiam nulliter exacta non recipiuntur cum quibuſdam contra communẽ.*
14 *Ratio expreſſa in lege pro lege eſt.*
15 *Teſtes poſt didicita teſtificata producũtur non ad addendum vel detrahendum,ſed ad declarandas ſuas depoſitiones.*
16 *Snia quando retractetur per teſtes denuo repertos.*
17 *Teſtes poſt didicita teſtificata an de iure ciuili ſuper iiſdem articulis admittãtur in cauſa appellationis? ingens pugna.*
18 *L.canonica facta ad vitandam peccati occaſionem non tenet laicos alienæ ditionis, elegans quæſtio.*
19 *Inſtrumenta poſſunt produci poſt didicita teſtificata cum op.communi.*
20 *Teſtes poſt didicita teſtificata producuntur de conſenſu partium.cum communi.*
21 *Idem in conſenſu tacito.*
22 *Appellatiõis in cauſa quid allegare et ꝓbare liceat.*

Minor, & mulier an poſt didicita teſtificata teſtes poſſint producere? ingẽs pugna.

1 POſt didicita teſtificata teſtes denuo recipi non poſſunt propter timorẽ ſubornationis, authen.at qui ſemel.C.de proba. & in authẽ.de teſtibus.§. quia vero multi. Sed tamen minor & mulier licet non reſtituantur, nec iuuentur aduerſus dolum apertum,vt eſt vera & communis opi.

Minor & mulier non iuuãtur aduerſum dolum apertũ cum cõi.

2 quam tenent Docto.per tex. ibi, in.l.2. C.ſi minor ſe maiorem dixerit gl. 2.in l.vbi exigitur.ff.de edendo & ibi Bart. Alberic.Angelus,Imola, Paulus Caſtr. Alex.Iaſ.& alij communiter Bar.in.l.1. §.nuntiatio,nu.34.& ibi Alexan.col.fi. ff.de oper.noui nuntia.Alex.conſi.103. lib.1.incipit videtur prima conſideratione,nu.1.verſic.& dicit Bal.& rurſus ibidem nu.12.verſi.& licet.Nec etiam aduerſus dolum prẽſumptum,ſi quidẽ eſt de futuro, ne minores inuitẽtur ad delinquendum, vt tenent Bart. nu.34. cum ſeq.& ibi Alex.col.fi. & communiter Doctor.in.d. §. nuntiatio Alexã. & Iaſ.in.d.l.exigitur.ff. de edẽdo per.l. auxilium in pri.&.§.1.ff. de minoribus. Tamen duobus concurrentibus,quod & dolus ſit de præterito & præſũptus tantum,bene iuuantur.l.1.§.fi.ff.de edẽdo vt tenuit gloſſ. quam ſequuntur ibi Bar.Alberi.Imola,Paul. Alex. Iaſ.& alij cõmuniter in.d.l.vbi exigitur. Quinimo etiam aduerſus dolũ præſumptũ de futuro reſtituitur minor,vbi agit de damno vitando:argu. tex.in.l.1.§.accuſationem iũcta.l.qui deſtitit.ff. ad Turpillia.ſecundum Bart.in.d. §. nuntiatio col.fi. Vnde infert, quod minor etiam poſt didicita teſtificata poteſt reſtitui ad teſtes producendos, quia inquit, licet timor ſubornationis ſit timor doli futuri: tamẽ minori non debet eſſe impedimento,quando is minor iã in præſenti damnum ſenſerat ꝓ omiſſam ꝓbationem,& hanc Bar.opi. ſequitur Ale. in.d.§.nũtiatio col.fi. & eſt communis opi.ſecundum Iaſ. qui eam ſequitur in d.l.exigitur ad fi.vbi Alex. hãc partem ſequitur & firmat cõmuniter teneri, & allegat Spe.idem tenentem titul. de reſtitu.in integr. Anchar.nu.4.vbi reli qui in cle.fi.de teſtib.ſentit glo.in. l. minor viginti quinq; annis omiſſam, vbi Bal.idem tenet,hanc ſequitur & dicit cõmunem opinio.Franci.de Curte. in addi.ad Paul.Caſtr.in.d.l.vbi. exigitur Bal.Ang.& Sali.in.d.§.nuntiatio Ioan. Andrę.& alij in.c.auditis de in integrũ reſtit.prout refert Iaſ.vbi ſupra tenent Guil.Cuneus Raynerius,& Ang.in.d.l. vbi exigitur,& Iaco.a Sancto Georgio ibi nu.7.ſecundum quem ita tenẽt Docto.& ibi Fulgoſius, nu.2.

Minor & mulier non iuuantur cõtra dolũ de futuro etiã præſumptũ, ſed bene cõtra dolũ præſumptũ,& de præterito.

Contrariã partem tenet,& firmat teneri à doctoribus Pau.Caſt.in.d.l.exigi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur motus per.l.auxilium in pr.&.§.1.ff. de minoribus: vbi minor non restituitur aduersus dolum futurū, ne inuitetur ad delinquēdum: sed in hac specie est timor doli futuri, ergo,&c.sed tenē do communem op. responderi potest, illud verū, quando minor non agebat de damno vitando, secus si de damno vitando ageret, vt in. l. minor viginti quinque annis omissam,supra alleg.cū similibus iuncta.d.l.auxilium,sed hanc Pauli opi.tenet Ioan.Fab. in authen.at qui semel.C.de proba.

Tertia fuit opinio distinguētium refer re,vtrum minor sufficientem numerū testium in hoc articulo,quo de agitur, induxisset, vt tunc, quia nihil amplius facere posset diligens paterfa. non restituatur,argu. l. non videtur &.l.fi.C. de in integ.rest.mi. An verō nullum te stem produxerit, vel non idoneum nu merum testium,cum potuerit, vt tunc restituatur etiam post didicita testificata,ita tenent Alex.col.fi.in.d.§. nuntiatio,& Innocen.in.c.auditis de in integ.resti.idemque secundum eos si p- duxit testes illius rei, qua de agebatur, ignaros,cum eius rei notitiam habentes posset producere. Et hęc tertia opi nio multū accedit veritati,quę, vt nobis videtur,non est extra mentem eorum,qui communem sententiam tuētur. Agnoscunt.n.non ipso iure minorem admittēdum, vt ad probationem repetitam reuertatur, sed demum per in integrum restitutionem,ergo plane intellexerunt sese læsum in causæ cognitione probare oportuisse,læsum au tem videri, cum id omisit, quod diligens paterf.non esset prætermissurus, &.d.l.fi minor.25.annis omissam, quæ ita intelligenda est, & totus titulus. C. si aduersus rem iudicatam.

Mulier post didicita testificata testes non producit cū cōi contra plu-

4 Sed an mulier eodem beneficio restitutionis gaudebit? Guilelmus de Cuneo,in.d.l.vbi exigitur,tenet quod sic, contrarium tenent ibid. Angelus, Fulgosius & Paulus, & Iacobinus de Sancto Georgio nu.7. Ale.nu.4.& alij cōmuniter Bar.in.l.1.§.nuntiatio.nu.35.ff. de no.ope.nūtiatio.& Alex.ibi col.fin. nu.35.Bald.& alij communiter in.l. iuris ignorantiam.C.qui admitt. Salic.in l.pe.eod.tit.Petr.de Anchar.in.c. canonum statuta de constit.Bar.consil.maritus fecit vxorem hæredem,Bal.in.l.f. in pr.q.3.C.de iure delib.Bart.in.l.1.C. de iuris & facti ignor. licet Raynerius in.d. l. vbi exigitur teneat contrarium opinionem Guilhelmi sequutus,sed cō munem opinio.tenet Petr. de Ancha. in clemen.fin.numero.4.de testibus.

Mouentur,quia minor non posset facere repetitam probationem,nisi per interuentum restitutionis causa cognita concessę: quam restitutionem iu re cautum non reperitur,vt mulieri cō cedatur,ergo,&c.l.illam.C. de collati. præsertim cum hic adsit timor doli futuri, cuius mulier non iudicatur esse ignara. Vnde Seneca,sed dux malorum fœmina,& scelerum artifex.&c.

Rusticus post didicita testificata nō producit testes.

Quid autem in rustico & Paulus Iacobinus, Ang. Alexā.& alij communiter in.d.l.vbi exigitur & Alex.nu.35.ī. d.§. nuntiatio.& plerique eorum, quos p- xime retulimus, cōmuniter tenent nō magis eum post didicita testificata pos se testes producere, quam posset mulier: quia iure cautum nō reperitur, vt ipse hoc in casu possit in integrū resti tutionem postulare, citra cuius interuentum post didicita testificata testes producere nulli vnquam licuit. Qua ratione idem quoque dicendum est in milite,secundū Fulgosi.n.d.l.vbi exigi tur ar.l.regula.ff.de iur. & facti ign.cū ibi nota. Quod autem de rustico diximus, intellige quādo potuit consulere peritiores: nam si non potuisset, tunc non secus quam minor etiā post didicita testificata admitteretur ad testes producendos secundum Alexan. in.d. §.nuntiatio,nu.36.post Bar.Sali.& Frā. de Rampo.in.l.1.C.de iur.& facti igno ran. idque ex clausula generali, si qua mihi iusta causa.&c.de qua in. l.1. ff.ex quibus causis maiores,sicq; vt non aliter minor ad tales testes producendos admittitur,nisi per interuentum restitutionis causa cognita concessæ, ita & rusticus quo casu nequiuit consulere

Miles post didicita testificata nō producit testes.

peritiores

peritiores non aliter admittitur ad tales testes producendos, nisi impetrata per interuentum causę cognitionis illa restitutione ex clausula illagenerali, si qua mihi iusta causa, &c.

Minor cōtū max restituī ad appellandum.

7 Sed cum mulieri & rustico succurratur aduersus dolum præsumptum, vt tenuit gl.in.d.l,vbi exigitur in glo.2. & supra diximus,& cōtumax à iudice citatus,vel monitus quasi ī dolo ex cō tumacia constitutus videatur,& p hoc denegetur ei appellationis beneficiū, vt in.l.& post edictum.§.fi. ff. de iudic. euenit vt tali mulieri & rustico,qui cō parere desierunt, subueniatur, ne beneficio appellandi destituantur, ita te nent Ang.& Pau. Cast.in.d.l. vbi exigi tur,vbi Iacob.nu.8. & Alex.nu.5.& ait Paul.vbi supra, ita per Doct.teneri, & esse vsibus forensibus notandum vult Ange.ibi.Id quod & in minore omnes illi,& alij communiter admittūt, & lō ge facilius,quod etiam tenent Iaco. de Rab.in.d.l.vbi exigitur Bal.in.l.j.§.fi.ff. de edendo Bar.in.l.minor etiam si qua si contumax.ff. de minoribus idē Bart. in.l.fi.col.fi.C.de in integr.resti.Imola, in.l.ex consensu.§.fi.ff.de app.ex quorum dictis appareat hanc esse communem op.in minore, muliere & in rusti co. Sed & Fulgosius idem admittit in milite,argu.l.regula.ff.de iur. & fac. igno.ita Fulgo.in.d.l.vbi exigitur,quæ omnia sunt intelligenda in cōtumacia & dolo præsumpto. Diuersum esset, si dolus esset,& contumacia indubitata, veluti si minor,aut mulier,aut rustic9, aut miles dicerent, nolo ire ad iudicē, tunc enim non subuenirentur,nō quidem magis quam reliqui argu. l. auxilium in fin.ff.de mino.& glo.2.cōmuni ter ibi ap.in.d.l.vbi exigitur.l.1.cum ibi notatis.§.fi.ff. de edendo sicque destituerentur beneficio appellādi vt in. d. l.& post edictum.§.f. secūdum plerosque eorum quos supra retulimus in.d. l.vbi exigitur,vbi Alex.num.5.

Idē ī rustico

Idem ī mu liere.

Idē ī milite

Minor, mu lier, rustic9, miles,qcita ti respondē rūt nolo ire, nō restituī tur ad appellandum.

Ecclesia post didicita testificata producit testes.

9 Denique vt minor ita quoq; ecclesia etiam post didicita testificata admittitur ad testes producendos, secundum Ange.in.d.l.vbi exigitur,& est ex men te aliorum ibi,& iure,nam minor & ec clesia exęquantur glosl. communiter app.in.l.reipublica.C.ex quibus causis 10 maiores qua ratione idem quoque & in fisco admittendum est,quia per eād. gl.app.fiscus minori & ecclesię equipa 11 ratur. Quæ oia notāda sunt ad pragma ticam regiam.42.versi.18.ibi en caso q̄ auia lugar de pedir restitucio: iūctis il lis verbis,por la sobornacio delos testi gos, vbi plane probatur minores & si- miles, in quibus casib9 post didicita te stificata contendunt se admittēdos es- se ad probationes testiū faciendas, nō. temere audiēdos esse sed demum cau- sa cognita,& cū moderamine, de quo ibidem licet plerunque (quod imperi- tia an incuria iudicum accidat, incer- tum est) vsu forensi isthæc non ad vn- guem seruētur,quotidie.n.videmus ēt post didicita testificata admitti mino- 12 res & ecclesias ad testes denuo produ- cendos citra vllam causæ cognitionē: & minore vel ecclesia restitutis ad p- ducendos tales testes,an etiam adver- sarius nō priuilegiatus possit illa ineū- te dilatione alios testes producere? tra dūt Bar.& alij,in.d.§.nūtiatio col.f.vbi etiam Alex.col.f. quod hodie expedi- tum est vt possit,per prag.42. versi.18. ad fin.& in prin.dicto contrarium tan tum fau. in.d.auth. at qui semel:quod autem diximus post publicatas attesta tiones non licere testes producere,itel ligitur quando rite & vtiliter testes re cepti fuerunt:quod si tales testes nulli- 13 ter & sic minus rite recepti fuissēt, tūc idem testes possunt etiam post publi catas attestationes produci: ita tenent Bar.in.l.qui per salutem per text.ibi.ff. de iureiur. & est cōmunis & ab oībus recepta sententia secundum Ias. ibi co. 1.ad med.gl.f.& ibi communiter Doc. in.c.cum causam,quę inter Episcopū de testibus tex.in cle.f.de testibus ver bo rite receptis vbi Zēze.d Fantu.Car di.Florē. Antoni.& Imola,Speculator de teste.§.satis vtiliter ỹ. quia si publi cati tradunt,Bart.& communiter Do ctores in auth. atqui semel. C.de pro ba.est communis opi.secundum Alex. qui eā

Idē in fisco.

Intell.prag. 42.ver. 18.

Minore,ec clesia, fisco, milite, mu liere,rustico ad testes p ducendos post didicita testificata, restitutis,te stes etiā pro ducit aduer sarius durā te illa dila tione.

Testes post didicita te stificata ēt nulliter ex acta, nō re cipiuntur cū quibusdam cōtra cōem

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui eam ſequitur in.d.l. qui per ſalutē. ff.de iureiur. licet eam impugnare conetur.Iaſ.ibi motus, quia poſt didicita teſtificata propter timorem ſubornationis teſtium productio vetita eſt,d. cle.fi.de teſti.d.authen. at qui ſemel.d. prag.42.verſic. 18. at qui nulliter dixit poſt eius teſtimonium à parte didicitum,poterit ſimiliter ſubornari,vt aliter deponat, quam prius depoſuerat, non ſecus quam ſi rite depoſuiſſet,ſicque eſt eadem ratio in eo, qui nulliter depoſuit,quę foret,ſi vtiliter depoſuiſſet ac rite: nam ventum eſt ſuper iiſdē articulis,vel directo contrariis,non ſolum vt alij,ſed etiam vt iidem, qui ſemel depoſuerunt,iterum recipiantur, vt.d.clemen.ibi alios, vel eoſdem, ergo quemadmodum ſi teſtes primū recepti rite & vtiliter iterum reciperentur,poſſent ſubornari, ſubornatiq; falſum teſtimoniū dicere,ſiue illud priori teſtimonio aduerſaretur,ſiue nō aduerſaretur:ita quoque & cum nulliter depoſuerunt, ſi iterum recipiantur poterūt ſubornari, ſubornatiq; poſterius teſtimonium mentitū dicere. Neque ad rem pertinet,quod Iaſon.vbi ſupra reſpondet nō eſſe tam iuſtam cauſam ſubornationis timendæ in iiſdem teſtibus, quam in diuerſis, quia iidem teſtes repetita vice recepti,ſi poſterius teſtimonium priori contrarium proferant,falſi pœnam ſubibunt,cuius timore à mentito teſtimonio ferendo vero ſimiliter abſtinebunt: Bar.in.l.eos in fi. ff.de falſis & in.l. ſi quis legatum in pr. eodem titul.Diuerſum eſt in nouis teſtibus,qui prioribus conciliari debent, ca.cum tu de teſtibus iuncta lege duobus.§.f.ff.de iureiur.ſicque licet falſum mētitumque teſtimonium dicant,nullam pœnam plerunque ſubituri ſunt. Sed iſta ſaluatio Iaſo.quam & ipſemet impugnat,parum releuat cum.d.clem. fi.etiam eoſd.teſtes ſi fuerunt prius vti 15
liter recepti, negat poſſe iterū pduci, licet & ij pœnæ falſi timore veroſimiliter etiam abſtinebūt à poſteriore mētito teſtimonio ferendo. Vrget & nra adiectio,nā ratio cum in lege expreſſa

14 eſt,pro ipſamet lege habetur, adeo vt vt deciſio loco tantum exempli ſit, ꝙ non arctat regulam, ſicque quatenus extendit ſeſe illa ratio in lege expreſſa, eatenus eius deciſio ſeſe extendere intelligitur:non qudem ex vi extenſiua, ſed ex vi comprehenſiua. gloſſ. in authen.de hære.abi.§.final.verbo ordine quam dicit vnicam Bal.in.l.4.ff.de hære.inſti.Bal.in.l.fi.C.de libr.præt.Alex. nume.5.& Corneus,nume. 15. in.l. humanitatis per text.ibi.C.de impub.Iaſ. in.l.tranſigere,nume.15. C.de tranſact. & Iaſ.in.l.ſtipulatio hoc modo concepta nume.12.ff.de verbo.obligat.idem Iaſo.in authē. quas actiones,nume. 22. C.de ſacr.eccle. Georgius Natan. in.c. quanuis pactum de pact.lib.6.Ripa.nume.50.& Hannibal numer.349.in.l. nemo poteſt.ff.de legatis.1.Paulus Caſtr. & Iaſo.in.l.quanuis.C. de fideicomm. Crotus in.l.ſi conſtante in. 7. quæſtio. Barto.lect.2.ff.ſoluto matrimonio.Raphael Cumanus.in.l.cum mulier.§.1.ff. ſoluto matrimonio,text. egregius,in.l. fi.ff.de hæredibus inſti.bonus tex,in.l. his ſolis,ibi tacite cautum putamus. C. de reuoca.donatio.Vnde cum ea ratio prohibitiua quæ expreſſa eſt in.d. clemen. fi.de teſtibus & in .d.pragm. 42. verſi.18.& in dicta authen.at qui ſemel militet ex integro, quando teſtes fuerunt prius nulliter recepti, non ſecus quam ſi vtiliter recepti forent,reliquū eſt,vt non poſſe iterum recipi videantur.Vnde Zenzel de Fantu. & Cardi. Florentinus in dicta clemen.tenent.d. clemen. procedere,quando vel atteſtationes nondum fuerant publicatæ, vel ſi fuerant non tamen peruenerant ad notitiam partis, aliter enim ſi & iam publicatæ fuiſſent, & ad partis notitiā peruenisſent, ceſſaret.d.clemen.& ita plerique ſequuntur ſecundum Iaſo. in dicta.l.qui per ſalutem colum. 1.ad fi.
15 Tertij dicunt quod.d.cle.procedit etiā poſt publicatas atteſtationes,& ad partis notitiam perductas, dū modo ij teſtes repetiti intra cancellos prioris depoſitionis ſeſe contineant, vel ſi quid adijciant,ſit declaratorium eius, quod prius

Rō exp̄ſa ē lege ꝑ lege eſt.

Teſtes poſt didicita teſtificata producūtur nō ad addendum vel detrahendū, ſed ad declarandas ſuas depoſitiones.

prius teſtati fuerant, non autē nouum vel diuerſum, nam id omne inutiliter & ocioſe adiectum videretur,nec vllā fidem faceret,ita.n.cum is qui declarat nihil denuo egiſſe,ſed tantū quod prio dixerat detegiſſe videatur,poſterius dictum vtile erit aliter.n. non vtique,ita tenent Ioan.de Lig.& Card.Flor. in.d. cle.& ſequitur Iaſ. vbi ſupra quod veriſimum puto,licet cōmunem op.ſupra relatam, ſimpliciter etiam teneat Barba.in rub.de teſtib.in cle.fall.13. qui plures quam.40.fallentias accōmodat ibi ad.d.cle.& ſuperiorem regulam & communē etiam tenet Sali. in. l. p hāc col.2. ad medi.C.de temp. ap. qui dicit eam tenere docto.Felin.nu.5. in.c. fraternitatis de teſtibus Angel.in.d.l. per hanc in fin.

Sñia quando retracte tur p teſtes denuo reperꝫ tos.

16 Ex his colligitur,quod cōmunis opin. ſit,quod ſentētia, quæ tranſiuit in rem iudicatam poteſt retractari prætextu inſtrumentorum & etiam teſtium denuo repertorum, vt tenent Bar. nu.63. vbi communiter Doct.vt per Iaſ.ibi in l.admonendi.nu.321.ff.de iurei. arg.d.l. admonendi iuncta.l.notionē.ff. de ꝙb. ſign.&l.1.ff.de fide inſtru. Tamen prę textu teſtium denuo repertorum non poteſt retractari,quando in priore lite teſtes ſuper iiſdem articulis, qui nūc agitantur,fuerunt recepti,vt tenent Iaſ. & Bart.vbi ſupra ille nu. 321. hic nu.63. Angel.col.1.& Paul.Caſtr.col.5.in.d.l. admonendi vbi plene per Lud.Roma. Abb.col.3.& Imola,col.fi.in.c.fi. de teſtibus. Licet contrarium & minus recte tenuerit Ant.ibi: ratio eſt, quia ſub eſt timor ſubornatiōis iuxta terminos d.clemē.f.de teſtibus. Quę etiam de iu

Teſtes poſt didicita teſtificata an de iure ciuili ſuper iiſdē articulis admittātur in cauſa appellationis? ingens pugna

17 re ciuili probatur,vt locum habeat nō ſolum in vna eademq; inſtantia, ſed ēt in diuerſis inſtantiis eiuſdē cauſæ vel etiam in diuerſis cauſis ſecundum Petrum Ancha. ibi & ſecundum Barb.in rubr.eod.tit. qui plures allegat, & tradunt cōmuniter Doctores in.c.fraternitatis de teſtibus per tex.ibi vbi Felin. nu.3.ex cuius relatione apparet hāc eſſe hodie cōmunem op.quam ibi tenēt Antonius.Panormi.& Imola,Petr.Anchara.in.c.1.col.16.de conſti. Ant.in.c. ſuper literis col.3.de reſcrip. vbi Imol. in.2.not.& plene Sali.in.l. per hanc. C. de tempo.app.1.2.&.3.col.& ſentit Ange.ibi num.12. licet agnoſcat de iure ciuili contrarium fuiſſe ſtatutum, ius tñ canonicum ſeruandum ait Ioan. Fab. in.d.authen.at qui ſemel.C. de probat. Fulgoſi.in.l.per hanc nu.10.licet agnoſcat in contrarium ſe habere communē opi.legiſtarum,quod & fatetur in.d.authē.at qui ſemel,contrariam tamē op. vt de iure ciuili etiam poſt publicationem teſtium factam in cauſa principali poſſint teſtes ſuper iiſdem cauſę appellationis articulis vel directo cōtrariis produci,tenēt gl.in.l.eos.5.1. C. de appell.ver.perſequatur & glo. mag.ad finē in.l.per hanc.C.de temporibus appel.Bal.in.d.l.eos. 5. ſi quid autē ꝙ tex. ibi idem Bal.in.d.l.per hāc col.8.per illum tex.idem Bald.in.d.c.fraternitatis idem Bal.in.l.ampliorem ad fi.C.de appel.idem in.l.officium in addi.ff.de rei vendic.Anchar.in cle.2.de teſti. prout refert Felin. vbi ſupra & hanc partem tenet,& firmat in practica ſeruari glo. in authen.at qui ſemel, quam ibi tenēt Bal.& Paulus.C.de probat.& hanc dicit eſſe communem opi.legiſtarū Sali. in.d.l.per hanc col.2.nu.2.quam ſequūtur ibi Iaco.de Rauena. Iacob. Butrig. Cinus, Bart.& alij cōmuniter vbi etiā Ange.nu.11.& nu.12.& hāc eſſe cōmunem opi.legiſtarū fatetur Fulgoſius,in d.l.per hāc nu.10.quod & fatetur in. d. authen.at qui ſemel.

Quid dicendum, & quidem hanc partem tenentes mouentur ex.d. l. per hāc.2. reſpon. cuius ſenſus reuera fuit, vt ſi feci articulum in cauſa principali, ad eum tamen probandum nullum teſtē produxi, tunc in caſu appellationis poſsim teſtes producere ad talem articulum probādum (quod & iure canonico procederet) diuerſum eſt, quando teſtes induxi i cauſa principali ad illum articulum probandum,& poſt didicita teſtificata, poſt quam itellexi eū articulum minime probatum fuiſſe in cauſa appellationis,alios teſtes ad eun-

dem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem articulum probandum probe fo
te corruptos ſuper addidi. Deinde mo
uentur per.l.ſi.C.de teſtibus. ſed ibi in
prima cauſa fuerant teſtes recepti corã
arbitro, quorum receptio niſi de con-
ſenſu partis aduerſæ non tenet in iudi
cio acto coram iudice ordinario: vn-
de quo ad hanc rem quaſi nulliter re-
cepti videntur: ſicque ſuccedit regula
dictãs,vt teſtes nulliter recepti in cau-
ſa principali poſsint, etiam ſuper iſdẽ
articulis vel directo contrariis, recipi
in cauſa appellationis,vt ſupra differui
mus.Poſtremo mouentur per. l. eos.§.
ſi quid autem,in.1.&.2.reſpon.C.de ap
pel.ſed ibi non dicitur, quod illi teſtes
quos appellãs ibi à iudice ſuperiore re
ceptos volebat,antea ſuper iſdem arti
culis recepti eſſent, quinimo intelligi
poteſt,& debet receptos antea non fu
iſſe.Vnde cum non ſit, quandiu poſsi-
bile eſt, inducenda diſcordia inter ius
canonicum & ciuile.c.1.&.2.cum vtro
bique notatis per gl.& Doct.de operis
noui nuntia.quaſi vtrunque ius veluti
ſocietatem quandam coierit, vt ibi. Su
pereſt vt iuris canonici deciſio, q̃ hac
in re perſpicua eſt,in foro quoq; Cæſa-
reo ſeruanda ſit.d. clem. ſi. de teſtibus,
quandoquidem contrarium iure ciui-
li perſpicue deciſum non reperitur, &
cum ſint hac de re opiniones inter iu-
ris ciuilis profeſſores, temerarium eſ-
ſet,& à debita reuerentia alienum ne-
gare quin ſummi pontificis authoritas
noſtrorum interpretum ſenſum & au-
L. canonica facta ad vitandã peccati occaſionem non tenet laicos a lienæ ditionis, elegãs quæſtio. 18 thoritatem ſuperaret, ac viciſſet. Illud
autem quod quarto loco pro commu-
ni opinione antiqua legiſtarum affe-
rebatur.ſ.quod ob vitandum delictum
iure canonico inductum fuerit,oporte
re,vt in foro quoque Cæſareo religio
ſiſsime obſeruetur ex cõmuni opinio-
ne de qua per Docto.in.c.1. de conſtit.
& in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ eod. titu.
in ſpecie autem noſtra ob vitandũ pec
catum,& ſubornandi occaſionem ve-
titũ eſſe, ne poſt didicita teſtificata te-
ſtes ſuper iſdẽ articulis vel directo cõ-
trariis recipiantur, id inquam contem
nendum eſt:nam ea communis op.pro
cedit, quando ex facto à iure canoni-
co vetito,ſequitur neceſſario vel cer-
to peccatum,non ſic, quando ius cano
nicum ob vitãdam peccati occaſionẽ,
præſertim non multum vehementem,
aut veroſimilem aliquid ſtatuit, aliter
enim ſummus pontifex vtrãque iuriſ-
dictionem tam canonicam quam Cæ-
ſaream facile ſibi adrogaret:nam ſi iu-
beret homines veſtib9 ſericis ne indue
rentur ſiue illi clerici eſſent, ſiue laici,
adiiceretque id induxiſſe ſe ob molli-
ciem hominum vitandam,& ob pecca
tum,quod inde ſolet vel poteſt enaſci,
repellendum,iam per hoc totam laico
rum iuriſdictionem vſurparet. Quid
ſi edictum faceret,ne vllus mortalium
equos aleret ad belligerandum, quaſi
inde triſtia ac teterrima mala proficiſ-
cantur? quid ſi iuberet ne canes aleret
ad venandum quaſi & id ociari homi-
nes impellat, exindeque peccandi oc-
caſionẽ præbeat? quid ſi iuberet ne vl
lus arma portaret,quaſi ſint occaſio ne
cis perpetrandæ,ſicque peccati triſtiſ-
ſimi ac lugubris? idque non ſolum poſ
ſibile ſed etiam ſatis frequẽter contin-
gat,adhuc tamen in omnibus iis ſpecie
bus & ſimilibus talia Romani pontifi
cis edicta in terris tantum eccleſiæ te-
nerent,in reliquis autẽ regionibus cle
ricos tantum tenerẽt, reliquos autem
non vtiq;.vt enim edictũ quod à ſumm-
mo pontifice proficiſcitur,ſi ſit prohi-
bitorium, teneat laicos alienæ ditioni
ac imperio ſubditos,nõ ſufficit vt eius
edicti tranſgreſsio peccatũ induceret
p poſſe (vt verbis Bal. vtar) ſed per ne
ceſſe, vt ex ipſo inquã facto immedia-
to nõ poſsit non ſequi peccatum, qua
de re alibi latius. Stat ergo poſt didici-
ta teſtificata vtroque iure tam canoni
co,quam ciuili vetitum videri,& re ve
ra fuiſſe teſtes ſuper iiſdẽ articulis aut
directo contrariis recipi,non ſolum in
eadem cauſa principali,ſed etiam ĩ cau
ſa appellationis. Idque hodie iure no-
19 ſtro lege aperta deciſum eſt, vt lib.3. or
din.l.4.titul. de las prueuas y teſtigos.
Inſtrumenta vero nõ ſolum in eadem
cauſa,ſed etiam in alia(qualis eſt cauſa
appel

Inſtrumenta poſſunt p duci poſt dicita teſtificata cũ opi. communi.

appellationis)poſſunt pduci, etiã poſt
didicita teſtificata, non aliter atque an
tea,vt eſt communis & vera op.de qua
per Angelum in authent.at qui ſemel,
nu.3.vbi Ioannes Faber, & alij commu
niter de probat.C.tradunt cõmuniter
Docto.in.c. fraternitatis de teſtibus &
in.d.l.per hanc & in cle.fin.de teſtibus.
ratio eſt,quia in ſcripturis producẽdis
ceſſat timor ſubornationis, ĩ qua ratio
ne nititur iſthęc prohibitio. Vnde ceſ-
ſante cauſa,&c.l.adigere.§.quanuis.ff.
de iu.patr.l.cum pater.§. dulciſsimis.ff.
Teſtes poſt didicita teſtificata pro ducũtur de cõſenſu partium.cõcõi. 20 de legat.2.Sed an de conſenſu partium
etiã poſt didicita teſtificata poſsint te-
ſtes produci, cõtra mouet quæſtionẽ,
quod ea productio ob vitandum pec-
catum vetita ſit, in quo vitando ver-
titur vtilitas publica,etiam principali-
ter.l.conuenire.ff.de pac.dota.l. ius pu
blicũ.ff.de pact.tit.ge. l. iuriſgentium.
§.ſi vt maleficium eod.titu.l.ſi plagij.ff.
de ver.obli.l.priuatorum . C. de iuriſd.
omni.iud.Sed reſponderi poteſt,q̃ ex
huius rei vetitæ tranſgreſsione non ſe-
quitur neceſſario peccatũ,ſed tãtũ pec
cãdi anſa & occaſio iſpecta vtriuſq; iu
ris præſumptione,à qua præſũptione re
cedimus ex diſpẽſatione & tollerãtia,
ſeu pmiſsione illius, cuius intererat ta
les teſtes minime recipi. Quaſi ea ſiniſ-
tra ſuſpicio(quę generaliter ĩ reliquis
cauſis adeſſe videtur, ĩ hac cauſa pecu
liari, vbi eius cuius intereſt permiſsio
adeſt,ceſſare videatur. Nã & ſimiliter
pactũ de futura ſucceſsiõe pſertim ac
quirẽda dicitur eſſe ꝓtrabonos mores,
& præbere peccandi occaſionem. l.ſi.
C.de pact.l.2.ad fin.ff. de his quibus vt
indig.l.quidam in iure.§.ſi.cum.l.ſeq.ff.
de don.l.pactũ,quod dotali.C. de pac.
l.pactũ dotali.C.de collati. & tamen ſi
is cuius de ſucceſsione acquirenda age
batur,tali pactioni conſenſum præbue
rit, valere nõ definit. Quaſi ea ſiniſtra
ſuſpicio,quæ à lege præſumitur adeſſe
in reliquis ſpeciebus, in quib9 is, cuius
de ſucceſsione agebatur,cõſenſum nõ
accõmodaſſet, ĩ hac quidem pactione
vbi is conſenſum & patientem aurem
præbuit,ceſſare videatur, & quaſi vicĩ
illius pactionis præſumptũ per conſen
ſenſum iſtius purgari intelligatur,tex.
egregius,ĩ.l.ſi.C. de pact.Sic & ĩ ſpecie
nr̃a illa præſumptio ac ſiniſtra ſuſpicio,
de ſubornatione teſtium à lege conce
pta ceſſat,& quaſi purgatur per cõſen
ſum illius,cuius itererat tales teſtes nõ
admitti,quaſi is non aliter conſenſum
accomodaturus intelligatur,quã ſi cer
to ſciat nullum ſcelus ea in re perpe-
tratũ iri.Et ſic in ſpecie (licet à nemi-
ne hanc rationẽ præuiſam inuenio) te
nent communiter Docto. vt de conſen
ſu partium produci poſsint teſtes
poſt didicita teſtificata, ita Bal.& Sali.
& alij communiter in.d.auth: at qui ſe
mel Anto.& Feli.nu.6.& alij commu-
niter in.d.c.fraternitatis. Quod proce-
Idem in cõſenſu tacito 21 dit etiam ſi pars non conſenſit expreſ-
ſe, ſed tacite tantum, puta quia ſciuit
teſtes poſt didicita teſtificata produci,
& non oppoſuit,vt reſoluit ex cõmu-
ni op.Feli.vbi ſupra idẽ Feli.in.c. quo-
niam de probatio.ſupra glo. fi. fallit.4.
Denique huic regulæ, vt ſuper iiſdem
articulis vel directo contrariis non ad
mittantur teſtes in eadem cauſa,nec ét
in cauſa appellationis, non leuiter ad-
uerſatur illa regula,quæ habet quod in
cauſa appellationis non allegata allega
bo,& non probata probabo. Nam in
tali cauſa non poſſum allegare, neque
Appellatio nis in cauſa quid allega re et ꝓbare liceat. 22 probare impertinentia, puta ſi cum in
cauſa principali lis de equo ageretur,
& ſuccubuiſſem ĩ cauſa appellationis,
bouem ad me pertinere allegare & ꝓ-
bare volebam,vt declarant glo. & co-
muniter Docto.in.l.per hanc.C. de tẽ-
poribus appel.ergo neceſſum eſſe vide
tur,vt in cauſa appellationis, vel ſuper
iiſdem articulis probatio admittatur,
vel minime admittatur, quandoquidẽ
ſuper articulis remotis & impertinẽti
bus admitti non poteſt.Sed reſpon.in-
ter iſthæc extrema mediũ eſſe, vt pro-
batio licet non admittatur ſuper iiſ-
dem articulis,nec etiam ſuper omnino
remotis admittatur tñ ſuper iis quę an
nexa & finitima ſunt, ac veluti ꝓtigua
primis articulis,quale eſſet cum in pri-
ma inſtantia ſeu cauſa fundũ me præ-
ſcripſiſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripsisse allegabã, & probare volebã, articulos aũt feci super cõtinua possessione & bona fide, & tituli allegationẽ prætermisi, certe hoc casu in causa appellationis potero allegare & probare titulum, quia nec est super iisdem articulis, nec etiam est omnino impertinens, sed noua & vtilis allegatio, & probatio: ita tradunt gl. Ang. Fulgosi. & alij cõmuniter in d. l. per hanc & cõmuniter Docto. in d. auth. at qui semel & ita debent conciliari inter se. l. 4. tit. de las prueuas, lib. 3. ord. vbi negatur, super iisdem articulis vel directo contrariis fieri posse allegationes, aut probationes in causa etiam appellationis & l. 8. tit. de la audiencia e chancilleria lib. 2. ordi. vbi expressum est in causa appellationis non allegata allegare, & non probata probare fas esse in summa inter reliquos casus, de quibus supra mẽtionem habuimus, in quibus post dicita testificata admittuntur testes super eisdem articulis, vel directo cõtrariis, connumeratur etiam causa matrimonij: in quo casu bene admittuntur secũdum communem op. Doctorum in. d. §. nuntiatio, quam etiã firmat esse cõmunem Ioan. Bapt. in ærario cõmuni verb. testis, dicitq; esse cõmunem opi. Ias. cõ. 15. li. 3. qui omnes firmant, quod etiam in eadem causa admitterẽtur testes super eisd. articulis, vel directo cõtrarijs, si de matrimonio ageretur.

1 *Testis in vno iudicio si cõtrariatur dicto suo, in alio iudicio standum est priori dicto, & est anceps pugna.*
2 *Testi in vno mentienti, in reliquis non creditur.*
3 *Testis fides ex varietate minuitur, cum communi.*
4 *Testis qui iurato aduersatur, eis, quæ antea sine iuramento dixerat, fidem facit, nec punitur de falso, vtrumq; cum communi.*
5 *Intellectus. C. literas de præsumpt.*
6 *Intellectus. C. per tuas de proba.*
7 *Testis dictum iudiciale sed nulliter receptum pro extra iudiciali habetur.*
8 *Testis in ead. depositione sibi contrarius non facit fidem, & punitur cum communi.*
9 *Testis fassus se falsa dixisse etiam indicium non facit ad torturam. cum communi.*
10 *Testi quando obijcitur crimen ad eius fidem minuẽdam, an & locus & tempus debeat exprimi? anceps pugna.*
11 *Testi ad fidem eneruandam eius, vt crimen sit obijciendum. cum communi.*
12 *Exceptio non est necesse vt scriptis ponatur. cũ cõi.*
13 *Exceptio non eget conclusione cum communi.*
14 *Excipienti sufficit factum narrare, cum communi.*
15 *Exceptio incerta non prodest. cum communi.*
16 *Instrumẽta in saculo producti posse cõtra plures doct.*
17 *Testi cũ crimen obijcitur an sit necesse addere q; tpe depositionis criminosus reputabatur? dubia pugna.*

1 Si posterior testis dẽpositio priori aduersa sit, frequenter dubitatur, vtri earum depositionũ standum sit, an neutri? an vtriq; e? qua in re (quæ non raro accidit) quatuor sunt inspectiones. Prima quãdo vna depositio facta fuit in vno iudicio & altera in altero, secunda quando extra iudicium varia asseruit bis, tertia quando prius dictũ fuit iudiciale posterius vero extra iudiciale, vltima quando e diuerso prius dictum fuit extra iudiciale posterius vero iudiciale. Quo ad primum sunt, qui velint, priori dicto stãdum posteriore reiecto, ita tenent Abbas. in. c. cum in tua & ibi Feli. nu. 4. de testibus, Cardi. in. c. veniens. 2. eo. titu. col. pe. Inno. in. c. præterea de testib. cogen. sentiunt Ant. & Imol. in. d. c. cum in tua. Sentit Bart. in. l. eos nu. 1. ff. de falsis, dum ait priori dicto standum, nisi cum posterius in tormẽtis exactũ fuit: & quod priori dicto stãdum sit, tenet, & firmat esse communem opi. Decius consi. 189. lętatus sum plurimum, nu. 6. & rursus ibidem nu. 10. versic. secundo principaliter, & ibi iterum testatur hãc esse communem op. quam tenet, & cõmuniter receptam esse firmat Corne. consi. 27. in præsenti consultatione lib. 3. nume. 15. & ita secundum eum sentit gl. in. c. cũ causam quæ, & glo. in. c. veniens. 2. de testibus & in. d. c. cũ in tua, & Ioannes Andr. & cõmuniter canonistæ, in. d. c. cũ causam Speculator de teste. §. 1. versic. quid si ijdem testes, & hãc op. ait Deci. vbi supra tenuisse Alexan. Fulgos. & Ancharr. in locis per eũ allegatis est cõis opi. secundum Alcia. nu. 6. de præsumpt. regula. 2. præsumpt. 29. dicit esse cõmunem op. Ioan. Bapt. in ærario communi ver. testis. Crotus de testibus, nu. 344. ver. secundus casus Ioan. Nic. in addi. ad Alci. vbi. §. num. 6. Contrariam partẽ, vt hoc casu posteriori

Testis i vno iudicio si cõtrariat dicto suo, i alio iudicio, standum est priori dicto, & est anceps pugna.

Testi i vno mentienti, in reliquis nõ creditur.

riori dicto stetur priore reiecto, tenẽt Deci. sibi contrarius, cõs. 429. licet in causis, nu. 17. vbi hanc firmat esse cõmunẽ op. tenet Bar. in. l. f. col. 3. C. de re iudic. 2 Sunt, qui teneant tertiã opi. vt neutrũ dictum ratum sit, arg. ff. de reg. iu. l. vbi pugnantia, & quia testi, qui in vno falsum testimonium dixit, in nullo adhibetur fides. c. testimonium de testibus, gl. in. l. solam eod. tit Alex. consi. 93. in 3 causa & lite li. 5. nu. 10. gl. & Doct. in. c. in nostra de testibus. Bal. & Salic. in. l. si ex falsis. C. de transact. Sed prima opi. & receptior videtur, & verior, quia factum legitime retractari non debet, licet casus postea euenerit, à quo incipere non possit. c. factum legitime de regul. iur. & quia iam ius parti quæsitum fuit, quod sibi auferri in testis potestate esse non debet, arg. l. id quod nostrũ. ff. de regu. iur. & quia priori iuramento solet stari, quasi veluti clausulam derogatoriam habere videatur, arg. c. intellecto de iurei. Et quia in iudicijs quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio, vnde vt in contractibus non est locus pœnitẽtiæ. l. sicut ab initio. C. de act. & oblig. ita & huic testi, qui per testimonium iudicialiter dictũ quasi cõtraxisse videtur, pœnitere non licet, & pro hac parte fere videtur casus in. d. c. sicut de testib9. Nec me mouit, quod talis testis qui mentitum, sibiq; ipsi cõtrariũ testimoniũ dixit, piurij reus sit, falsiq; teneatur. l. eos. ff. de fall. vbi Bar. & cõmuniter alij, nam is sibi ipsi nocere potuit, alteri vero cui ius quæsitum erat, non potuit, vt multa in simili per Ias. per tex. ibi, in. l. patre furioso. ff. qui sunt sui vel alieni iuris. Nam & similiter pactum de futura successiõe acquirenda initum inscio eo, cuius de successione agebatur, licet non teneat in præiudicium illius: valet tamen in præiudicium & lęsionem ipsorum paciscentium, vt puniantur, ita probatur, in. l. 2. ad fi. ff. quib. vt indig. & in. l. quidã in iure. §. fi. cum. l. seq. ff. de donati. iuncta. l. f. C. de pact. l. 2. §. interdum. ff. de vulg. l. necnon. C. de capti. l. pactum quod dotali. C. de pact. Cum igitur priori iuramento standum sit, supereſt, vt posteriori omnino aduerso fides nulla adhibeatur: quia duo contraria & pugnantia simul stare nequeunt. l. Mutius. ff. pro socio. l. vbi pugnantia. ff. de reg. iuris. & ita in specie tenent gl. Imola, Anton. & Felinus, nu. 4. vbi alij cõmuniter in. d. c. in tua glos. & alij cõmuniter, in. d. c. veniens Corneus, in. d. consi. 27. nu. 15. Decius. d. consi. 189. nu. 6. & nu. 10. Adhuc tamen prius dictum licet non ex toto infirmum reddatur, vehementer tamẽ debilitatur, argu. d. l. eos. & d. c. testimonium de testibus & c. sicut eod. titul. & argu. d. l. vbi pugnantia, & quia ex illa variatione arguitur lęuitas ac perfidia illius testis, quæ res, fidem, & authoritatẽ eneruare solent. ff. de testib. l. 3. §. 2. cũ seq. & ita in specie tenent Abb. Imola, Feli. col. 2. & alij cõiter in. d. c. cũ in tua Cor. vbi. s. & Zabarella, in. d. c. veniens de testibus. 2. & Innocẽtius, in. d. c. prętera de testibus cogendis.

Testis fides ex varietate minuit, cũ commu.

Secũdo casu principali, qñ extra iudiciũ semel vnũ dictũ, deide alterũ priori cõtrariũ protulit, simplex mẽdaciũ est admodũ reprehẽsibile, sed nõ in foro cõtentioso, tã punibile, licet ex eo colligatur ac detegatur læuitas proferentis. d. l. 3. in pri. & §. 1. ff. de testibus. Vnde Plautus in mercat.

Mihi scelus summũ videt parẽti ꝙ loq; mendacium.

Tertio casu qñ prius dictum iudiciale fuit, posteri9 vero extra iudiciale, posterius dictũ nõ eneruat ex toto primũ dictũ: vt i. d. c. sicut de testibus & hæc est cõis opi. quã tenẽt Bat. i. l. eos. ff. ad leg. Cor. de falsis Ant. & Feli. nu. 6. i. d. c. cũ in tua, q firmat ita tenere reliquos scribẽtes, ibi nõnullosq; refert, ꝙ & tenẽt cõiter Doct. in. d. c. sicut. Quod intelli ge, qñ primũ testis deposuit cũ iuramẽto, deinde lata fuit sniã, postea citra iuramẽti interuẽtũ cõtrariũ eius, ꝙ prius dixerat, asseruit: nã si posterius dictum priori cõtrariũ ante latã sniam protulisset, adeo prius dictũ debilitaretur, vt deceret iudicẽ retardare snię pronũtiationẽ, vel eũ testem tormentis subijcere, secundum Felinum, vbi supra post Imolam, & Abbatem ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testis qui iurato aduersatur, eis, quæ antea sine iuramẽto dixerat, fidẽ facit, nec punitur de falso, vtrunq; cum cõmuni cõtra alterã cõtra.

4 Quarto casu, quando prius dictũ fuit simplex & extra iudiciũ, posterius vero iuratum & in iudicio cõis opin. esse videtur, vt posteriori stãdum sit, ita tenent gl. f. & ibi Imola, in. c. cum causam de testibus, Imola in. d. c. cum ĩ tua eo. tit. vbi Feli. col. f. hanc partem sequitur, & cõmunem esse firmat Bal. & Panor. in. c. per tuas de probatio. Ang. in. l. eos. ff. de falsis Rom. in. l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de dam. infect. Bal. in. l. nullum in pr. C. de testibus idem Bal. ĩ. c. r. §. si enim quid sit inuestit: hanc partem sequitur, & ter aut quater firmat esse cõmunem Decius in. c. per tuas de probatio. nu. 6. ver. postremo dum gl. Tindarus de testi. varia. li. 2. q. 9. &. q. 10. Angelus Areti. in tracta. malefi. verbo falsario col. 3. versiculo an testis, qui dicit, eãdéq; partem firmat esse receptiorẽ, quam similiter cõmunem appellat, & eã sequitur Alexã. consi. 74. viso testamento, nu. 8. versi. nam conficere scripturam tenent Speculator, & Ioan. Andrę. in addi. ad eum tit. de teste. §. 1. versi. quid si idem testis Petr. & Bald. in. l. gesta. C. de re iud. Florianus, in. l. qui falsa. ff. de testibus, Alexan. consi. 222. visa facti narratione, nu. 13. versic. & dicti testes lib. 2. vbi firmat hanc esse veram & cõmunem opinionẽ, & Philip. Decius vbi. s. plures alios allegat huius partis auxiliares, sed dum allegat Corneum, consi. 107. licet in hac consultatione li. 3. non inuenio quid ad rẽ ibi dicat. Sed 5 hanc etiam partem tenet, & receptam communiter firmat idem Decius consilio. 429. licet in causis, num. 17.

Cõtrariam partem, vt posterius dictũ nõ valeat, sed ipse testis falsi teneatur, & puniatur, tenet Bart. in. d. l. eos. ff. ad legem Corne. de falsis, vbi ait esse vtilẽ cautelam ad repellendum testem suspectum, antequã testificetur vt facias eum extra iudicium interrogari ea de re, qua de agitur, vt sic quod semel, tũc verbotenus dixerit, profit, vt si postea in iudicio contrarium firmauerit, posterius dictum non valeat, & testis puniatur de falso. Id quod etiã tenuit Anto. Butri. in. d. c. cum in tua & Anchar. in clemen. 2. de testibus Abbas in. c. inquisitioni. §. 3. de accusatio. Cardina. in d. c. per tuas in pr. de prob. per illũ tex. Bar. consi. 86. non creditur. Quid dicẽdum & quidem hanc partem tenẽtes, mouentur in primis per. d. l. eos. 2. resp. vbi si primum aliquid subscripsi, vel lecrio scripsi, vel sigillo meo signaui, si postea in iudicio dum in testẽ productus fuissem firmaui, cũ sacramento falsum commisisse videor, & falsi tenebor: sed tenentes cõmunem opin. respondent, & recte, nihil obesse, quia ibi loquitur quando serio aliquid prius scripserat, vel signauerat: cui postea aduersari cũ interuentu iuramẽti turpissimum est, nos vero loquimur quando prius aliquid simpliciter dixit, q̃ forte ioci aut leuitatis causa facere potuit, arg. l. an in utilis. ff. de accep. l. non solum. ff. de act. & oblig. sunt enim quorundã verba foliis leuiora caducis. Ergo istarum rerũ est non obscura differentia. Nã quod quis prius dixerit, ioci aut leuitatis causa cũ seriis aut arduis de rebus minime ageretur, si postea cũ iuramẽti interuẽtu, cũ serio res agitur, impugnauerit, id quidẽ inculpatũ non est: adhuc tamen non tam perfidiæ reatus quã leuitatis viciũ esse videtur: sicq; nec falsi punietur: & ita restringẽda est. d. l. eos, nec posterius dictũ cũ iurisiurandi religione præstitũ fidem facere desinit, vt in c. 1. §. si eñ quid sit inuestitura ĩ feudis.

Intellect. c. literas de præsumpt.

Deinde mouentur per text. in cap. literas de præsumptionibus, vbi quidam cum de crimine hæresis esset accusatus, & publice culpam confessus agnouit, palam fratrem quoque suum eodem morbo laborasse. Sed postea cum iuramento contrarium asseruit in iudicio, & summus pontifex ait priori dicto non iurato standum esse potius, quã posteriori etiã iurato: sed tenentes cõem op. respondẽt per illũ tex. verbo verisimilius, q̃ ibi prius dictũ erat sum mopere verosimilius q̃ posterius: eteñ prius illud dictum emissum fuit, cum ageretur de re seria, & vehementer ardua, & emissum fuit ex proposito, & publice, & ab eo qui ad fidẽ catholicã reuertebatur: quem eo tempore nullũ etiam simplicis mendacij peccatũ admissurum verosimile esset: præsertim in perniciem charissimi fratris sui: vnde posterius dictum priori contrariũ parum verosimile erat, prius autem dictum verosimillimum.

Intellect. c. 6 per tuas de proba.

Mouentur postremo p̃ tex. in. c. p̃ tuas de probationibus, vbi mulier quę quodã cum viro septẽnio in ꝯcubinatu steterat, ab eo diuertit, & deinde pręgnãs ad eũ reuersa fuit: asserens ab eo concepisse, q̃ & ipse agnouit, & filiꝰ inde genitus eorum filius in vicinia reputatus diu fuit, postea ipsa mulier cõtrarium iuramẽto iudicialiter prędicto licet firmauerit, tamẽ priori dicto standũ fuit, quia dictum in præsentia partis, & ab eo agnitum, sicque quasi ius quęsitum, à quo recedi nõ licet arg. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & præterea ibi plura interfuerunt, nempe assertio mulieris facta in prędentia viri, & acceptatio ipsius, & longa perseuerãtia, & cõis amicorũ & consanguineorũ opin. quæ omnia superare non debet iuramentũ posterius ipsius mulieris. Deniq; mouẽtur per. l. generaliter. C. de non nu. pec. sed ibi vtrunq; dictum fuit absq; sacramenti interuẽtu. Vnde in eam partem procliuior sum quam frequentius receptam diximus, vt posterius dictum iuratum, & iudicialiter præstitum valere non desinat, etiam si prius contrariũ dixisset extra iudicialiter. sunt. n. (vt iã differuimus) verba nõnullorum foliis leuiora caducis, & hominũ leuitati parcedũ est, & non tam irascẽdum, quam miserẽdũ: arg. l. vn. C. si quis Imperatori maledixerit, & ex ea deducitur à vitio perfidiæ, longe diuersum esse vitiũ leuitatis, & in specie videtur tex. quasi expressus, in. c. 1. §. si enim quid sit inuestitura in vsibus feudorum, verũ vt in simili supra differuimus, vbi testis leuitas huiusmodi detegitur, non dubium est quin ei⁹ fidei aliqua ex parte detrahatur, arg. l. 3. in pr. &. §. 1. ff. de testibus. Estque ex mente & sensu eorum, qui defendunt communẽ opin. s. relatam.

Limita. 1.

Tenendo istam partẽ limita primum, vt non procedat, q̃n primum dictũ esset posteriore longe verisimilius, & ita procedat. d. c. literas de præsumpti. ver. verosimilius tradunt Felin. in. d. c. cum in tua de testibus col. pen. Decius in. d. c. per tuas de probat. col. fi. in. fi. Tindarus de testibus vari. lib. 2. q. 10. Abb. cõ filio. 52. lib. 1. Andręas Siculus consi. 29. lib. 1. col. 10. Roma. consil. 505. & tradũt cõiter doct. in. d. c. literas. vbi Abb. col. 1. & Bald. in. l. 2. de testibus & Felinus, in dicto cap. cum in tua colum. f. in fin.

Limita. 2.

Secundo limita, vt non procedat, quãdo prius dictum fuit acceptatum à parte, & sic sibi fuit ius quæsitum: tunc eñ in potestate illiꝰ testis nõ est ius ei quæsitum auferre per testimonium iuratũ, postea præstitum arg. l. id quod nostrũ ff. de regu. iur. & eorum quæ tradit Ias. col. pe. &. f. in. l. patre furioso. ff. qui sunt sui vel alieni iuris & in specie ita tenẽt Decius in dicto capi. per tuas colũ. fi. in fin. Tindarus vbi supra lib. 2. q. 9. &. 10.

Limita. 3.

Tertio limita, quãdo inscriptura, & serio id testis asseruit prius sine iuramẽto, & posterius iuramẽto contrariũ firmauit, tunc. n. magis esse videtur vt posterius non valeat, ita tenent Andræas Siculus Aretinus, & Decius col. fi. in. f. in. d. c. per tuas Bar. in. d. l. eos Felin. col. pen. in. d. c. cum in tua vbi alij cõmuniter per. d. l. eos. 2. resp. & hoc casu prius dictum ratum forte non erit arg. l. vbi pugnantia. ff. de regulis iuris.

Limita. 1.

Testis dictũ iudiciale sed nulliter receptũ pro extra iudiciali habeꝰ.

7 Deniq; q̃ diximus, vt prius dictũ in iudicio emissum potiꝰ posteriore habeatur, ꝓcedit q̃n vtile fuit iudiciũ non sic si inutile, tunc. n. cũ ex eo parti ius quæsitũ nõ fuerit, quasi res integra videat, non facit impedimẽtum posteriori dicto: vt probat gl. fi. in. c. cum causam de testibus quã glo. sequuntur ibi cõmuniter Doctores, vt firmat Fel. qui & eam sequitur in. d. c. cũ in tua, nu. 5. de testibus Specul. de teste. §. 1. col. 11. versi. sed si idem testis facit. c. nõ præstat de reg. iuris. li. 6. vbi in simili per Dinum. l. nõ putauit. §. nõ quęuis ff. de bono. possess. contra tab. vnde si in iudicio non iuratus deposuit sicq; nulliter iuxta. l. iurisiurã. C. de testib. nõ fit impedimentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

posteriori dicto contrario, non magis quam si extra iudicium factũ fuisset secundum Feli.ibi.Bal.in.fi.C.de re iudi. Abb.in.d.c.cum in tua. Et dũ supra diximus priori dicto standũ, quãdo erat posteriori verosimilius etiam si iuratũ non esset, & extra iudiciũ emissum vltra.s.allegatos, idẽ tenet Deci. ꝑsil.181. nu.10.post Soci.quẽ ipse allegat. Et qñ vtrũq; dictũ fuit iuratũ, & in iudicio emissum, qñ & an vtrũq; vicietur, tradit Decius ibid.post Alex.consi.20. in causa appellationis.col.2.&.4.lib.4. & cõsi.54.col.4.lib.2.Ant.Butr.in.d.c. cũ in tua de testibus, put refert Decius vbi.s. Hactenus qñ in diuersis causis contrarius sibi extitit testis, quod si in eadẽ cãbis ꝺposuit, et posterior depositio priori aduersatur, Bar.in.l.eos.ff.de falsis, & Fulgosi.in.l.qui falsa.ff.de proba. Ant. & Imola, in.d.c.cũ in tua, Cro.in tract. de testibus nu.344. sentiũt neutrũ ratũ esse. Cõtrariũ, vt prius dictũ valeat, tenẽt Inno.Ioã.And.Abb.& Feli.in. d.c. cum in tua & Alciat. de præsumptio. regul.2. præsumptione.29.nume.5.

Testis in eadẽ depositio. sibi contrarius non facit fidẽ, & punitur cũ communi.

8 Hactenus qñ testis diuersas, separatas, easdẽq; cõtrarias depositiones emisit. Quid aũt si in vna eademq; depositione sibi pugnãs, ꝓtrariusq; extitit, & tũc nullã ei fidem adhibendã esse, sed falsi eum teneri firmat Bar.in.l.eos.ff.de falsis per tex.ibi in.1.resp.c.licet de proba. l.qui falsa.ff.de testib.tradunt Imol.Anto.& Abb.in.d.c.cũ in tua vbi Feli. nu. 3.Flori. & alij cõiter ĩ.d.l.qui falsa. limita, nisi animo corrigendi posteriora dixisset. c. præterea de testibus cogendis & alias tres limitationes tradit Fel.vbi supra. Deniq; is testis, qui palam fatetur falsum se precibus alicuius dixisse,

Testis falsus se falsa dixisse etiã inducũ non facit ad torturam.cum communi.

9 nõ facit fidẽ, nec etiã indicium ad torturã, præsertim qñ erat particeps criminis, ita tenẽt Fulgo.cõs.173.in causa inquisitionis col.1.per.l.fi.C.de accusati. & l.qm̃ liberi. C. de testibus & ibi etiã Fulg.& idẽ cõs.107.sup eo.col.3.& idẽ Fulgo.ꝑsi.136.in cã criminationis col.f. in simili ꝑ Bar.Veronẽ.cõs.32. quidam rustici col.3.Alex.ꝑsi.132. visa facti narratione.lib.1.col.f.idẽ Alex.cõsi.200.in cã & lite lib.3.& consi.90.viso themate eo.lib.est.cõis op. secundum Deciũ cõ si.189.nu.9.Aret.cõsi.61.in causa illorũ Corne.ꝑsi.53.post redditum consilium col.pen.lib.3.Anania cõsi.59.visa inquisitione col.2. & dũ diximus cõem esse opi.ꝙ si in eadẽ depositione testis sibi ipsi contrarius sit, nullã facit fidem, sed falsi tenetur, adde quod hanc firmat esse cõem op.Alcia.de præsump.regul.2. præsump.29.nu.5.post Salic.& Fulg.in d.l.qui falsa.

Testi qñ obijcit crimen ad eius fidẽ minuẽdam, an et locus & tempus debeãt exprimi? anceps pugna.

10 Verum in quibus casibus testi obiicitur crimẽ siue falsitatis, siue aliud quippiam, dubiũ est an specifice per expressionem quoq; loci & temporis obiici oporteat iuxta formam legis libellorũ. ff.de accusatio.mouet quæstionem, ꝙ reus in excipiendo, sustinet vicem actoris: vnde vt actor seu accusator locum & tempus delicti prætermittere non debet, ita etiam & is, qui per modum exceptionis crimina obiicit siue testi, siue alteri: argu.l.1.C.de probatio.iuncta.d.l.libellorum.l.1.ff.de exceptio.& ita in specie tenet Bar. in.l.1. nume.8.ff.de exceptio. idem Bart. in.l. 3.§.lege Iulia.num. 4.ff. de testibus idẽ Barto.in.l.prætor in pri.ff.de iniurĩ.sequitur & dicit esse communem opin. Socinus, in.d.l.1.nume.13. ff. de excepr. Felinus in rubr.de exceptio.num.6. dũ allegat.d.l.libellorum qui allegat idem tenentes Domini,& Ioan.Andrę.in.c. 2.§.testes ad fin.de testibus lib.6.Aretinus, in.l.3.in pri.nume.4.ff.de liberis & posthu.Bart.in.l.1.§.sciẽdum,nu.5.ff.de susp.tut.Bal.in.l.itẽ exigit.ff.de dolo. Contrariã tñ partẽ tenet,& firmat cõiter teneri Iaſ.ĩ.l.Titiæ textores, nu.12. ver.6.adde illud.ff.de leg.1.Bal.ĩ.l.edita opp.10.nu.33.C.de edẽdo post Ioã.An. & Pau.quos ipse allegat, ꝙ & vult An. Poma.ad Bar.in.d.l.1.de excep.ff.superlitera o, col.2.& Soci.vbi.s.ait ita tenere Doct.in.d.c.præsentium, in simili ꝑ Alex.nu.14.in.l.1. C.de testa.Quid dicendum,& quidem pro priore opinione, vt locus & tempus sit inserendus, videtur text.in.c. præsentium de testibus.lib.6.in.§.testes ibi facta sigillatim specifica-

specificatione criminum & in.d.c.§.fi. ibi simili specificatione crimimum & aliorũ obiectorũ obseruata. Sed parũ vrget, quia nihil ibi dicitur de loco aut tẽpore, & potius facit in cõtrariũ, quã doquidem dũ modo sigillatim facinus aut crimen quod ꝓtra testes obiicitur, detegatur, ac enarretur qualitas illa, vt locus aut tempus exprimatur, parũ ad rẽ pertinet, & saltẽ ibi nominatim nõ exigitur, nec etiã mẽtaliter, nam in.d. §.testes pariter & sub vna cõceptione verborũ loquitur de criminibus aduersus testes obiectis, & etiam de aliis impedimẽtis, puta vt ibi declarat gl. quia fuerant forte aduocati vel procuratores partis aduersę, quibus in casibus nõ loquitur.d.l. libellorũ sed tantum cum agitur de criminibus, ergo cum vna determinatio respiciẽs plura determinabilia ꝺbeat ea pariformiter determinare.l.2.l.quanuis. C.de impub.l.iam hoc iure.ff.de vulgari.vbi per oẽs & in simili per Bar.Alex.& Iaſ.nu.20.in.l.Diuus. ff.de re iudi.supereſt, vt.d.c.præsentiũ easdem qualitates, nõ etiam plures de siderare videatur in criminibus, quę testibus obiiciuntur, quam in reliquis impedimentis, quæ iisdẽ testibus obiiciũtur: sicq; vt in reliquis impedimẽtis cõstat necesse non esse, vt locus & tẽpus exprimantur, ita etiã & in criminibus necesse nõ sit. Deinde pro priore opinione facit.c. vt circa de electione. lib. 6.ibi omnia & singula, sed respõ. quod non loquitur de obiectis, quæ fiunt testibus, sed electoribus: præterea ibi de loco & tempore verbum nullũ, ad alia dic vt per Socinum vbi supra.

Testi ad fidẽ enerũdam eius, vt crimẽ sit obijciendũ. eum comu.

11 Adhuc tñ hæc pars tenẽda est quo ad qualitatẽ tẽporis, nã si testibus obieci, quod sunt falsarij, infames, perfidi, seu piuri, nihil egisse videor, pñt.n. hodie hæc omnia vitia habere, & tñ tpe quo testimoniũ, quo de agitur, tulerunt oĩbus his vitiis carere potuerunt. Quinimo etiam si dictũ esset, sunt, & fuerũt testes perfidi, infames, falsarij, adhuc idẽ: nam his omnibus vitiis notati esse potuerunt post præstitum emissumq; id testimonium. Vnde necessũ est, vt sic obiiciatur, tẽpore quo testimoniũ prę stiterunt, erant infames, perfidi, &c. ita in specie tenent Bar.& Iaſ.nu.6. ad fin. in.l.1.C.de testa. Ange.consi.308.factũ tale est Christophorus Iaso.in.l. Titiæ textores, nu.10.ff.ꝺ leg.1. qui iubet hoc perpetuo cordi fixum habere, allegat Angelum consi.1. porrecta fuit colũ.1. nu.4.vbi notab. loquitur nisi dixeris ꝙ etiamsi fuerit prætermissũ tempus in obiectione non obsit, sed ea exceptio à iudice sit admittenda, cum ineunte lite possit declarari, vt ait Felin. in rubr. de excepr.col.2.nu.5.sed certe tunc testis ille, contra quem crimina obiiciũtur, nõ posset se defendere, vt patet ergo, &c. Quo ad locum videtur non tã necessarium vt exprimatur, quia in loco cessat ratio, de qua ĩ tempore.s. meminimus, nisi dixeris non cessare in specta vtilitate & defensione illius testis, cõtra quem crimina obiiciuntur: nam si dixeris testem periurũ fuisse, necesse est exprimere quo tpe, & loco id admiserit, vt sic ipse possit se defendere, ꝓbãdo negatiuã: nẽpe ꝙ eo tpe, nõ eo loco vbi falsum perpetratum dicitur, sed alibi fuerit, & tandẽ in hanc partem ꝓcliuior sum, quę forte & receptior est.

Exceptionõ est necesse vt scriptis ponatur. cũ cõi.

12 Deniq; ꝙ diximus, vt agere etiam is videatur, qui exceptione vtitur, ꝓcedit large, nõ proprie & stricte secundum Soci.post alios in.l.1.ff.de excep.ꝓ text. ibi verb.videtur, vñ exceptionẽ in scriptis proponi necessum nõ est ex cõmuni opi.de qua per Felin.nu.6.in rubr.de excep.Bar.& Soci. nu.5. vbi hanc dicit cõem opi.post Cuma.& alios ibi in.l.1. ff.de excep.Bar.in.l.scire oportet.§. scire.ff.de excuſ.tut. Et similiter in exceptione nõ requiritur cõclusio, vt ex cõmuni opi.resoluit Feli.vbi.s.nu.6.tenet & dicit esse cõem op.Soci.in.d.l.1.col. 2.vbi Bar.& alij cõtra gl.ibi quę cõtrariũ tenuerat. Deniq; exceptio generica nulli9 momẽti est idẽq; si sit generalis, vt tenẽt Bar.& cõiter doct.ꝓ tex.ibi in.l. Titię textores.ff.de leg.1.vbi Alexan.nu.2.& Iaſ.col.2.&.3. Angelus consi.1.nu.4.Felinus in rub.de excep. Bar. Cuma.& Soci.col.2.in.l.1.ff. de excep.

Exceptionõ eget conclusione cũ cõi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

generica,vel saltem non satis specifica esse intelligitur, quando locus & tempus non fuit designatum,vt iã differuimus: sed & generică exceptionem admitti oportet, quandiu id à parte non opponitur,vt ex cõi op. resoluũt Alex. nu.2.& Ias.nu.14.in.d.l.Titiæ textores Felin.in.d.rubri.colum.2. ad fin. Suffi-

Excipienti sufficit factũ narrare,cum cõi.

14 cit tamen reo factum narrare, ex quo resultat exceptio, licet non dicat formaliter excipio secundum Bar: & docto.in.d.l.1.ff.de except.vbi Socin. nu. 11.hanc op.tenet & communem appel lat,vi.no.Ias. in.l.1.colũ.3.C.de testam.

Exceptio incerta non p deff. cũ cõi.

15 Ex superioribus apparet inutilem, aut parum vtilem esse illam practicam ad uocatorum,qui post aliquas exceptiones nominatim oppositas subiiciũt se opponere oẽs excep. sibi vndecũq; cõpetentes,quę clausula cum nimium generalis,& sic incerta sit non sufficit ex communi opi.quam tenent Bar.in.l.1. ff.de excep.col.2.Alex.in.d.l.Titiæ textores,nu.3.vbi Ias.col.2. Bal.Ange. & Imola,in.l.scire.§.sufficit.ff.de excusat.

Instrumẽta in saculo p duci posse cõtra plures Doctos.

16 tutorum. Quid autem si cum præfixus esset terminus ad exceptiones opponẽdas,quis opposuit,seu produxit saculũ plurium scripturarum repletũ, an ista videatur nimium generalis productio, & sic nõ releuet,id quod ita visum est, Ias.in.d.l.Titię textores, colũ. 2. Ioan. Andr.ad Specu.de instr.editione.§.videndum restat versi. itẽ non exhibeas, Anton.in.c.imputari de fide instr. quã op.licet ab ea nullum declinatum inue niam,suspectam tamen puto: primum quia ꝓtrariũ obseruat vniuersalis(quo ad viderim) iudiciorũ vsus,deinde qa satis certũ esse quid dicitur per relatio nẽ ad aliud.l. vbi aũt non apparet. §.illud.ff.de ver.oblig. & cum tales scripturę iam sint in potestate iudicis,& eiꝰ officialium, earũq; copiã iudex faciat parti aduersę,vt cõtra eas dicere possit non video,quid desit, quidue amplius petendum sit. Nam si centum scripturas diuersas in eo saculo produxit,similiter posset totidẽ sigillatim, aut seriatim producere,nec video quid referat vtrũ eas oẽs simul, an vero ordine pro duxerit,hoc est vtrum vna vice easoẽs, an centũ vicibus singulas produxisset.

Testi cũ crẽmen obijcit an sit necesse addere ꝙ tpe depositionis crimino sus reputabatur? dubia pugna.

17 Testibus cũ per modum exceptionis obiicitur,quod erant serui,vel infames eo tempore, quo vel testimonium dixerunt,vel ad solẽnitatem instrumenti adhibiti fuerunt. Quæri sæpe solet, an prẽter notam infamiæ vel qualitatẽ seruitutis is,ꝙ excipit, adiicere debeat, quod ita communi opinione eo tempore reputabantur,vt nisi vtrunq; obiecerit, & probauerit (nempe & infames vel seruos esse & tales reputari)eorum fidem non eneruet,aut instrumẽti authoritatem,ad cuius solẽnitatẽ illi adhibiti fuerãt, infirmam non reddat. Qua in re sunt,qui putent vtrunque pbari oportere, & eo vitio testes laborare, & talem fuisse eo tempore communem opinionem,ita Bar.in.l.1.nu.4.C. de testamen.idem Bart.in.l. ad testium versi.conditionem,nu.1.ff.eod. tit. idẽ Bar.in.l.cum lege ad fin. eo.tit. cũ quo trãsit Aretinus ibidem ad finem tenet Ias.in.l.1.nu.4.&5.C.de testam.licet agnoscat in cõtrarium se habere, communem opinionẽ tenet in simili Bart. in.l.2.C.de sententiis dum ait,quod cũ obiicitur iudici quod tempore sententię erat excõmunicatus,aut infamis,oportet adiicere quod ita communiter reputabatur,& cum Bart.vt non sufficiat probare testem fuisse ifamem nisi & probetur ꝙ talis communiter reputabatur,tenet Zasius cõsi.2.tametsi,nu. 34.lib.2.Alex.consil.24. animaduersis, nu.37.col.pe.versi.præterea lib.2.

Contrariam partem tenet, & firmat communiter teneri Alexan.consilio.152.viso processu,nume. 16. versi. non obstat etiam si dicatur libr.5.Bald. in.l.1.2.q.C.de testamen. & ibi Corne. num.6. vbi idem tenent Franciscus de Rampon. Paulus Castr. & Romanus quod & sentiunt Angel. & Fulgosius ibidem,& Cuma.& Ioan.Imol.& Pau. Cast.in.d.l.ad testiũ.5.cõditionẽ sentit Cin.post Iac.de Are.quẽ refert i. d. l.1. C.de test.& hãc partẽ sub dubio forte sequitur Are.in.d.l.ad testiũ in pr.co.1. & ꝓtra Bar.esse cõem opi. Modernorũ firmat

firmat Ias.nu.4.in.d.l.1.C.de testa.licet cum Bar.teneat & Alex.ibi.nu.2.hanc partem sequitur contra Bart.

Pro hac parte, quæ receptior est facit regula.l.qui testamento.§. seruus.ff.de testamen.l.hac consultissima. C.eod.l. quoniam liberi.C. de testib. vbi seruus non potest esse testis, nec etiam infamis,vt in.l.3.§.1.&.2.ff.de testib.c. præterea de testibus cogendis, & illa iura non binam aut geminam, sed vnicam & simplicem qualitatem desiderant: vnde istam qualitatem communis opinionis superaddere à iure alienum est. Prẽterea cum infamis repellitur à testimonio dicendo, propter sui animi vitium repellitur,quasi parũ fide dignus videatur, quod vitium tam integrum est,dũ latet quã foret,si appareret: sicque ille æque suspectus est vtroque casu,& consequenter pariter remouendus.l.illud.ff.ad legem Aquiliam.Prẽterea exceptiones regulariter fauorabiliores sunt, quam actiones. l. Arrianus.ff.de actio.& obligatio.l.qui exceptionem.ff.de condi.indebit. tradit Felinus,colum.2.ad finem in rubr. de excep.ideoque perpetuę sunt. l. vbi.§.fin. ff.de doli except. sed actor rectẽ suam intentionem fundasse videtur, cum eã ex legis præsumptione fundauit.l.omnes.§.Lucius & ibi Bart.ff. quę in fraudem creditorum.l. licet Imperator & ibi Bartol.Alexan.& Ias.ff. de legatis.1. sed qualis quisque re vera fuerit, in tali opinione esse præsumitur, quia error, qui veritati aduersatur, nunquã præsumitur,nisi probetur.l.si per errorem. ff.de iurisdictione omnium iudicum, & fere per totum.C.&.ff. de iuris & facti ignoran. Neque huic opinioni aduersatur tex.in.l.1.C.de testamẽt.Nam ibi hæres scriptus agebat ex testamento, in quo seruus testis adhibitus erat, & legitimi excipiebant de inhabilitate testis,quam sufficienter probabant,eo duntaxat probato, quod ille seruus erat tempore testamenti: rursus actor replicabat, quod licet tunc re vera seruus esset, tamen communi opinione liber reputabatur:ergo onus illius qualitatis de communi opinione probanda, non incubuit excipienti, sed agenti: ficque ille text. palam probat opinionem communem, tantum abest vt contrariam tueatur: ergo qui testem dixerit tempore actus, fuisse seruum, vel infamem, id vnum probare tenetur, & præterea nihil. Neque ad rem pertinet text.in cap.ad probandum de sententia & re iudic.libro.6. nam procedit in iudice, qui regulariter licet excommunicatus sit, non repellitur à iudicando, sed ita demum, si & excommunicatus sit, & præterea id publice notum sit.Diuersum est in teste qui ex sola inhabilitatione citra illã publicitatem (vt ita dicam) inutiliter adhibitus videtur, vt declarat Aretinus in dicta.l.ad testium in pri.ergo ex diuersis non fit illatio.l.final.ff. de calumniatoribus.

1 *Proxeneta potest esse testis de partium cõsensu.cũ cõi.*
2 *Proxeneta an altero contrahentium inuito possit esse testis? ingens pugna.*
3 *Proxeneta contractus gratia admissi.*
4 *Aduocatus non cogitur testificari in causa à se defensa. cum communi.*
5 *Procurator non testificatur in causa, quam agebat, nec etiam in causa appella. cum communi.*
6 *Mandatarius quando sit testis idoneus. cum cõmu.*
7 *Solicitator quando possit esse testis.*
8 *Famulus in causa domini quando possit esse testis.*
9 *Debitor pro creditore an sit testis?*
10 *Creditor pro debitore an sit testis?*
11 *Colonus an pro domino testis sit?*
12 *Ciuis pro sua ciuitate quando testificetur. cum cõm.*
13 *Ciuis,cuius interest,etiam priuatim non testificatur pro sua ciuitate.cum communi.*
14 *Ciuis pro sua ciuitate quando testificatur, est fides eius debilior,cum communi.*
15 *Testium suspecta fides suppletur nu.cum cõmuni.*
16 *Monachi pro monasterio testificantur,licet diminuta sit fides eorum,sed numero suppletur.cum commu.*
17 *Testes si sint omnino illegitimi,non fit numerositate suppletio.cum communi.*
18 *Monachus quando testificetur pro monasterio.*
19 *Municipes quando testificentur pro municipio.*
20 *Monachi pro monasterio quando testificentur.*
21 *Legatarius an possit esse testis? ingens pugna.*
22 *Intellect.l.dictantibus.C.de testamen.*
23 *Fideiussor pro fideiussore an testificetur.*
24 *Intellect.l.1.tit.de los testa.lib.5.ordi.cõtra Grego.*
25 *Probationes cũ inuicẽ cõtrariantur,qd iuris, nostra doctrina.*
26 *Testes esse nequeunt personæ hic enumeratæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proxeneta pot esse testis de partiũ cõsensu cum cõmu.

1 ROxeneta, seu mediator cuiusque contractus, alteriusue dispositionis an possit esse testis? non infrequens contentio est, & quidem ex mutuo partiũ consensu nõ dubiũ est, quin testis esse possit, vt tradunt communiter Doctores, in.l.omnibus.C.de testibus & Gualdẽsis de arte testandi tit.1.cautela.6.Alex. consil. 13.ex his lib.1.nu.14.cum seq.idem Alexan.consi.141.ponderatis nu.9. & pleriq; eorum quos illico referemus, quia omnes possunt esse testes, qui quadam lege nominatim non reperiuntur prohibiti. Cæterum si is proxeneta ab altero litigãtium producatur in testem, sunt, qui velint, eius testimonium altero litigatorum inuito recipiendum nõ esse, ita tenent glo.Ioan.And.in.c.Romana de testibus lib. 6. vbi refert idem tenuisse Innocen. & Ioan. Monach. & Hostien.& Archidi.Bar.in.l.omnibus. C.de testibus idem Bar.in.l. differre.§. idem decreuerunt.ff. de iure fisci.Ant. in.c.cum à nobis col.f.de testibus & ibi Imola idem Ioã.And.in.c.1.de testibus lib.6.in gl.ciuiliter post Hostiẽ.& Bernard.quos ipse refert Ioan.And. Anto. Imola,in.c.dilectorum de testibus cogendis,post glo.mag.ibi in pr. quod & vult Felin.ibi nu.2.Felin.nu.16.in. c.cũ à nobis de testibus Spec. & Io.And.de teste.§.1.versi.quid de proxeneta Abb. in.c.fraternitatis,col.fi.idem in.c.ex literis in pr.de transact.sequitur & dicit cõem opi.Alex.d.consi.13.lib.1. nu.14. idem Alex.consil.141.nu.9. hanc tenet & firmat esse communem opi. Guald. de arte testandi.tit.1.cautela.6. nu.3.Alberi.in.l.si tibi.§.de pignore. ff.de pact. Ias.nu.7.in.l. dictantibus. C. de testam. Imola,in.l.si cui legetur.§.si Titio.ff.de leg.1.sequitur & dicit communem op. Iacob.de Sancto Georgio,nu. 9.in.l.fi. ff.de testibus.

Proxeneta an altero cõtrahẽtiũ inuito posit esse testis ingẽs pugna.

Contrariam partem,vt talis proxeneta etiam hoc casu admittatur ĩ testẽ, tenent glo.in.§. quoniam vero in authẽ. de testibus & Bal.& Sali.col.fi.in.l. omnibus. C.de testibus vbi Salicet. firmat hanc esse cõmunem opi.Iaco.de Belo. & Ang.in.d.§. quoniam vero sequitur, & firmat esse cõmunem Zasius consi. 2.tametsi,nu.27.ver.quod si etiam dederimus vbi allegat Barba.Hanc partẽ tenuisse,& cõmunem opi. esse dixisse, & allegat Ioan.Oderheim pręceptorẽ suum, hanc etiam partem & tenuisse, & receptiorem dixisse.

Quid dicendum,& quidem proxenetæ plerunque salarium recipiunt à partibus ratione illius ministerij,quod eis exhibent,dum mediante opera,ac solicitudine sua contrahentes ad placitum consensum & conuentionem perducuntur.l.1.&.l.fi.ff.de proxene. iuncta. l.si voluntate.C.de resci.vend.quo casu omnino sunt à testimonio repellẽdi arg.c.1.de testibus lib.6.nisi de voluntate partium vt in.§. quoniam vero legẽ in authẽ.de testibus. Quod si salarij nomine receperunt nihil, neque quicquã sperant aut sibi promissum vel debitũ est:tunc vtraque parte renitente cessat proxenetæ testimonium glo.communiter appell. ibi in. d.§. quoniam vero. Vtroque vero contrahentium volente testimonium eius admittitur secundum.d.glo.cõmuniter ibi app.per tex. ibi glo.communiter app.in.d.c.Romana. glos.quę ab omnibus recepta similiter est,in.d.c.1.de testibus li.6. Quod si alter contrahentiũ velit, vt testimoniũ prębeat,alter renitatur,tunc proxeneta nõ compelletur inuitus testimoniũ præstare,per.d.c. quoniam vero à contrario sensu,nam si demum ex mutuo partium consensu cogitur dicere testimonium, ergo altero tantum volente non compelletur,vt ibi, quod præstanti nititur ratione,& æquitate,nam cõtrahentes huiusmodi mediatoribus atque poxenetis,palam & luculẽter animorum suorum sentẽtiam depromũt, ac reuelant minime id facturi, si id omnibus manifestum futurum sperarent: cum ergo his mediatoribus sua consilia non aliter atque confessoribus aperiant, inciuile ac iniquum esset, si id ab eodem proxeneta palam ac manifestum fieret altero cõtrahentium inuito,eludereturque eius spes,ac confidẽtia.

tia. Quæ ratio æque militat, & vrget, vt ipse mediator hoc casu etiam sponte sua ad testimonium pręstandum nõ admittatur, non magis quam inuitus impellatur. Hoc enim beneficium (vt regula de testibus cogẽdis, de qua per totum de testibus cogendis cessat) in his mediatoribus concessum fuisse intelligere possumus in fauorẽ ipsorum mediatorum, quo magis inueniantur, qui velint ad sua negotia facilius expedienda eorum opera vti,& intelligere etiam possumus potissimũ concessum fuisse,quo magis & quo breuius ac facilius hominum contrahentium negotia expediãtur,arg.d.l.3. ff. de proxene. vel quod tam ipsorum cõtrahentium quam ipsorum etiam mediatorum gratia concessum fuerit,argu.d.l.3.&.d.l.1. eod.titu.Siue ergo ipsorum tantũ contrahentiũ gratia id beneficium concessum esse intelligatur, consequẽs est,vt ex voluntate proxenetarum non cesset.arg.l.id quod nostrum.ff.de reg. iu. c.alteri per alterum de reg.iu.in.6.Siue etiã gratia tam contrahentium quam proxenetarum concessum esset, consequens esset,vt sola proxenetarũ volũtas in tali beneficio amittẽdo sufficiẽs non esset,arg.l.fi.ff.de acceptil.&.§.fin. insti.quib.mod.toll. oblig. d.l. id quod nostrum & multa in simili per Ias. in.l. patre furioso.ff.qui sunt sui vel ali. iur.

Proxeneta contractus gratia admissi.

3 Præsertim cum potissimum fauore ipsorum contrahentium id beneficium concessum fuisse intelligendum sit, cũ proxenetę ob contractus admissi sint, non ex diuerso cõtractus propter proxenetas,vt in.d.l.3. ergo propter vnum quodque tale, & illud magis secundũ Philosophum.Et propterea ex mutua contrahentium voluntate non spectato consensu ipsius proxenetæ, id beneficium cessat,vt in.d.authent. de testibus.§.quoniam vero legem. Pro nobis bonus text.in.d.c.1.de testibus,lib.6.ibi in detestationem criminis admittantur,ergo in reliquis causis, vbi illud odium cessaret, non admitterentur, & sic non solum inuiti non compellerentur,sed etiam spõte sua aduentãtes nõ admitterentur,nisi de consensu vtriusque cõtrahentium:ad idem. c. Romana eod. tit. vbi aduocati & procuratores etiam sponte venientes ad præstandum testimonium repelluntur. Ad idẽ l.f.ff.de testibus quę non egerinductione,neque ad rem pertinet, quod ad testimonium pręstandum omnes sint admittendi,qui non reperiuntur expressim prohibiti.l.1.2.resp.ff. de testib9 nã respõdeo hunc mediatorem,quo de agimus ex mente & sententia dictorum iurium satis videri nominatim,vel saltem mẽtaliter prohibitum. Facit,nam contrahentes in fide & taciturnitate istorum mediatorum plerunque negotia sua reponunt tales contractus minime inituri,si eas res proditum iri sperarẽt,sicq; hominũ cõmercia nõ mediocri ex parte cessarẽt, si aliud diceremꝰ.

Aduocato nõ cogit testificari ĩ cã á se defensa cũ cõmu.

4 Qua ratione receptum esse intelligo, vt aduocatorum testimonium, qua in causa patrocinium præstitit, nõ admittatur, vt ex communi opinione resoluit,Alex.in.d.consilio.13. num. 13. cum seq.lib.1.idem Alex.cons.141.nu.9. eo. lib.Feli.in.c.cum à nobis,nu.13.de testibus gl.Florianus Iacobinus de Sancto Georgio de testibus.ff.in.l.nullus,nu.2. idem Iacobinus in.l.fi.col.1.ad pri.eod. tit.Ias.in.l.dictantibus. C. de testamen. col.fi.gl.Bart.& alij cõmuniter in.l. de ferre.§.idem decreuerunt.ff.de iure fis. gl.& Floria.& alij communiter in. d.l. fi.ff. de testibus Antonius, & Imola in d.c.cum à nobis idem Anton. & Imol. in.c.ex literis de transact.Bart.in bona lect.& ibi Bal.in.d.l.omnibus. C.de testibus gl. & communiter Doctores in c.Romana.de testibus in.6.gl.& ibi doctores in.c.1.eod.titu.est bonus tex. in l.f.supra allegata de testibus, & in.d.c. Romana.Idque procedit propter affectionem, quam habere præsumitur ad causam,quam tuebatur:quę ratio & in proxeneta adesse videtur.

Procurator nõ testificat in cã,quam agebat,nec ĕt i cã app. cum cõmu.

5 Facit, nam & eadem ratione procurator ad causas in ea causa,in qua procurator extitit, non est idoneus testis, vt tradunt gl.Floria.& Iacobinus, in.d.l.f. ff.de testibus Alex.d.cõsi.13.nu. 14. idẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alexan.d.consi.141.nu.9.cum sequentibus, Bar.Bal.& alij cõmuniter in .d.l. omnibus Iacob.de Sancto Georgio, in d.l.nullus.ff.de testibus Feli. post Imol. & Anto.in.d.c.cum à nobis,nu.14.An. & Imol.in.d.c.ex literis Anton.in. c.in super de testibus Bar.in.d.§.idẽ decreuerunt Iaso.in.d.l.dictantibus,col.f.gl. & cõmuniter Doctores in.d.c.Romana et per omnes,in.d.c.1.de testibus lib. 6.& per Docto.in.l.magistratibus.ff.de iurisdi.om.iudi.qui similiter resoluunt eum nõ esse idoneum testem, etiam in causa appellationis,licet i ea ab officio procuratoris abstinuerit, idq; propter affectionem,quam verosimiliter ad eã partem quam antea tuebatur retinere præsumitur:& ita intelligitur.d.c.Romana,&.d.l.fi.ff.de testibus.

Mãdatario qñ sit testis idoneus cũ cõmuni.

6 In procuratore vero ad negotia cõis opi.est,quod possit esse testis, nisi cum inde commodum vel incommodũ potuit reportare,ita tenent Bar. & alij,in d.§.idem decreuerunt Sali.& alij, in.d. l.omnibus Imo.in.d.c. cum à nobis vbi Feli.num.14.ad fi.Rota decisione.225. quidã agebat in nouis gl.& alij cõmuniter in.d.l.fi.ff.de testibus, Anto. in.d. c.cum à nobis Alex.consi.13.nu.14. supra allegato Iacob. de Aren. & Cinus, in.l.quoniam.C. de testibus vnde si dedi tibi pecunias, vt eas deferres Titio, cui eas mutuo datas volebam , certe si postea lis esset super tali mutuo, me pecuniam repetente,& illo mutuum cõtractum fuisse negante, non esses idoneus testis:quia si ex fide Titio detulisti pecuniam,mihi non teneris: sin minus,tenereris.Sicque commodum,vel incommodũ inde reportare speras,secundum Iacob.in.d.l.nullus & Salicet. in.d.l.omnibus,& est ex mente aliorũ. Vnde secundum eosdẽ, si cum Titius, cui eã pecuniam mutuo dare animus erat,præsens esset,tibi eam pecuniã tradidi,vt ei illico redderes , idque fecisti in nostra præsentia , idoneus testis hac in re esse nõ desineres,argu.l.si procuratori præsentis.ff.de ver.obligat. quod reputat memorabile ipse Iacob.

Solicitator qñ possit esse testis.

7 Solicitator autem testis similiter idoneus non est propter eandem præsumptam affectionem secundum Feli. nu. 15.in.d.c.cum à nobis.vbi Ant. & Imo. idem tenent,& Iacob.de Sancto Georgio,in.d.l.nullus ad fi. Rota decisione. 149.item quod solicitator in nouissimis & Angel.consil.231. Quod ipsi fere omnes communiter intelligunt, vt procedat quando solicitator fuit ordinatus ab ipsomet domino causæ , non sic si à procuratore suo , quia socij mei socius,meus socius non est,vt in regula iuris.In famulis autem huius tempestatis , an in testes contra dños possint recipi? quæri solet,& obtinuit nõ posse ,quandiu in tali famulatu perdurãt, sed post missionem,hoc est postquam tales esse desierũt seruitores,seu famuli,eorum testimonium admittendum est,nisi in fraudem missi probẽtur:hoc est nisi cõstiterit ideo à domino dimissos fuisse,quo magis testimonium ferre possent : ita tenent Guido de Susa, Alberic.& Cinus,in.l.etiam.C.de testibus,Iacob.à Sãcto Georgio,in.d.l. nullus,nu.7.idem in.l.testis,nu.3. eo. & est communis opin.vt per.Alex. consi. 57. in causa & lite colum.penulti.li.7.

Famulus in cã dñi qñ possit esse testis.

Debitor pro creditore an sit testis?

9 Sed & debitor in causa creditoris non est idoneus testis secundum eund. Iac. ibid.nu.6.quia debitor quasi seruus creditoris censetur gl.in.l.fideicommissa. §.si rem.ff.de leg.3.& consequẽter non poterit in eius causa testimonium dicere.Creditor autẽ in causa debitoris idoneus testis est,Iacob.in.d.l.testis de testibus,nu.fi.Butriga.& Ang.in.l.non solum.§.quæritur.ff.de procurato. Iaſ.

Creditor p debitore an sit testis?

11 nu.6.in.l.dictantibus. C.de testa. Quid autem in colono,& idem Iaco. vbi supra,nu.5.refert Alberi.dicentem communiter obseruari,vt in causa eius,cuius colonus est , nequeat testimonium dicere,ita Albe.in.d.l. etiam licet Speculator de iure teneat admittendũ , ita Spec.de teste.§.1. versi. item excipitur q̃ est domestica , cõmunis tñ opin. est vt admittatur,licet non sit omni exceptione maior secundum Alex.cõsi.57. in causa & lite colum.penult.

Colonus an pro dño testis sit?

Ciuis p suã ciuitate qñ testificetur cum cõmu.

12 Quid autẽ in ciuibus respectu ciuitatis

suæ seu vniuersitatis,& obtinuit regulariter legitimos esse testes, nisi cũ cõmodum aut incommodũ priuatim & peculiariter inde sperãt,arg. d.l.nullus &.l.testis. ff. de testibus &.l. omnibus. C.eod.l.magistratibus.ff.de iurisd. omiud.Vnde si agatur de causa ad ærariũ tantum cõe non etiam ad singulorum vtilitatẽ ciuium pertinente, tales ciues testes erunt idonei. Idemq; si ageretur de reditibus ipsiꝰ ciuitatis, seu vniuersitatis,qui ad singulorum ciuium vtilitatem minime spectant, sed erogari solent in murorum,viarum,pontium,similiumque rerũ refectione , seu extructiõe.Quod si ageretur de nemoribꝰ, & pascuis,& similibus rebus: ex quibꝰ priuatim singuli ciues cõmodum possent reportare , puta quia liberum erat ciuiũ cuique pecora sua ibi appellere, syluam cædere,lignari, pabulari,& similia,tunc nõ essent idonei testes.Neque ad rem pertinuit , quod etiam superiore casu singulorum quoq; interesse videatur,id quod ad reipublicæ vtilitatem pertinet, nam illud est secundario non principaliter . Interesse autem principale in consideratione est nõ secundarium,& incidens interesse,argu. l.si quis neque causam.ff.si cer.pet.hæc omnia sunt ex mente & sententia Bal. Decij & aliorum in.c. tertio loco de p bationibus,Alex.consil.99. visis pcessibus,nu.15.ver.nec obstat si diceretur q̃ testes lib.5.Spec.& Ioan. And.de teste. §.1.versi.sed nunquid in causa vniuersitatis.Butrig.in. l. i tantũ.ff.de rerum diuisione,Bal.& Salicet.in.l. parentes.C. de testibus,Angel.in.l.municipes. ff.q̃ cuiusq; vniuersi.nomine, Corneus cõsi. 47.col.fi.libr.3.Decius in.c. insuper de testibus,Alex.consil.133.viso processu, nu.8.libr.1. ex quorum relatione patet superiores conclusiones esse communiter receptas.Cum hoc tamen moderamine , vt in quibus casibus diximus municipes testimonium ferre posse in causa ad municipium pertinente,intelligantur tamen nõ tam integram fidẽ facere, quam si alienigenæ forent,quia cum municipij vtilitas ad eos secunda rio spectet,non potest nõ debilitari aliqua ex parte eorum fides,arg.'d. l. nullus &. d. l. omnibus cum similibus supra allegatis ex mente eorum, quos proxime retulimus,quibus accedit Aymõ Crauetus de antiq.temporum parte.1. versiculo quid in libro officialis vnius monasterij,nu.17. cum seq. secundum quem in quibus casibus , licet non sint testes omnino illegitimi : non tamen sunt omni exceptione maiores , nec fides eorum ab omni parte integra est in illis casibus numerus eorum supplet defectum integritatis . Quod & tenẽt Alex.in.l.prætor.§.cogentur.ff. de edẽdo, idem Alex.cõsi.5.in casu inquisitionis,colũ.2.nu.7.lib.1.Butrig.in.l.3. post prin.ff.de testibus post gl.ibi per Doct. in.l.in tantum.§.vniuersitatis. ff. de rerum diuisione & in.d. c. insuper de testibus.Bal.consi.152.plura tangunt lib. 1.Alex.consi.56.viso processu,nu.12.li. 2.Bal.in.l.1.col.3.C. de testibus idẽ Alexan.consi.24.animaduersis,nu.16.eod. lib.vbi subdit quod testis infamis macula ac defectus suppletur per alterum contestem,qui sit integerrimę fidei ac opinionis,idem Alex.cõsi. 47. abunde lib.2.nu. 1. vbi ait quod numerus testiũ supplet defectum idoneitatis eorundẽ Francis. Curtius, in tracta. de testibus, q.1.Iaſ.in authẽ. si vero cõtingeret nu. 5.versi.quinto facit.C. de iudi. Bertran. consi.55.visis multiplicibus,nu.1.libr.1. idem Bertr.consi.358.testamẽtum libr. 2.ex quibus patet hanc esse receptissimã op. Vnde cum religiosi possint testimonium dicere pro monasterio, vt ex communi opinione resoluunt Pau. Castr.consi.227.dubium facit col.2.lib. 1.Corneus consi.309.col.3.lib.4.& Aymon vbi supra qui tamen non dicuntur esse testes omni exceptione maiores secundum eandem opi.verum huius idoneitatis defectũ supplet amplus numerus eorum secundũ eũd.Aymonem ibid.& secundũ Alex.cõsi.57.col. pe.lib.7.estq; cõmunis opi. vt proxime meminimus. At quãdo testes sunt oĩno illegitimi , tũc numerus nõ supplet defectũ secũdũ eũd.Alex.& Aymonẽ proxime

Ciuis cuius interest ẽt priuatim nõ testificaꝝ p sua ciuitate cum cõmu.

Ciuis p suã ciuitate qñ testificatur, est fides eo debilior cũ cõmuni.

Testiũ suffice ẽt a fides supplet numero cum cõ.

Monachi p monasterio testificant, licet diminuta sit fides eorũ sed nũero supplet cũ cõi.

Testes si sint oĩno illegitimi nõ fit numerositate supplẽtio cũ cõi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

proxime citatos qua de re p Decium in.d.c.tertio loco & per eūd. in.c. insu per de testibus Corneus consi.333.item sunt multi col.7.lib.1.Alex. 91.99. col. 4.lib.5. Sicq; tam in religiosis quam in municipibus & in similib9 personis cō munis sentētia est,vt si causa qua de agitur ad eorum commodum vel incō dum pertineat,in particulari nō sint vl lo modo ad testimonium dicendū admittendi.Hoc primo quod si ad eos p tineat non in particulari, sed tātum in communi cōis op. est quod admittantur,licet non sint omni exceptione'maiores,sicq;hoc casu numerus supplere potest defectum idoneitatis,superiore autem casu nō suppleret:& hæ omnes cōmunes sententię sunt vt patet ex supra relatis.

Monachus qn̄ testificet promonasterio.

18 Vnde apparet suspectū esse,quod monachus non possit esse testis pro monasterio, quando deponit ad cōmodum monasterij, & ex reditibus eius victū percipit,vt tenuit Corneus consi. 217. ista cōsultatio.nu.5.lib.4.vers.tamē his minime refragantibus, nam licet non sint integri testes, non tamē sunt oīno à testimonio dicendo repellendi, licet non videantur omni exceptione maiores per supra dicta:ideoq; Corneus nō iniuria notatus videt ab Aymone vbi supra,nisi contendas ipsum quoq; Corneū non satis aperte ab hoc declinasse videri.Item apparet ex præfatis municipes testes idoneos nō videri, quo ad probandam solutionem factam creditori,quando ea non probata collectandi essent (vt nostrorum more loquar) ad eam rursus faciendam:ita Bal.consi. 443.quęro lib.5.Bal.Decius & alij in.d. c.insuper de testibus idem i.d. c. tertio loco eod.tit.Ias.in.l.sed si hac.§.qui manumittitur,quam legit simul cū.l. 2. §. patronum.ff.de in ius vocando Aymō vbi supra nu.20.Iacobi.de Sancto Georgio in.l.nullus ad finem.ff.de testib9.

Municipes qn̄ testificētur pro municipio.

Monachi p monasterio qn̄ testificētur.

20 Vnde etiam non iniquum esse apparet quod tradiderūt Bal.& Decius col. 4. in.d.c. tertio loco & idem Decius consi.62.col.1.& iterum consi.342. colū.3. & Aymon vbi supra. Aiunt enim fratres prædicatores posse testimoniū dicere pro relicto eorum ecclesiæ dato: quia id commodum ad eos in cōi tātū non etiam in particulari spectat: sicq; pertinet ad eos tanquam vniuersos,nō tanquam singulos: quo casu licet non sint testes omni exceptione maiores: tamen non sunt omnino à testimonio dicēdo repellendi. Neq; ad rem pertinere quod de municipibus exigendis, aut collectandis (vt tunc non sint idonei testes) diximus, quia tunc id incōmodum ad omnes etiam tanquam singulos, & in particulari seu priuatim spectat.

21 Et legatarius,cum agitur de viribus testamenti,licet dubitari possit,an sit testis omni exceptione maior:tamē à testimonio dicendo non est omnino arcendus, cum testis ei testamento quo de agitur adhibit9 fuit.§. legatariis isti. de testa.l.dictantibus.C.eod.ti.l. qui testamento in pri.ff.eo.tit. & part. 6.l. 12. titul.1.id quod satis mirabile non paucis videtur,cum nullus.n.in causa propria vel in ea ex qua ad eum cōmodū vel incōmodum redundare potest, sit testis idoneus.l.nullus. ff. de testibus. l. omnibus.C.eod.l.magistratus.ff. de iurisdict.om.iud. Cur talem legatarium in testem admittimus,cū agitur de valetudine testamenti, quādoquidem interest sua id testamentum valere, cum regulariter legata & fideicōmissa intereant pereunte testamento.l. eā quā C.de fideicō.l.1.ff.de vulgari.l.fi. C.de codicillis, nisi fuerit adiecta clausula codicillaris,vt ibi. Timore huius contrarij sensus illorum iurium variis modis acceptus est: sunt enim qui velint, vt si vnus ex septem testibus testamento adhibitis,legato honoratus fuerit,si quidem scriptura inde confecta fuerit, firmum erit testamentum:nec impedimento erit,quod fuerit is testis legato honoratus,ita tenent Imola,in.l.qui testamento in pr.ff.de testa.Nicol.de Mata.Bal.& Corneus nu.3.in.d.l. dictantibus qui firmat hāc esse communē opi. Abb.in.c.insuper colum.pe.de testibus Gregori.Lupus,in.l.12.ti.1.par. 6.quod procedit

Legatarius an possit esse testis in ges pugna.

Intellect. l. dictātibus. C. de testa.

procedit, siue ab initio id testamētum in scriptis factum fuisset, siue per nuncupationem,dum modo inde scriptura cōfecta fuisset. Quod si ad scripturā non esset redactum, tunc is legatarius, idemq; testis non esset satis idoneus ad testamentum illud comprobandū, seu verificandum secundum eandem cōmunem,in quam etiam inclinat Alex. consi.177.nu.9.lib.2. id quod mihi non satis certum est,vt illico dicemus.

Alter sensus est, quando agitur solum de solēnitate testamenti,tunc idoneus testis intelligatur, quasi tale testamētū careat omni vitio visibili, arg.l.12.C.de edi.diui Adria.iuncta.d.l.dictātibus & d.l.qui testamēto &.d.§.legatariis.Sed agenti postea ex tali testamento posset interdū exceptio opponi,quasi ad huius testamenti comprobationem minus idoneus testis esset ille legatarius: ita tradunt gl.& Imola,in.d.l. qui testamento in pr.& est ex mēte eorū quos supra retulimus.

Tertius sensus est,vt valeat eius dictū in vtilitatem hæredis,non sic in vtilitatem ipsius legatarij,qui & testis erat ita Bal.Fulgosius,& Paulus, & etiam Corneus,col.2.in.d.l. dictantibus post Nic. de Matha.quē ipe refert Spec.de instr. editione.§.postremo alias.§.instrumētum vers.quid de legatario. idem Specul.de teste.§.1.ver.item quod est talis. Ioan.And.in.c.insuper de testib9,& Simoncēsis ibi prout refert Corneo vbi supra & etiam Nicol.in. c. cum minus de testibus,& est cōmunis op.secundū eundem Corneum,& sentit Alex.consi.177.nu.9.lib.2.& secundum eandem cōmunē opi. (vt firmat Corneus ibid. col.2.ad medi.)multo magis valebit testimonium illius legatarij in fauorem aliorum collegatariorū. At quo ad vtilitatē ipsius legatarij, qui & testis erat, eius testimonium non valebit secundum eandem cōmunem opi. Sicq; habes quinq; cōmunes conclusiones, prima quod huius legatarij testimonium valebit ad firmandum,& comprobandum testamentum quo ad validitatem institutionis: altera quod valebit ad cō probandum testamentum, etiam quo ad validitatem omniū relictorū ī testamento citra commodum istius testis: tertia quod non valebit ad vtilitatē huius testis, nec quo ad legatū ei relictū validum videbitur testamentū: quarta quod ad eius etiam vtilitatem validum videretur,si in scriptis factum esset:quinta idem foret etsi factum esset per nuncupationem, si deinde ad scripturam redactum esset.Pro quibus distinctionibus iure regio facit.d.l.12.tit. 1.par.6. Quę tamen distinctiones minime videntur recipiendæ, quia sunt cōtra generalitatem.d.l.dictantibus &. d. l.qui testamēto &.d.§.legatariis,& prę terea secundū has distinctiones vna eadem res diuerso iure cēseretur, contra l.eum qui ædes,cum simil.ff.de vsucap: nam id testam.non valeret quo ad legatum huius testis,& valeret quo ad reliquos collegatarios,& etiam quo ad hę redes,& dictū huius testis scinderetur tenens quo ad alios,non quo ad se,contra.§.his ita &.§. vbi autem. C. de cad. toll.& vna determinatio respiciēs plura determinabilia,debet ea pariformiter nō disformiter determinare.l.2.l.quāuis.C.de fideicō.l.ī hoc iure.l.Lucius. ff.de vulgar.vnde testimonium huius testis respiciens legatum sibi relictum, & legata reliquorū collegatariorum, & institutiones hęredum non deberet disformiter accipi.Et denique hæc videtur merę diuinationes,& mera somnia contra generalitatē,& præter mentem illarum legum.

Vnde vera solutio est,quod in omni re inspicitur,id quod principaliter agitur nō quę incōsequentiam & secundario euenire solent. l. si quis neque causam. ff.si cer.pet. & totum ius testamenti in persona hæredis consistere videtur. §. pater.insti. de leg.l.Iuliā.ff.si quis omis. cau.testa.est.n,hęredis institutio caput testamenti.§.ante hęredis insti. de leg. estque totius testamenti fundamētum l.1.ff.de hære.insti.l.1. & l.2. per totam præsertim,in.§.prius.ff.de vulga.Vnde hæres,quia totum id negotium ad eū pertinere videtur, testis i ea re esse nō debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet: diuersũ est in legatariis, ad quos secundario tantum, non etiam principaliter cõmodum pertinere intelligitur, & licet propter id cõmodum secũdarium, quod legatarij sperant, minus integri testes & non omni exceptione maiores videantur: tamen amplus testium numerus qui in testamentis exigitur, facile supplet defectum idoneitatis eorum, vt patet ex communib9 op. supra relatis, itaq; testimonium istius testis legatarij firmat, & cõprobat principaliter ipsum testamentum in communi, & vniuerso, licet ex eo testamẽto sic confirmato & cõprobato descẽdat cõmodum tam ipsius testis quam aliorum: & ita in specie tenent glos. & plerique scribentium in d. §. legatariis gl. & Docto. in d. l. nullus. ff. de testibus Bart. & communiter Docto. in d. l. qui testamẽto in pr. & hanc fatetur esse cõmunem opi. Iaſ. nu. 3. in d. l. dictantibus licet eam impugnare conetur.

Fideiussor & cõfideiussore qñ testificetur.

23 Ex his etiam infertur, quod vnus fideiussor poterit esse testis pro alio confideiussore, vt tradunt Bal. in l. fi. §. fi. col. 2. C. de vsuris rei iudic. Bar. in. l. si quis ff. de reb. dub. Corneus in. d. l. dictantibus, col. 2. in fi. post Dinum & Cinum, quos ipse refert. Deniq; cum hodie iure regio legata, & fideicõmissa valeãt in omnem euentum, hoc est siue hæreditas adita fuerit, siue non fuerit, etiam

Intellec. l. 1. tit. de los testa. lib. 5. ordin. contra Gregor.

24 si testamentum nõ haberet clausulam codicillarem vt in. l. 1. ti. de los testamẽtos. lib. 5. ordin. videtur quod indistincte iure regio legatarius possit esse testis, etiam si admitteremus distinctionem eorum, qui volũt talem legatariũ posse testimonium dicere ad vtilitatẽ hæredis, & aliorum collegatariorum: ad suam autem vtilitatem, non vtique: ita Gregori9 Lupus in. d. l. 12. ti. 1. par. 6. Sed id mihi semper suspectum visum fuit, quia in. d. l. 1. non dicitur quod defectus solennitatis ab ea lege requisitæ desinat nocere, licet dicatur, quod in terueniente solẽnitate ibi requisita, legatariis non noceat, quod hæres scriptus eo testamento nullus fuerit, vel scriptus repudiauerit: itaque si ex tribus testibus in illa lege desideratis vnus foret legato honoratus secũdum distinctionem supra memoratã (quã & ipse Gregorius sequitur, licet eam nos improbauerimus) is non posset testimonium dicere ad suam vtilitatem, licet ad vtilitatem aliorum posset. Idque tam iure regio, quam communi inspecta dicta distinctione: nec. d. l. 1. quo ad hanc rẽ, quicquam noui inducit.

Probatiões cũ inuicẽ cõtrariantur, qd iuris, nostra doctrina.

25 Illud autẽ dubium est, an si duo testes inuicem ex diametro pugnent, & p dicto alterius stat fama rite probata, fiat plena probatio, quod negat Alex. consilio. 143. quoniam abunde col. 2. versi. per hoc patet lib. 2. nam vis (inquit) & effectus illius testis per cõtradictionẽ alterius eneruatur arg. l. vbi pugnantia ff. de regu. iur. vnde supereſt sola fama, quæ semiplenam tantum, nõ etiam plenam probationem facit, & fere simile est, quod tradit Alex. consi. 18. ad fi. lib. 1. secundũ quę colligitur, quod si abstepetebam rei vendicationẽ fundũ, quẽ Titius quoque vendicabat, ille duob9 tantum testibus ad se pertinere probauit, ego autẽ tribus testibus ad me spectare, meumq; esse docui, tũc minime obtinerem: quia quod duo ex his tribus testibus meis fecerunt, duo testes Titij contrarij infectũ reddiderunt: sicque solus vnus testis integer, nulliusq; concursu diminutus, supereſt, qui non sufficit ad victoriam reportandã. l. vbi numerus. ff. de testibus. c. in omni negotio eod. titu. l. iurisiurandi. C. eod. & in hanc partẽ inclinat Aymon de antiq. temporum par. 1. versi. quid in libr. nu. 19. Sed contrariam partem ausim vsibus forensibus receptissimam dicere, quæ & iure communi similiter verior est, & forte receptior: nam Anto. Abb. & Imola, in. c. in nostra de testibus quorum opinionem communem esse firmat Feli. ibi nu. 13. tenent quod si vnus testis actoris contradicat vni testi rei, & testis actoris dignior sit teste cõtrario, tunc actori iuramentum potest deferri: quia (inquiunt) vt plures testes præferuntur pluribus, quo ad plenam probationem: ita & vnus testis vni præ

ferri potest, quo ad semiplenam, ergõ plane volunt, quod vtroque litigantiũ probante, modicus excessus alterius probationis sufficiat ad obtinẽdam victoriam, quanuis reo nihil probante modica actoris probatio (hoc est quę non plenam probationem faceret) non sufficeret ad victoriam aſſequẽdam, & ita etiam sentit Ioan. Andræ. ad Specula. de teste. §. postquam versi. quid si aliter licet Fel. post suum præceptorem in. d. c. tua nos ad fi. in contrarium inclinare videatur. Quod multum nota, quia rarę sunt lites, in quibus hic contrariarum probationum concursus, ac cõflictus non adsit.

Testes esse nequeunt p sonæ hic enumeratæ.

26 In summa pater pro filio, aut econtra: item vxor pro marito, aut econtra: itẽ concubina pro cõcubinario, aut cõtra: itẽ patrinus pro filiolo, aut cõtra: non possunt testimonium dicere secũdum Iacob. in. l. testis. ff. de testibus vbi, num. 7. tradit, an compater pro cõpatre possit testimoniũ dicere, quod & repetit in. l. nullus, eo. tit. nu. 7.

1 *Testis vnus an super facto suo plene probet? anceps pugna.*
2 *Intellect. l. quæro. §. fi. ff. de ædili. edict.*
3 *Testis qñ repellatur ex commodo aut incommodo.*
4 *Testis vnus quando faciat plenam fidem.*
5 *Probatio qualis qualis sit ex actis inter alios.*

Testis vnus an sup facto suo plene probet an ceps pugna

1 TEsti vni de facto suo deponenti creditur cõcurrentibus aliis indiciis, ita tenet no. Pau. Cast. in. l. quicunq; ad finẽ. C. de ser. fugi. vbi ait ita fuisse permissum cõtra. l. vbi numerus. ff. de testibus, idem etiam si non concurrant alia indicia tenet Salice. in l. si quis decurio. C. ad leg. Cor. de falsis col. 1. opp. 4. sequitur Zazius consil. 2. tametsi nu. 30. lib. 2. versi. facit notabilis doctrina, & dicit ita consuluisse Paul. consil. 329. & rursus idem Paul. consil. 368. quæ loca inuenire non potui.

Contrariam partem tenet Alexã. in. l. 2. §. si ablens. ff. si ex noxali causa agatur & ibi Iaſ. col. pe. idem Iaſ. in. l. cum filius 3
fa. nu. 17. ff. de ver. oblig. vbi ait esse quę stionem p amico. Idem tenet ipse Iaſo. in. l. admonendi. ff. de iurei. col. 21. lect. 1. & licet Alex. vbi supra nonnullos huius partis auxiliares alleget: tamen Iaſ. negat eos loqui in specie nostra. Quid dicendum, & sane huius partis præcipuum fundamentum est generalitas. l. vbi numerus. ff. de testibus, ca. in omni negotio de testib9, vbi habetur duo saltem testes exigi in omni negotio, neq; vnum sufficere, vtcunque sit magnę dignitatis. l. iuri siurandi. C. de testibus. c. cum à nobis eod. ti. nisi sit summus põtifex vt ibi, & quia vni Cardinali cuius tam præclara dignitas est magis moribus quam iure receptum est, vt integra fides adhibeatur ita Iaſ. in. d. l. cum filio nu. 17. Aret. in. d. c. cum à nobis Ioã. An. & alij in. c. constitutus de app. Spec. de teste. §. 1. versi. quid si aduocatus. Quinimo & tunc non creditur, nisi alia concurrant indicia vt per eosd. ergo in rebus liquis ea dignitate non præfulgẽtibus contrarium erit. l. cum prætor. ff. de iudi. Tertio quia speciale est in summo pontifice. d. c. cum à nobis. ergo in contrarium est ius commune. d. l. cum prætor. l. nam quod liquide. §. fi. ff. de penu legat. Sed pro priore opiniõe fortiter facit. l. quæro. §. fi. ff. de ædili. edict. vbi si seruus venierit sub duplę stipulatione, isque ab emptore aufugerit, inq; domum venditoris sese receperit, & dubitetur an antea similiter à domo venditoris fugisset, standum est dicto solius illius seruialiis tamen indicijs concurrentibus. Adstringitur hoc arg. quia leuior fides, magisq; suspecta est in eo teste, qui seruus erat, quam foret in homine libero. l. qñ liberi. C. de testibus. §. testes insti. de testam. l. hac consultissima. C. eo. Vnde in terminis. d. l. quæro nullam aliam rationẽ, propter quam illius duntaxat testimonio aliis indiciis concurrentibus stetur, reddi posse videtur, nisi quia deponit d facto pprio, in quo certiorem notitiam quisque habere potest, quã in facto alieno. l. si res obligata & quæ ibi tradunt Bart. & alij ff. de leg. 1. Mihi autem videtur vtranq; opinionem sub distinctione quadã defendi posse, simpliciter autẽ neutram tutam esse: nam regula est nulli fidem adhibendam, cum testimonium dicit de re cuius cõmodũ vel incõmodum

Intellect. l. quæro. §. fi. ff. de ædili. edict.

Testis qñ repellat ex cõmodo aut ĩ commodo.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad eum pertinet.l.omnibus.C.de testibus.l.nullus.ff.eo.facit.l. magistratib9. ff.de iurisdi.om.iu. & supra plenius diximus,& non solum quando ex tali depositione proficisci potest commodum aut incommodum pecuniarium, sed etiam si commodum honoris, vel laudis,aut incommodum vituperij, & dedecoris,vt ex cõi opinione resoluũt Felin.in.c.cum à nobis, nu.12.de testibus Corneus cons.217.ista consultatio nu.6.li. 4. Aymõ Crauet.de antiq.par. 1.ver.quid in libro officialis nu.17.cum seq. Vnde interminis.d.l.quæro.§.fi.ex dicto illius serui resultabat ipsius vitiũ seu turpitudo,quia fugitiuus erat,sicq; non potest eius dictum tam pro testis testimonio haberi, quam pro quadam veluti delinquentis aut peccantis confessione, meritoque ei statur concurrentibus alijs indicijs vt ibi. Vnde cum imputetur ei, qui vtitur opera malorũ hominum seu famulorum, si sit officialis publicus vt in.§.fi.insti.de oblig.quę quasi ex male.nal.putarem standum est le in terminis illius tex.dicto solius famuli damnum dantis alijs concurrentibus indicijs, etiamsi agatur de damno illo à domino ipsius famuli exigendo, seu reficiendo,quasi tunc illius dictum imaginem quandam habeat confessionis,& quia cum omnib9 natura insitus sit amor,& studium conseruãdi suum corpus,suum honorem,suasq; res. l. vt vim cum gl.sua ibi & vbique communiter app.iuncta.l.Iulianus. ff. si quis omis.cau.testam. longe verisimilius est, & sic longe fide dignius dictum illius, qui turpitudinem suam detegit, quam si se laudaret, aut in re indifferenti deponeret: nam quod diximus in testem non recipiẽdum, qui cum ageretur de eius laude,aut vituperio,non aduersatur,quin in confitentem vel quasi possit recipi,prout fit in plerisq; omnibus causarum criminalium.Cæterum si cũ quis ð facto suo testimonium dicit, sit ad laudem suã non ad vituperium, nõ faceret fidem plenam, quinimo nec semiplenam,argu.d.cõmunis op. de qua per Felin.in.d.num.12.d.c.cum à nobis & per Corn.d.consil.217.quod si factũ de quo testimonium ferret esset indifferens,nec pertineret ad eiusdem testã tis laudem,aut vituperium (veluti si diceretur, quod tibi mãdatum dederam de homicidio faciendo, quod tu tamẽ acceptare noluisti sed expressim repulisti)tunc magis est vt semiplenam tantum, non etiam plenam fidem faceret ex regula.d.l.iurisiurandi cum similib. Ergo quando testimonium huius detegeret suammet turpitudinẽ, facit plenam probationem etiam in damnum tertij,aliis indicijs concurrentibus. d.l. quæro.§. fi. & isto casu procedit opin. Pauli & sequaciũ. Quando non turpitudinem sed potius laudẽ non facit plenam,nec etiam semiplenam fidem, & procedit opi. Alex.& Ias. Quando nec laudem nec vituperium facit semiplenam tãtum probationem, & procedit etiam op.Ias.& Alex.Alios.30.casus in quibus statur dicto vnius refert Anto. de testibus,in.c.veniens. 1. & ibi Felin. remissiue colum.penul.super gloss.fi.

Testis vnus qñ faciat plenã fidẽ.

4

Probatio qualis quã lis fit ex actis inter alios.

5 Per contrarium est casus, in quo dicta plurium testium non plenam sed semiplenam tantum probationem faciunt, quale est quãdo plures testes deposuerunt in alio iudicio,& inter alias personas,& eorum dicta trahũtur ad aliam causam comprobandam, vel iustificandam:nam tunc siquidẽ pars qui his testium dictis vti vult,potuit eos & producere,& id prætermisit,sibi ĩputatur, & sic nullam fidem faciunt, nec sunt à iudice talia dicta admittenda. Quod si eos producere nõ licuit, vel quod iã defuncti erant,vel degebant in remotis regionibus, vel alia quauis probabili ratione,tũc admittuntur, & faciũt semiplenam probationẽ secũdũ Bart. in.l.admonendi.ff.de iure. q.4. sed receptior opi. est vt qualem qualem præsumptionem tantum,nõ etiã semiplenã probationem faciat, licet prope accedat vt per Ias.in rep.d.l.admonendi. nu.242.ver.quarto quærit Bar.& ita tẽ peratur titulus.C. res inter alios actas, quod & in sententia procedit secundũ Bar.vbi supra tradunt Anto.& Panor. in.c.fin.

in.c.fi.de iurei. & ibi Imola & Anton. in.c.quanuis de re iudi.col.4. Ange.in l.2.C.de edendo Alexan.in repe.l.sępe col.37.de re iudi. qui ait esse de pane lucrando Cinus, Raynerius, Albericus, Alex.in.l.si duo patroni in pr. de iurei. ff.& quando acta iudicij possint probari per testes,tradunt Innoc.Host. Ant. Panormi.& Felin.nu.55.in.c. quoniam contra de probatio.Barto.in.l. ne in arbitris.C.de arbitris.

1 *Sententia in causis summariis lata dicitur diffinitiua,estque ingens pugna.*

2 *Sententia proprie & res iudicata dicitur,licet appellationi locus sit cum communi.*

3 *Sententia lata à principe dicitur diffinitiua, licet solẽnibus careat.*

Snĩa ĩ causis summarijs lata dicitur diffinitiua,estq; ingens pugna

1 IN causis summariis lata sententia non est mere diffinitiua secundum Angel. in.l.Imperium, nu.35.ff. de iurisdic. om.iud.qui ait,quod ex facto ita cõsuluit,& obtinuit,licet multi Doctorum contrariũ cõsuluissent, sed pro se fuit iudicatum,huiusque sententiæ pleriq; scribentium sunt, estq; op. cõmunis secundum Deci.in.l.Imperium, nu.22.supra alle.Areti.consi.105.in præsenti dubitatione,idem Areti.consil.118.in prę senti consultatione.Alex. in.d.l.Imperium,nu.11.Ange.in.l. qui restituere.ff. de rei vẽdi.idem Ang.cõs.111.quidam petiit idem Alex.consil.112.idem Romanus in rubr.ff. de re iudica.

Cõtrariã partẽ, vt talis snĩa sit diffiniti ua mere,tenet Paul.Cast.col.pe.in. d.l. Imperium et est cõis op.secundũ Purpur.ibi,nu.293.Roman. sibi contrarius consilio.174. spectabilis pro hac parte videtur tex.clarus in clem. sępe de verbo.signifi. verbo sententiam vero diffinitiuã. Facit quia res iudicata & sententia diffinitiua idem sunt. l. elegãter §.si post rem iudicatam.ff.de condi.indebi.& tamen res iudicata dicitur,quę finem controuersię imposuit pronuntiatione iudicis condemnatoria,vel absolutoria.l.1.ff.de re iudica. sed illa diffinitio verificatur in specie nostra ergo,&c.quinimo sententia, vel res iudicata dicitur,etiam si non dum transierit in rem iudicatã, sed possit adhuc appellatione suspendi, vt tradũt gl.& cõmuniter Doct.per text.ibi in.d.l.1.ff.de re iud.& gl.in.d.§.si post rem iudi.ver. attentari & alia gl.in eo.§.ver.si appellatum gl.& cõiter Doct.in.l. litigatoribus per tex.ibi.C.de app.ergo si res iudicata, ac mere diffinitiua sentẽtia dicitur,quæ condemnatione vel absolutione finẽ controuersię imposuit, etiã si adhuc ea controuersia possit suscitari per interuentum appellationis,quãto iustius,mere diffinitiua in specie nostra dicetur. Et leuissimũ est arg. quod mouit Angelum,& eos, qui cõtrariam partem tuentur,dum aiunt q̃ licet effectu hæ sententiæ inter se differre non videantur:differunt tamen in modo in eundi,seu in sui creatione,quia in causis summariis non exigitur litis contestatio,prout in causis plenariis nõ quoque exigitur, vt in summariis sententia proferatur à sedente iudice, prout exigitur in plenariis, & similia. Nam respondeo, quod modus creationis in consideratione esse non debet, nam & septimo mense editus puer tam legitimus est, quam ille qui nono vel mense decimo nascitur. l.septimo. ff. de statu hominum & definitiua sententia dicitur à definiendo glos.in. l. qui restituere.ĩ gl.f.ff.de rei vẽ.d.l.1.ff.de re iud.sicque ab effectu nec de modo creationis quicq̃ curãdũ est quo ad nram quęstionẽ. Et q̃ differũt tãq̃ plus & minus non differũt in specie.l.f.ff.de fund.istr. nec minus quidẽ diffinitiua erit, eo q̃ lata fuerit sine strepitu & figura iudicij, q̃ si post lõgas moras fieret, dũ modo potẽs sit ad rẽ definiẽdã,nã & in ipsis causis plenariis interdum lõgę ꝓbationes fiunt,interdũ non fiunt,interdum longiores dilationes dantur à iudice,interdum non dantur, interdum plura instrumenta à partibus producuntur,interdum nulla producuntur, interdum fiunt interrogationes hinc inde interdum non fiunt, interdum hinc inde de calumnia iuratur,interdum non iuratur, & reliqua id genus innumera: & tñ ineptirẽ diceretur, qui putaret non

Snĩa ꝓprie & res iudi cata dicitur licet appellatiõi locus sit cũ cõm.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Snīa lata à principe dicitur diffinitiua, licet solēnibus careat.

tā diffinitiuā snīam esse ī his speciebꝰ, q̄ in illis. An aūt in possessorio snīa dicatur definitiua, vel quasi? tradit gl.ī.c. ꝓsultationibꝰ de officio deleg. vbi per Feli.nu.2.col.2.ꝓ nobis in principali.q. facit, quia snīa lata à principe nullus negauerit, quin sit diffinitiua, non secus quam si lata esset à reliquis iudicibus, vt in.l.& hoc Tiberius.ff.de hære.instit. l.eleganter. §. si post rem iudicatam.ff. de condi.indeb. & tamen per principē ferri pōt sine litis contestatione, & etiā sine citatione, & sine reliquis solēnitatibus, vt diximus de successi. creatione.§.26.nu.14. cum multis sequentibus late Iacobinus, de Sancto Georgio de feudis, verb.princeps.

1 *Sententia lata ex falsis instrumentis retractatur.*
2 *Sententia lata ex falsis testibus retractatur.cum communi.*
3 *Sententia lata ex falsis testibus nō retractatur, nisi probet iudicē illis testibus adductum ad ita iudicandum, cum communi.*
4 *Sententia falsis testibus lata retractatur, licet testes non essent pecunia corrupti, nec alio modo cum cōr.*
5 *Sentētia lata ex testibus pecunia corruptis retractatur, licet non probetur, quod falsum dixerunt testes, dubium certamen.*
6 *Testis falsum committit eo ipso, quod vt testimonium ferret, pecuniam cœpit.*
7 *Probationes dilucidiores in criminalibus quam in ciuilibus requiruntur.*
8 *Probationum nulla concludit necessario, sed tantum verisimiliter.*
9 *Testis pecunia an alio modo corruptus fuerit, nihil interest, nam vbique sententia retractatur contra communē.*
10 *Testes pecunia corruptos falsum dixisse opponebam, an vtrunque probandum sit ad sententiam retractandam? ingens certamen.*
11 *Intellect.c.licet causam.de probatio.*
12 *Accusaui te de percussione cum sanguinis effusione, an vtrunque probandum sit? dubia pugna.*
13 *Copulata ociose resoluuntur in singularitates cum communi.*
14 *Allegationes copulatæ resoluuntur in singularitates, cum commu. contra plures.*
15 *Copula posita inter diuersas orationes non tam coniunctionem quam sermonis continuationem inducit cum communi.*
16 *Sententia lata falsis instrumentis vel testibus inquadriennium tantum retractatur cum communi contra longe plures.*
17 *Restitutio minoris petita impedit executionē cū cōi.*
18 *Restitutio petita prætextu falsi an impediat executionem sententiæ? concl. pulchra.*

SENTENTIA lata ex falsis instrumentis potest retractari, etiam postquam transierat in rem iudicatam. l. Diuus. ff. de re iudica. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. in rubro & in nigro per totum. C. si ex falsis instrumentis. l. admonendi. ff. de iurei. l. si ex falsis. C. de transact. iuncta. l. non minorem eodem titulo. & l. 1. & 2. ff. eodem titulo. Id quod procedit etiam si ex falsis testibus iudicatum esse dicatur vt tenet glo. communiter ibi app. in .l. si prætor in. d. §. Marcellus tradunt glo. & communiter Doct. ibi per illum text. in. c. licet causam de probatio. text. in rubr. C. si ex falsis instrumentis vel testimoniis, &c. quod plane procedit, quando religio iudicātis circumuenta fuit, eo quod testes & corrupti pecunia vel alio modo fuerunt, & præterea falsum dixerunt, vt dd. ll. Sed quid si non probetur iudicē ad talem sententiam proferendam ex eo motum fuisse, cum forte etiam citra interuentum illorum testium eodem modo iudicaturus esset, an prætextu falsorum testium ea sententia retractabitur? & magis est vt non retractetur, ita tenet glosl. communiter ibi app. in. d. ca. licet causam probatur in l. penultim. & fin. C. si ex falsis instrumentis, & probatur in rubr. ibidem, nā illa dictio', ex, denotat causam proximam & immediatam secundum communiter Docto. ibi & vbique & probatur in. c. cum. 1. & .a. de re iudic. vbi tradunt Doctor. communiter Bald. in. l. si quis testibus, colum. 2. C. de testibꝰ per Felinum, nume. 28. in. d. c. licet causam. Sed probato quod ad talem sententiā ferendam iudex ex illis falsis testibus potissimum motus fuit, ipsis demptis, non ita iudicaturus, dubitatur an oporteat probare duo copulatiue, quod & testes corrupti & subornati fuerunt, & quod falsum dixerunt? an vero sufficiat alterutrum probare? & quidem si vtrunque probetur, res expedita est, vt sententia retractetur, vt. dd. ll. & per glosl. communiter app. in. d. c. licet causam glosl. app. in. d. l. Diuus.

Snīa lata ex falsis instrumētis retractat.

Snīa lata ex falsis testibus retractatur. cum cōmuni.

Snīa lata ex falsis testibus nō retractat, nisi probet iudicem illis testibus adductū ad ita iudicandū. cū cōmuni.

Quod

Snīa falsis testibus lata retractatur, licet testes nō essēt pecunia corrupti, nec alio modo cū communi.
Snīa lata ex testibus pecunia corruptis retractatur, licet nō probetur quod falsū dixerūt, et est dubium certamen.

4 Quod si probetur testes falsum dixisse idem erit etiam si nō probetur quod fuerant corrupti, ita tenet glos. in. d. c. licet causam quam sequuntur ibi Anto. Imola Abb. Panor. Felin. num. 28. & alij cōmuniter vt testatur ipsemet Feli. ibi.

5 Quid autē si ab aduersario corruptos fuisse eos testes, ex quorum fide iudex ad talem sententiam ferendam motus fuit probatur, non tamen probatur, quod falsum dixerunt, potuerūt enim etiam corrupti verum dicere, & hac in re sunt, qui putent, sententiam non retractari, ita tenent Innocen. Ioan. Andræ. Antoni. Cardi. Imola & Felin. nu. 29. in. d. c. licet causam sequitur & firmat esse cōem op. Deci. consi. 189. lętatus sum plurimū. nu. 11. in fin. quæ cōis opi. receptissima est, qñ pecunia corrupti nō fuerūt, sed precibus tantū, vel alio modo citra pecuniæ interuentū, vt & tenent Ias. in. d. l. Diuus, num. 28. post Bar. ibi colū. 1. ad finem Imola, Paul. & Alex. in. d. l. Diuus. Quod si tales testes pecunia fuerūt corrupti, adhuc pleriq; eorū, quos. s. retulimꝰ, tenēt snīam nō retractari, quasi indistincte sola testiū corruptio ad snīam retractādā non sufficiat, nisi & falsitas præterea ꝓbetur, & istam firmat esse cōmunē opi. Deci. vbi. s. qui nominatim loquitur in teste pecunia corrupto post eos, quos ipse sequitur. Cōtrariā tamē partē, vt eo ipso quod pecuniā testis recepit, etiā si non probetur falsum dixisse, si iudex eius fidem secutus talem snīam tulit, non aliter laturus, quasi falsum is testis dixerit, ea snīa retractari possit, & debeat, tenent gl. in. d. c. licet causam Bar. in. d. l. Diuus ad fi. col. 1. vbi Ias. nu. 11. qui ita intelligit dicta Innocentij, in. d. c. licet cām & ita reuera sentiunt, Imola Pau. & Alex. in. d. l. Diuus & Felin. in. d. c. licet causam innumero. 30. Cinus, in. l. si quis testibus. C. de testibus. q. 11. Abb. & Ant. in. d. c. licet causam idē Abb. in c. sicut de testibꝰ: & reuera ista videtur magis cōmunis opi. quia pleriq; omes distingunt, vtrum testis pecunia corruptus fuerit, an vero nō pecunia, sed precibus vel alio modo: & sic hac in re, qñ iudex secutus fuit fidem testis, de quo agitur, sunt tres opi. prima, ꝙ vt retractetur snīa sola corruptio sufficiat, siue interfuerit pecunia, siue non. Secūda op. quod nō sufficiat, nisi interfuerit pecunia. Tertia opin., ꝙ etiam si adsit corruptio & pecunię interuentus, non sufficiat, primā tenet gl. ī. d. c. licet causam alteram tenēt Bar. & sequaces, quę nobis videtur receptior: tertiā tenēt Decius, & alij quā ipe cōmunem appellat. Quid dicendū, & quidē prima op. non videtur tenēda, quia saltem iure regio videtur cōtra generalitatē. l. 1. titu. 26. par. 3. & quia non bene sequitur, corruptus fuit testis, ergo mentitū testimoniū dixit, & probatio debet concludere necessario, non contingenter tantū. l. non hoc. C. vnde legitimi. c. in prę sentia de ꝓbationibꝰ. Nec dubiū est, quin ad snīam retractandā falsitatē testium, eaq; circunuentū fuisse iudicē probarī oporteat. l. pe. & fi. C. si ex fals. instr. & d. l. Diuus. ibi falsis testimoniis. Neq; ad rē pertinet, ꝙ ibi sint verba consultantis, non ipsius Imperatoris decidentis, quodq; ipsemet Imperator in sequēti respōso, vbi decisio est, nihil dixerit de falsitate, sed tantum de testibus pecunia corruptis, nam imperatoris respōsio de qua ibi ītelligēda est iuxta terminos interrogationis, & ꝓsultatiōis arg. §. ꝓterea īst. de inutil. stipu. & .l. Titia. §. idē respōdit. & .l. 1. §. fi qs ita. ff. de v. ob. & auth. de filiis añ dot. istr. na. ad fi. Vñ cum Imperator de falsitate testimoniorū ī terrogatꝰ esset, licet simpliciter respōderit eādē falsitatē q̄si ī ipsamet respōsione repetitā intelligere debemus: & hæc pars lōge iustior est, qñ aliter q̄ per pecuniæ interuētum corruptꝰ fuit testis. Nā si pecunia interueniente tūc multo vehementior præsumptio nascitur cōtra ipsum testem, adeo, vt posita pecuniæ receptione sequatur præsumptio falsæ depositionis secundū aeceptiorē snīam. s. relatam, pro qua multū facit. d. l. Diuus. 2. resp. dum ait testes pecunia corruptos fuisse, nec nominatim adiecit falsum testimoniū dixisse, quasi per se notum esset, aut saltem verosimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter pręsumendum falsum testimoniũ ex ipsa pecunię receptione. Facit, nam ipsa suspicio falsitatis pro falsitate haberur, vt tradit Deci. consi. 189. lætatus sum plurimũ, col. 1. nu. 1. Archi. & Dñicus. in. c. in memoriã. 19. distin. per. l. iubemus. C. de testibus Ioã. Ana. in rubr. de crim. falsi. col. f. sentit Alex. cons. 77. in causa accusationis. libr. 1. nu. 4. dum ait eum intelle. ad. d. l. iubemus esse approbatum, qui vult vt ibi producẽs falsum instrumentũ falsi teneatur: & deniq; falsitas nõ alio modo probari põt quã indiciis, vt in dictis locis & ꝑ Ale. in. d. consi. 77. facit. l. metũ. C. quod metus cau. & l. dolũ. C. de dolo facit. l. pe. C. de euicti. facit nam falsum cõmittit testis eo ipso, quod pecuniam vt testimonium diceret recepit, gl. communiter app. in. l. 1. ad pr. ff. de falsis quã vltra Doct. ibi sequuntur Decius. d. consilio 189. nu. 11. Feli. in. c. licet causam de probati. nu. 29. & ibi Imola & reliqui quod aperte probatur in. d. l. 1. 2. respon. ff. de falsis. Neque ad rem pertinet quod Decius, in. consi. 189. ſ. allegato, col. 1. &. 2. respon. eum testem falsum cõmisisse videri, quo ad hoc, vt ꝺ falso puniatur, non autem quo ad hoc, vt eius dictum falsum intelligatur: nã imo ideo ꝺe falso punitur, quod eius dictum inspecta legis præsumptione falsum fuisse intelligitur, vt ibi patet. Nã & similiter sentẽtia ipso iure nulla est, & iusta pręsumitur eo quod iudex, qui eam tulit, pecunia corruptus fuit. l. venales. C. quã. pro. non est necess. quinimo longe facilius deberet pręsumi falsitas ad infirmãdam eã sententiã ciuiliter quam ad puniendũ eũ testem criminaliter, arg. l. f. C. de probat. & quia prout est notũ in criminalibus: prout in casu isto agitur clariores probationes requiruntur d. l. fi. C. de probatio. & fama cum vno teste non probat ĩ criminalibus, vt per gl. in. c. vemẽs. in. 1. de test. Alex. in ꝓsil. 143. qm̃ abũde. col. 2. li. 2. cũ si. Deci. ĩ. c. 1. col. pe. de appel. & in cõsi. 133. col. 2. & in criminalibus non defertur iuramentum ĩ defectum probationis vt no. per glo. inl. 3. in verbo, agatur. ff. de iureiur.

Testis falsũ cõmittit eo ipso q̃ vt testimoniũ ferret pecuniã cæpit cũ cõ. 6

Probatiões dilucidiores tã ĩ crimĩalibus quam in ciuilibus requirunt. 7

cum nimis. vt tradit ibi, Alexan. col. 3. & in criminalibus non creditur testibus rationem non assignantibus, dato quod non fuerunt interrogati, vt not. dicit Sali. in. d. l. f. col. 2. in ver. exemplũ si testes & sequitur Alex. in cõsi. 15. viso processu inquisitionis, col. 6. lib. 1. & in criminalibus testes omni exceptione maiores requirũtur vt not. Bal. in. d. l. f. col. 2. Ioan. de Ana. in consilio. 17. visa relatione, & in criminalibus probationes imperfectæ non coniunguntur ad plenam probationem faciẽdam, vt not. Bal. in. l. fi quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. cum simil. Decius, in. c. cũ causam col. pen. de probatio. & probatio, quę fit per iuramẽtum in casu. l. fi quãdo. C. vnde vi. non habet locum in criminalibus, vt not. Bar. in. l. f. ff. de in litẽ iuran. vnde si is testis falsum quo ad sui met criminalem punitionem fecisse videtur, multo magis falsum fecisse videtur, quo ad hoc, vt ea sĩa ciuiliter retractet. Nec me mouet, quod vt Deci. ait in. d. cõsi. 189. nu. 11. non sequatur, testis punitur de falso, ergo fecit falsum, nam resp. q̃ licet agnoscerem⁹, quod nõ sequatur necessario: tñ sequitur verosimiliter, & licet in aliis causis probationes debeãt cõcludere necessario: tñ in hac causa necesse non est, quod necessario cõcludant, sed sufficit in causa falsitatis vt ex verosimilib⁹ cõiecturis cõcludatur. Quinimo probationes ẽt in reliqs causis nõ ꝓcludũt necessario, sed tm̃ verosimiliter, nã primo considerãdũ est, q̃ modus humanæ ꝓbationis ad humanũ iudiciũ fit ꝑ fidẽ, & credulitatẽ iudicare debẽtis: fides aũt vel credulitas q̃nq; iure cogitur ꝓbationes testiũ, et instrorũ vt ĩ. l. vbi nũerus, & vulgata. l. sciãt cũcti, & l. 1. ꝑ totũ de fid. instr. q̃nq; plura cõcurrũt simul, ex quib⁹ notitia intellectualis cogit ad credulitatẽ, oportet em̃ credere, & ex credito iudicare, quod tã rõne q̃ ẽt autoritate tatis diluciꝺe cõstat, rõ. n. ꝓbatiõis est vt de veritate ꝓstet. At sicut cõstat nobis ꝺ veritate ꝑ fidẽ testiũ. 1. ꝑ credulitatem, quam duobus vel trib⁹ testib⁹ adhibem⁹. vt. d. l. c. in oĩ negotio ꝺ test.

Probationũ nulla cõcludit necessario sed tantum verosimiliter. 8

ita crede-

ita credere cogimur ex alijs argumentis, pręsumptionibus, & indicijs, ex quibus mens ꝓsa instituitur ad veritatẽ, & cogunt ad aliquid credẽdum. Adeo q̃ quandoq; violentas has præsumptiones appellamus, quia ex eis animus cogitur, & vincitur ad aliquid credendũ, vt ĩ. c. afferte, &. c. quia verisimile & ibi Inno. & Abb. de præsumpt. & qm̃ hæc argumenta, & pręsumptiones ex factis oriuntur, & sunt varia, ex quibus animus moueri põt, ideo certa regula ad fidẽ & animi instructionem diffiniri nõ põt, aliqua tñ in iure positiuo notãtur, ex q̃bus animus ad fidẽ mouet, quę aliq̃n appellãtur indicia, q̃nq; suspiciões, q̃nq; præsumptiones, q̃nq; argumenta vt notatur in. l. admonendi de iureiur. & ibi per Doct. maxime Bar. at cũ plurima esse pñt, quã in iure reperiuntur, vt in. l. nã natura de præs. verbis ea arbitrio & iudicio discreti iudicis oportet reliqui, & hoc est quod iure ꝓsultus docebat, in. l. 3. §. 1. &. §. eiusdẽ. ff. de testib. in his verbis: quę argumẽta ad quẽ modũ probãdi cuiusq; rei sufficiant, nullo certo modo satis diffiniri põt. Sicut nõ semp, ita sępe sine publicis monumentis cuiusq; rei veritas deprehẽditur: & paulopost subiũgit, nec ad vnã ꝓbationis speciẽ cognitionẽ stati alligari debere, sed ex sĩa animi tui tę æstimare oportet, quid aut cui credas, aut parũ ꝑbatum tibi opineris: hæc Calistratus iure cõsultus. Nec refragatur, si quis obijciat probationes certas esse oportere, has aũt præsumptiones sæpe fallere vt notatur. l. nõ est verisimile quod met. cã. ff. in. d. c. quia verisimile. Nã nos loquimur de humano iudicio, in quo etiã probationib⁹ testiũ, & attestationib⁹, & cõfessionibus partiũ sæpe fallimur: vt ĩ. c. cũ ęterni tribunal. de re iudi. ĩ. l. r. §. prudẽter de quęstionibus, humanum tñ iudicẽ humano more, & humana, & posśibili cognitione moueri cõuenit, vnde dicebat notãter Bar. ĩ. l. admonẽdi. 3. col. ver. quæro qñ dicatur plene ꝑbari, q̃ tũc dicitur plene ꝑbari, qñ iudex per ea quæ sunt sibi ostensa est adducꝺ9 ad fidẽ, & credulitatẽ eius, quod intẽditur, vt. C. de edẽ. in. l. procurator & l. quinquaginta. in fi. de probat. ff. cũ ibi allegatis. vnde ęqualem vim habẽt in causis secundum rerum qualitatem testes instrumenta & indicia notatur in. c. 3. loco de probat. & in. c. transmissæ qui filij sunt legi. & ibi prępo. Alex. itaq; cum vehemẽtior cõiectura mẽtiti testimonij dicendi vix inueniri possit, quam quod testis ꝑ testimonio ferendo pecuniam acceperit, superest vt falsum feciſſe videatur nõ solum quo ad sui criminalem punitionẽ, sed etiã quo ad sniam retractandã: ficq; oĩno reiiciẽda est sĩa illa, quã Deci. defendit, & cõem appellat, ĩ. ꝺ. ꝓsi. 189. nu. 11. nec ad rẽ ꝑtinet tex. ĩ. ꝺ. c. licet cãm de ꝓba. Nã ille text. loquit̃ qñ data fuit dilatio ad dicendũ, & ꝑbãdũ cõtra ꝑsonas testiũ, & nihil ꝑbatũ fuit, nec videbatur æquũ, vt sæpius hac de re ageretur, vt ibi & ꝑ totũ. C. fi sępius ĩ integ. resti. aliter. n. & lites essẽt immortales cõtra. l. ꝑperãdũ. C. de re iu. c. finẽ liti⁹ de do. & ꝓtu. & leges ludibrio forẽt cõtra. l. f. §. vbi aũt puerilis ętas. C. de bo. quę lib. ergo nr̃a sĩa quę habet vt prętextu falsorũ testiũ sĩa possit retractari, limitãda est, vt ꝑcedat qñ parti nõ fuerat data dilatio ad opponẽdũ ɔtra ꝑsonas testiũ, sec⁹ aũt si data fuisset, quia postea amplius admitti nõ debet ad dicẽdum cõtra eorũ ꝑsonas, vel dicta, post q̃ sĩa trãsiuit in rẽ iudic. vt. d. c. licet cãm per quẽ teneo nihil referre vtrũ testes pecunia an alio quouis modo corrupti essent, vt patet ibi in ỹ. porro dũ ait corrupti falsa dixissent, & rursus in ỹ. quãquã dũ ait, videlicet q̃ corrupti falsa dixissent. Vtrobiq;. n. ait q̃ corrupti falsa dixerũt, nõ distinguẽdo vtrũ pecunia an alio quouis modo falsa dixissent, & sic nullibi inuenies legẽ distinguẽtẽ inter corruptionẽ testis, quæ fit pecuniæ iteruẽtu, an alio quouis modo, & vtrobiq; fere par rõ est: qua in re vis tota in iudicis religiõe aut prudẽtia sita est, q̃si huius rei status ɔiecturalis sit, licet pro cõi op. iure regio faciat. l. f. tit. 26. part. 3. sed ipsa & reliquę ita & possunt, & debẽt interpretari pro nobis tex. fere ex-

Testis pecunia an alio modo corruptus fuerit, nihil interest, nã vtrobiq; sĩa retractatur contra cõ. 9

preſſus,in.c.1.§.ſi em̃ q̃d ſit inueſtitura ibi odio,vel gr̃a ſeu p̃cio, vbi nõ refert vtrũ teſtis precio,an vero gr̃a vel odio vel alio modo corrupt9 ſit,de quo tex. in ꝓpoſito nullus vnquam meminit.

Teſtes pecunia corruptos falſum dixiſſe opponebam, an vtrunq; ꝓbandum ſit ad ſn̄iam retractãdã ingẽs certamen.

10 Illud aũt notandũ eſt, q̃ ſi actor dixit, teſtes falſum dixiſſe, corrupti,vtrunq; probare tenetur. ſ. corruptionẽ & falſitatẽ:quia in vna eadẽq; oratione vtrũque ampli9 fuit: q̃ ſi dixiſſet teſtes corruptos fuiſſe,& falſum dixiſſe, aliud eſſet, quia in diuerſis orationibus id cõprehendit, ſicq; alterutrũ probare ſat eſſet : quia harũ orationũ altera alterã nõ qualificat, iſta eſt differentia cõiter recepta in vtroq; mẽbro, vt tenẽt Bart. in.l.Fulcini9.§.1.ff.quib.ex cau. ĩ poſſ.ea tur idẽ Bar.in.l.Diuus,col.1.ff.de re iudi.idẽ Bart.in conſi.incip. cõe Luciani locauit q̃ eſt.193.in ordine,nu.4. ſequi tur & dicit eſſe cõem opinio.Iaſ. in.d.l. Diuus,nu.22.quã iterũ,nu.20.cõmunẽ appellat Abb.in.c.ſignificãte vlti. not. de app.Bar.in.l.1.§. quæſitũ. ff. de aqua quoti.& æſti.Anto.Abb. Imola & Fel. nu.40.& nu.43.in.d.c.licet cauſam de pb.Anto.Abb.& Imola, in.c.2.de reſcrip.Bal.Imola,& Rom.in.l.Titia.ff.ſolu. matri. & alij quãplures quos refert Feli.vbi.ſ.& hãc dicit cõem opi. Alex. in.d.l.Diuus.nume.12.& nume.14.

Intellect. c. licet cãm ꝺ probatio.

26 iniuriarum quod eſt priuatum, poteſt ĩponi pœna arbitrio iudicis vſq; ad pœnam mortis, vt eſt gl. ſing. inſti. de iniuriis. §. in ſumma, cum his, quæ ibi plene allego, reſpõdeo dupliciter. Primo qđ illa gl. cõmuniter reprobatur, vt late p Ial. in. l. etſi legibus. C. ſi contra ius vel vtili. publ. quia imo etiam pœnam perpetui exilij non poteſt imponere iudex. l. 1. ff. de furi. balnea. & ſic non obſtat vel aliter, vt ſupra dixi, quod illo caſu eſſet idem quod in publicis, quando illa pœna ĩponetur: vel aliter quod ſit ſpeciale in crimine iniuriarũ, ſecus in aliis priuatis, vt infra dicã, & per iſta & alia, quæ forte ſubiiciam videtur iſta opi. verior in puncto iuris. Nunc reſtat reſpondere ad contraria, & primo nõ obſtat. gl. in. §. ad crimẽ. & in. l. 1. an per alium cauſæ app. cum alijs, quia illę gl. allegant, quod obſtat prædictis, & ſi dicas, quod imo fundantur, in. l. ſ. cum cõ cord. C. de iniuriis, dico quod circa illam. l. pendent. ll. & prophetæ, vbi ponitur ſpeciale in illuſtribus, quod poſsit per alium, &c. ergo ſecus regulariter à cõtrario ſenſu: reſpõdeo, primo quod illud arg. à contrario ſenſu, non eſt ſumendum: quia cõtrariantur. ll. quas ſupra allegaui, vt. l. 2. C. de cõdi. inſer. ſed iſta ſolutio nihil eſt, quia imo. d. l. ſi. C. de iniurijs, non cõtenta deciſione, quæ ſumebatur à contrario ſenſu, expreſſe ſubdit, quod nullus alius p procuratorem poteſt illã mouere: vnde aliter eſt reſpõdendũ, & dico quod ibi ideo nõ admittitur pcurator quia poſsibile eſt ſequi pœnam maiorẽ relegatione, & ideo non admittitur procurator, nam cũ pro iniuria poſsit imponi pœna pecuniaria, vel relegationis, vel fuſtium, ius non vult, vt ibi admittatur procurator, bene facit pro hoc quod dicit Bal. in. l. eos. §. ſuper his. C. de app. vbi dicit quod ad hoc quod pœna dicatur capitalis, ſuffi eit aptitudo. i. quod poſsit arbitrio iudicis euenire: faciunt iura, quę dicunt, quod inſpicitur, quod euenire poteſt de iure cõmuni, aliter tamẽ circa hoc loquitur Bar. in. §. ad crimen, licet non ad hoc propoſitum, vel aliter ſoluo ex verbis Bal. in. d. l. f. de iniur. vbi dicit quod vbi pœna eſt arbitraria, pro curator non poteſt admitti, facit. l. fin. ff. de iniur. & iſta ſolutio eadem videtur cum præcedenti, & per hæc videtur quod non obſtat. d. l. ſi. vide ibi Bal. & cogita p te de alia ſolutione. Secundo non obſtat tex. in. c. in criminalibus. 5. q. 3. & in. c. ſi quando. 2. q. 6. & in. c. veniens, & ſuper his de accuſa. quia dico quod illa iura intelligi debent ſecundũ tex. in. §. ad crimen. l. quod loquũtur in publicis, non autem in priuatis, nec obſtat quod loquitur generaliter & indiſtincte, qa debẽt reſtringi p alias. ll. quę loquũtur de iiſdẽ caſibꝰ, vt ĩ ſimili dicit Bar. ĩ. §. ad crimẽ. 3. col. non ét obſtat diſtinct. tex. ĩ. c. tuę de pcura. quia dico quod loquitur in adulterio, & ſic in crimĩe publico, & ſic nõ obſtat ſnĩę meę: item nõ obſtat l. ſi. poſt principium. C. vbi ſena. vel clari, quia imo facit pro, & non cõtra, vt ſupra dixi, vel reſpon. vt ibi colligitur ex verbis Bald. qui dicit. quod non admittitur in crimine priuato procurator. l. vbi eſt eadem ratio p hibẽdi ĩ genere pœnę, pone exẽplum, puta ſi per ſtatutum imponeretur pœna mortis, vel alia pro delicto priuato, nam tunc fateor cum ſit eadem ratio, vt ſupra dixi, ſecus ſi nõ imponeretur illa pœna, vt eſt relegare, vt ſupra probaui, & ſic habeo intentum, & ille tex. facit pro me duobus modis. Primo vt ſupra iam dixi. Secundo vt colligitur ex verbis Bald. quæ modo retuli. Non etiam obſtat. l. de fide. C. de falſ. quia loquitur etiam in crimine falſi quod eſt publicum, vt. l. 1. & ibi notatur. ff. de publi. iudi. Item ad. l. 2. C. de procurat. reſpon. quod intelligitur de publicis, non de priuatis, nec ibi text. dicit contrarium. Nunc vltra prędicta, pro ſentẽtia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentia mea allego.l.licet. §. ad actionē. ff.de procurat. vbi text. dicit ad actionem iniuriarum ex.l.Cornelia procurator dari poteſt,nam etſi p̄ publica vtilitate exercetur,priuata tamen eſt: & ſic text.ibi facit vim ī eo quod eſt priuata, ergo ibi eſt tex.pro opinione mea: verum eſt quod gl.ibi reſtringit illū text. ad caſum,quādo agitur ciuiliter,ſed ſolum allegat.l.fi. C.de iniur. ad quam ſupra eſt reſpō.ſed cogita circa hāc ſolutionem,quia non ſatisfacit,nam.l.fi.C. de iniurijs. dicit procuratorem non admitti,regulariter dict9.§. ad actionem, dicit admitti, & loquitur eodē modo in actione iniuriarum,vnde neceſſario videtur dicendum quod.l.fin.loquitur quando agitur criminaliter. §. ad actionem, quando ciuiliter cogita, & poſito quod hoc ſit verum,adhuc dico,idē quod.l.fi.C. de iniuri. loquens quando agitur crimialiter,ponit caſum ſpecialem ſ.vbi pœna eſt extraordinaria:vnde ſufficit,quod aptitudine poſsit magna pœna imponi, vt ſupra dixi, & ad idem pro iſta parte cōtra cōmunē ſententiam allego.l.nō ſolum.§. age. ff.de iniur.vbi vide,licet glo.ibi aliter exponat. Sed aduerte,quia cōtra hanc meā opinionem, reperio vnum text.nouū, qui eam deſtruit in totum.ſ.in.l. 1. circa fi.C.vt omnes iudi.tam ciuil.ad quē non poſſum reſpondere,alibi forte attingam: & hæc ſufficiant de iſta ſingul. quæſtione,in qua vehementer dubito, ideo tu diligentius cogitabis.

1 *Appellari an poſsit à ſententia lata in poſſeſſorio? ingens pugna.*
2 *Appellari nequit à ſnīa lata in poſſeſsione de iure ciuili, ſiue ſimus in adipſ. ſiue in retin. ſiue in recup. poſſeſſ. cum communi.*
3 *Appellatur à ſententia in poſſeſ. iure canonico & regio, quid in cauſis fiſci vel rei publicæ.*
4 *Appellatur de iure canonico à ſententia interlocutoria, ſecus de iure regio & ciuili.*
5 *Appellatio ab interlocutoria non iuſtificatur ex nouis actis, aliud in definitiua.*
6 *Appellatio à definitiua non ſemper ſuſpendit executionem.*
7 *Executionis ſnīa quare appellatione non ſuſpēdatur.*
8 *Acceſſorium ſequitur principale.*
9 *Fictiones iuris non inſpiciuntur in ſpiritualibus.*
10 *Spiritualia admittunt ratihabitionem.*
11 *Excommunionis ſententia lata ſub conditione ſuſpēditur appellatione.*
12 *Ens vbi non eſt, ibi paſsto eſſe nequit.*
13 *Medium impertinens qñ impediat extrema cōiugi.*
14 *Ratihabitio ceſſat vbi actus medius obuiat coniunctioni extremorum.*
15 *Conditiones non trahuntur retro, quando medium impertinens obuiat connunctioni extremorum.*
16 *Ratihabitio nō trahitur retro, quando mediū obuiabat connunctioni extremorum in pœnis.*
17 *Ratum habere non poſſum niſi quod tempore ratihabitionis ipſemet poſſem facere.*
18 *Bonorum poſſeſſio filio delatam & ab eo agnitam pater poſt tempora præterita ratificare non poteſt.*
19 *Tempus in quæſitis non inducit verum cōſenſum ſed in quærendis ſic.*
20 *Præſcriptioni rei meæ an videar præbere cōſenſum.*
21 *Appellatione pendente ſuſpenditur iuriſdictio iudicis à quo.*

Appellarī an poſsit à ſnīa lata in poſſeſſorio? ingēs pugna.

1 APpellari non poteſt à ſentētia lata in poſſeſſorio, ita tenet gl. in.l.vni per tex.ibi. C.ſi de momen.poſſ.fuerit. app. quam ſequuntur cōmuniter Doct.ibi ſequitur Ripa, in l.naturaliter.§.nihil cōmune.nu.13.colum.2.ff.de acqui.poſſ.ſequitur, & ter, vel quater firmat eſſe cōmunem opi. Decius conſil. 28. & pro tenui Petrus Duen.regul.44. Bernar. Lucius regula.36.Socinus regula.18.verb. appellare Catelianus Cotta in memor. verb. appellare.1. Andræas Tiraquell.de mortē ī.6.par.declaratione.6. Corraſius, in l.naturaliter.§.nihil commune,nu. 8.ff. de acquiren. poſſeſſ. & alij non pauci, quos ipſi referunt.

Contrariam tamen partem, vt appellari liceat à ſententia lata in poſſeſſorio, quāuis ea appellatio non ſuſpēdat executionem prioris ſententiæ,tenēt Angelus conſi.107.Iacobellus ad finem & Panormi.conſ.55. in cauſa quæ ad prēſens col.1.ver. aliam limitationem li.2. Bar.in.l.vn.C. ſi de momentanea poſſ. fuerit appel. Abba.in. c. cum ad ſedem de reſti.ſpo.vlt.char. quam op.poſſe ac commodari legi vnicę ſupra alleg. firmat Decius,vbi ſupra licet ipſe in contrarium incliner, & hanc partem tenet Piſęus relatus per Alber.in.d.l.vni. vbi Alberi.vtranq; opi.refert ſed neutram firmat,hāc ſequitur, & firmat eſſe cōmunem opin.Maranta de ordine Iudiciorū

ciorum,folio.625.nume.294.part.6.verſi.ſecundus actus.

Quid dicendū, & quidem pro prima opinione inducitur.d.l.vn. C.ſi de momen. poſſeſſ.& ſimiliter inducitur pro opinione ſecunda,nam in ea lege repoſitum eſt vnicum vtriuſque partis fun- 3 damentum.Nam.d.l. ait quod ſi de ſententia lata in poſſeſſorio appellatū fuerit nihilominus ſententia, quæ lata fuerat,ſortitur effectū:ſed tenētes contra cōem op. exponunt,ſortitur effectū,q ſit reuocabilis per iudicē ad quem, vt ſit ſenſus, quod licet interea dum pendet cauſa appellationis ea prima ſentētia executioni mandetur: tamē adhuc appellatio admittit:&ſi forte iuſte appellatum fuiſſe appareat,prima ſententia quamuis in poſſeſſorio lata reuocabitur,poſſeſsioq; ſemel p primam ſententiam adempta reſtituetur.Sed tenētes communem ſententiam exponunt. d.l.vn.dicentem,quod ſententia ſortitur effectum, exponunt inquam quod ſortitur effectum irreuocabilem,vt ſic appellatio nec habeat vim ſuſpenſiuā iuxta.l.1.§.fi.ff.ad turpili.nec etiam reſolutiuā,ſed fruſtra interpoſita, ac nul liter videatur,& hæc interpretatio mē ti,veroque ſenſui.d.l.vn.proximior,ac amica eſt.Et præterea verba legis cum effectu irreuocabili ſunt in re dubia accipienda.l.non cogendum. §. Sabinus. ff.de procurato.l.qui ſic.ff.de ſolutio.l. qui bis vbi per Iaſ. poſt alios. ff. de ver. obliga.l.ſi quis hæredem,vbi per Alex. Ial.Corneum Deciū,& alios.C. de inſtitu. & ſubſtitutio.

Appellatī à ſnīa in poſſ. iure canonico & regio quid in cauſis fiſci vel reipublicæ.

Appellarī negt à ſnīa lata ī poſ. de iure ciuili ſiue ſimus in adipiſ. ſiue ī retin. ſiue ī recup. poſſ. cum cōi.

2 Cum ergo à ſententia lata in poſſeſſorio non appelletur regulatiter,vidēdū eſt an procedat in poſſeſſorio adipiſcēdę tātum,an etiam in poſſeſſorio retinendæ,vel recuperandæ, & magis eſt, vt procedat in poſſeſſorio tā adipiſcēdæ,quam retinendæ, vel etiam recuperandæ:ita tenet gl.quam ibi ſequuntur Ioan.Fab.Alberi. Azo in ſumma,Petr. de Bellaper.Odofre.Iaco.Butriga.Bar. Bal.Ange.Sali.Fulgo.& alij communiter in.d.l.vni.ſequitur tanquam cōmunem opi.Decius conſilio.28.& pro tenui Bernar. Diaz Lucen. in regula. 36. Petrus Dueñas regul.44. qui hanc firmat eſſe cōmunē opi. Catelianus Cotta in memorabilib.ver.appellare.Soci. regula.18. eſtq; cōmunis opinio ſecundum Auguſti.Beroum in.q.52. num.8.

Appellatī à iure canonico à ſnīa interlocutoria ſecus de iure regio et ciuili.

4 Denique à ſententia interlocutoria de iure ciuili non appellatur regulariter.l.ante ſententiam.ff. de appell.recit. l.ante ſententiam.C.quorū appel.recit. eſtq; cōis ac īdifferēter recepta ſententia omnium in locis ſupra citatis. Item quoque iure regio.l.4.tit. de las app.li. ordi.l.13.tit.23.par.3.l.42.c.30.li.pragm. Limita quatuordecim modis,vt p Per. Dueñ.regul.52.de iure tamen canonico appellari licet ab interlocutoria. c. cum ceſſante.de app.c. non ita.2.q.6.d. l.13.ti.23.par.3.Sed licet iure regio ab interlocutoria poſsit appellari,vt.d. l. 4. tamen ſemel tantum, non etiā pluries appellari licet,adeo vt nec illa ſupplicatio admittatur, quæ interponi iure regio poteſt ſub pœna mille quingentorum ſolidorum.l.42.c.30. in libr. prag.

Appell. ab interlocutoria nō iuſtificatur ex nouis actis aliud ī definitiua.

5 Appellatio tamen à definitiua interpoſita poteſt iuſtificari ex nouis actis. l. p hanc.vbi Bal.Sali.& alij cōmuniter. C. de temp.app.l.eos. §. quid autem.C.de appel.Diuerſum eſt in appellatione ab interlocu

interlocutoria, quę ex nouis actis iusti
ficari nequit, vt in cle. appellanti. de ap
pel. Bar. in. l. eius, nu. 8. de app. ff. Socin.
regu. 22. vbi limi. multipliciter & Petr.
Appella. à definitiua nõ semp suspēdit executionem. f. 6. folumneo. 162. Volumnius consiliorum
6 Due. regu. 47. &. 48. Denique in casib9
appellatio etiam à definitiua nõ suspē-
dit executionem, vt per Abb. consi. 55.
lib. 2. Decius consi. 28. col. 1. quale est in
sententia appellationis. c. pastoralis. §.
verum. de app. Qua in re causam dubi-
tandi præstāt iura sequētia, primo tex.
in. l. 1. ad finē, ad turpil. & in. c. veniētes,
de iureiur. text. & quæ ibi not. in. l. tale
Executiõis ſnia quare appellatiõe non ſuſpendatur.
7 pactū. §. qui puocauit. ff. de pact. vbi hr̄
quod app. suspēdit imo quia extinguit
sententiam, ita videbitur dicendum in
hac. q. quod ista appellatio interposita
haberet suspendere executionis sentē
tiam, cuius contrarium ibid. in. d. §. ve
rum. dicitur vbi gl. in præsenti casu me
tu huius contrarij laborat in hoc: tamē
ne tempus detineam, nõ recito eius o-
pinionem, quia nõ attingit veritatem,
circa hunc passum solutio tamen põt
esse secundum Anton. ibi. quem refert
Abb. in prin. quod aliud est in senten-
tia excõmunicationis, quæ secum tra-
hit executionem, aliud i aliis sentētiis,
ratio specialitatis secūdum eum, quia
excõmunicatio dependet à potestate
clauium, & in ea tolléda requiritur cer
ta forma vt i. c. à nobis, d̄ sentētia excõ
mu. cum ergo appellans nõ habeat hāc
potestatem clauium, non potest eā sus
pendere per appellationē suam: sed cū
aliæ sententiæ transcurrant per actus
priuatos, & concurrunt ea, quę non de
pendēt à potestate clauium, merito ap
pellans potest tales sententias suspen-
dere. Dominus Abb. in. d. §. verū. repræ
hendit more suo dominum Antoniū
in solutione sua, nã dicit ipse quod in-
famia, quæ imprimitur ex sententia la
ta sup furto. l. non potest. de furt. nõ de
pēdet à potestate priuati, sed solus prī
ceps eā abolere potest. l. 1. §. de qua re.
ff. de postu. not. in. c. cum. 1. &. a. de re iu
di. & tamen persona priuata appellān-
do ab illa sententia condemnatoria, su
spēdit infamiam iam ad esse perductā
l. furti. §. 1. de his qui notantur infamia.

quare dicebat ipse, quod propterea ex
cõmunicatio non suspēditur, quia pro
cedit ex natura excõmunicationis, &
idem in qualibet cēsura. c. is cui. de sen
tentia excõmu. lib. 6. ratio secundū eū, *Patro Abbatis*
nam excommunicatio iusta nõ potest
quoquomodo per app. suspendi, quia
infligitur propter peccatum, quod li-
gat animam indissolubiliter, nisi sub se
quatur competens sātisfactio: nam pec
catum non dimittitur nisi correcto: re
gula peccati veniam, & regula peccа-
tum de reg. iur. in li. 6. c. cum tu. de vsur.
nam cum per peccatum sit separatus
à gratia Dei. c. denique. 11. q. 3. non põt
iste per actum positiuum seu à iure po
sitiuo inductum se restituere gr̄æ Dei,
nisi aliter se corrigat, & emēdet: & in-
dubio semper debemus præsumere ex
cõmunicationē iustam, quia vbi verti-
tur periculum animę tutior via est eli-
gēda, licet durior videatur not. gl. in. c.
1. de scruti. & in ca. cū tu. de testi. Nec
obstat dicebat ipse, si quis opponat de
dicto Inno. ī. c. bonę de electio. & in. c.
cum super. de officio delega. vbi Inno.
tenet, quod si à sententia excõmunica
tionis appellatur j. x. dies non præsu-
mitur pro ea, sicut nec pro aliis, & sic
aduersario incumbat onus probādi eā
fore iustam, nam verum est dicit ipse,
quod incumbit onus probādi aduersa
rio quod sit iusta excõmunicatio, sed
excõmunicatus interim semper habe-
bitur pro excõmunicato, etiā si præsu-
meretur iniusta: quia forte potest esse iu
sta, & sic dānabiliter se immisceret sa-
cramentis ecclesię: pro hoc bonus tex.
in. c. per tuas. de sententia excõmu. vbi
dicitur quod ante omnia debet petere
absolutionem, ne videatur contēnere
censuram ecclesiasticam domini, iudi-
cio meo salua vestra li. disciplina, nec
mihi videtur bona sua reprehēsio, nec
sua solutio, nam non est bona compa-
ratio, seu similitudo de infamia ad ex-
cõmunicationem, quia ex diuersis nõ
fit illatio. l. Papi. de mi. l. non solum. §.
quæ primipilum de excusa. tuto. Item
quia non est verum dicere, quod tolle
re infamiam non dependet à potestate
priuati,

priuati, imo depēdet: quod patet, quia
etsi verum sit, quod infamia ipso iure
infligatur condemnato in consequen-
tiam. d. l. non potest, & instit. de pœ. te
me. liti. §. ex quibusdam: tamen appellā
do suspendit cõdemnationem, text. est
in. l. 2. §. fi. de pœn. sed suspenso seu qua
si extincto principali suspenditur, seu
quasi extinguitur accessoriū, regula ac
cessorium. l. non dubium de. ll. idē Bal.
ibid. in. d. §. verum nã ad corruptionē
Accessoriū seqr̄ principale.
8 principalis sequit̄ corruptio accessorij.
l. si homo mortuus de verb. obliga. sed
excõmunicatio est quoddam ligamē,
quod non venit in cõsequentiam nec
propter aliud: sed propter se principali
ter data cõtumacia. c. ex parte. el. prim.
de verb. signif. hanc solutionem Anto.
reperio tenuisse Bald. in. l. fi. si à non cõ
pe. iud. vbi dicit quod excõmunicatio,
suspensio, interdictio sunt censurę ec-
clesiasticę. c. querelam. de ver. signif. &
appellationes ab huiusmodi sententiis
sunt anomalæ, & non sequuntur natu
ram aliarum appellationum, nec alia-
rum sententiarum reprobata ibi glosl.
quę contrarium sensit, ratio quare iste
sententiæ trahūt secum executionem,
& per appellationē non suspēduntur,
quia statim ligant absq; aliquo momē-
to, quia natura earū hoc inducit, nam
9 prolato hoc nomine te excõico, te in-
terdico: statim ipse efficitur extraneus
à sacramētis statim interdicitur, seu ex
expoliatur ab omnibus, sine aliquo tē-
poris interuallo, pro hoc melior tex. de
iure. in. l. f. C. de sen. pas. ad fin. vbi dicit
tex. quod id quod inducit nomen de-
portatio. quod est rerū spoliatio, id de
bet inducere indulgentia nostræ sere-
nitatis. Sententię vero in quibus distat
effectus ab exordio, tales bene suspen-
10 duntur per appellationem, nec trahūt
secum executionē. arg. tex. in. l. ex Ca-
strēsi peculio de Castrensi pecul. hinc
est quod executio vltimi supplicij, quę
fit facto hominis, cum executiõis effec-
9 distet ab exordio, ista nõ fit, nec po
test fieri tempore appella. interponen-
dæ. l. 1. ff. de re iudi. nisi esset confessus.

Fictiones iuris nõ inducuntur in ſpiritualibus.

l. qui sententiam. l. cum reis. C. de pœn.
faciūt. ff. de trāsac. l. postrem, executio
autē quæ fit à iure cū effectus ab exor-
dio non distet, statim trahit secum exe
cutionem, vt infamiam. l. quæ vltimo.
l. quo ad statum. ff. de pœnis, ita etiam
tenet Bar. in. l. furti. §. 1. de his quæ not.
infam. & idem in alijs censuris, vt supe
rius dixi, ego autem, domini, cogitaui
dare aliā solutionē vltra. 12. quæstionē
in. d. §. verum refert Abb. nam licet ali
quę sint bonæ & subtiles: sunt tn̄ psua-
siuę & non concludentes: saluo saniori
iudicio dico quod propterea in nostra
quæstione appellatio non suspēdit ex-
cõmunicationem, nec aliquā censurā
ecclesiasticam, vt dicit text. in. c. is cui.
de sentētia excõica. quia hoc prouenit
ex quadam fictione, nã certū est quod
appellatio suspendit prōnūtiatum seu
quasi extinguit per fictionem, quod pa
tet ad sensum, nam quæ facta sunt, pro
infectis haberi non possunt. l. in bel-
lo. §. factæ. ff. de captiuis. nisi per fictio-
nem. l. lex Cornelia. de vulg. & pup. &
not. in. l. fi is qui pro empto. de vsu ca-
pio. sed quod appellatio faciat infectū,
quod iam est factum, non potest fieri
nisi per fictionem per iura supra alle-
gata, sed fictio iuris non cõsideratur in
spiritualibus, tenuit Abba. in. c. cum in
iure de electio. not. in. c. fi annum de iu
di. libro. 6. ius enim ciuile procedit per
pactum rationis, & per apices iuris. l. fi
deiusſor. §. quidam. ff. manda. ius autem
spirituale considerat æquitatem & rei
effectum. c. filius noster, & ibi nota. de
testam. facit, quod dicit Bal. in. l. 1. 3. col.
C. qui admi. quod ius ciuile procedit p
strictū punctum rationis, ius autē prę
torium potius cõsiderat effectum rei,
quā subtilitates iuris. Nec obstat, si ali-
quis diceret, quod in spiritualibus ha-
bet locū ratihabitio, vt est tex. i. c. Lug-
dunensis. 9. q. 2. & gl. i. c. corā. de offi. de
leg. sed ratihabitio non fit nisi interue-
niat fictio. l. f. C. ad Mace. Ad hoc respō
deo, quod in ista ratihabitione non in-
teruenit fictio, qa actꝰ valet vt ex nūc,
non vt ex tunc, facit tex. in argu. in. l. est

Spiritualia admittunt ratihabitionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

receptum cõmunia prędio.in.l.per fundum,de ſeruit.ruſti.prędio.hoc tamen an actus valeat vt ex nũc,vel vt ex tũc, ad præſens non examino, quia non eſt materia noſtra: de quo in.d. c. coram, per Abba.in.c. omnis vtriuſque ſexus. de pœniten.per eum in clemen.prima de priuileg. tamen quod in ſpiritualibus nõ habeant locum, fictiones eſt cõmunis concluſio. dd. in locis ſuperius allegatis. Et per hoc poſſet dari bonus intellectus ad. c. præterea requiſiti de appella. vbi habetur, quod appellatio medio tempore interpoſita ſuſpendit excommunicationem, etiam ſi exiſtat conditio: quia cum euentus conditionis faciat actum retrocedere. l. quod dicitur de teſtamen. milit. in princip.l. nec emptio. de contrahend. emptio. in princi.l.nihil de nautico fœnore, & hæc retractatio non põt fieri niſi per fictionem: talis fictio non poteſt habere locum in excommunicatione, quæ eſt res ſpiritualis, ca.1. de ſententia excommunicatio.lib.6. & ſic ibi non fingit, quod conditio extitit à princip.& quod appellatio fuit poſt interpoſita,et
11 adde.l.obſeruare,in fin.de offic.procu. ſed contra diſpoſitionem huiuſmodi nunc oppono.de text.in.d.c. præterea requiſiti iam allegato, vbi habetur expreſſe quod appellatio ſuſpendit ſententiam excommunicationis, nam ibi fuit lata ſententia excommunicationis ſub conditione ante euẽtum conditionis:fuit appellatũ dicit ibi, quod ſuſpẽditur excõmunicatio, ẽtſi exiſtat conditio:ſed in ſententiis tempus exiſtentis conditionis trahitur retro. l.1.§. biduum,& ibi not.ff.quando appel.ſit,ergo ibi appel.fuit interpoſita,poſtquam ſententia excommunicationis habuit effectum,& eam ſuſpẽdit,ad huius corroborationem induco text.in.l.potior & in.l.quæ balneum.ff. qui po.in pign. habe. vbi dicitur quod ſi tibi obligaui omnia bona mea ſub conditione, dein de alteri pure demum ſecuta fuit conditio,quod tu eris potior in obligatione,quia prima obligatio cenſetur pure facta, quia euentus conditionis trahitur retro:ſic dicendum videtur in.d.c. prẽterea,metu huius contrarij cogitaui dicere,& nunc intro intellectum illius. c. & noſtræ quod in.d.c.prẽterea. euentus conditionis non trahitur retro per fictionem, nec obuiat concluſioni noſtræ,quia vt ſuperius dixi talis fictio quod retro trahatur cõditio, nõ habet locum in ſpiritualibus: ſed &ſi iſte intellectus poſsit eſſe bonus ad illam Decretalem, tamen quia videtur refugium miſerorũ dicere ſpeciale in ſpiritualibus,vt not.glo.in.l. filium quẽ habentem.C.familię erciſcundæ,ideo vado cum domino Abba.in.d.c. prẽterea, qui aliter dicit. ſ. quod ibi non põt habere locũ retractatio, quæ fit per fictionẽ, quia non reperitur id ad quod fit retractatio,cum ſententia, quæ fuit lata à principio ſub conditione fuit extincta per appella.dicit. ca. venientes, &.d.l.1.in fi.ad turpil.ſed in.d.l.potior. Secunda obligatio, non potuit ſuſpendere primã ex mera voluntate contrahentis procedentem, & dicebat ipſe quod ad hoc quod fiat retractatio & actus fingatur prior tempore geſtꝰ, oportet quod concurrant duo extrema habilia.ſ.extremum ad quod & extremum à quo in propoſito in.d.c.prætera deficit extremum à quo hoc eſt tẽpus ſtantis conditionis: nam illo tempore iudex non potuiſſet proferre ſententiam excommunicationis,obſtante iam appellatione: deficit etiam extremum ad quod, quia iã extinctum per appel.ſic ergo ceſſat fictio vt actus cenſeatur retro geſtus propter inhabilitatem extremorũ:ſed in.l.potior, & aliis ſimi.extrema ſunt habilia: quia iſte nõ poterat ſecundario alteri obligare pure bona ſua, cum prima obligatio eſſet in pendenti:iſta concluſio licet ſit in ſe vera,quod ad hoc quod habeat locũ fictio,requirũtur extrema habilia, vt eſt tex.melior de iure,in.l.quidam referũt de iu.cod.per Bart.in.l. ſi is qui de vſucapio.& in.l. denique ex quibus cauſis maio.tamen quo ad ſolutionem huius contra

Excõicatio nis ſnia lata ſub cõdi tione ſuſpẽditur appel latione.

c. pregla Zea.

contrarij,nihil facit,nec iudicio meo p hoc ſoluitur ꝓtrarium horum iurium, quia non eſt verum dicere quod in. d. c.prætерea.Primum extremũ ad quod fit inhabile quia extinctum per appellationem,quia eſt habile ſaltim potentia,quod ſufficit de primo extremo, vt tenuit Bart.in. d.l. ſi is qui pro emptore, nec eſt verum quod extinguatur p appellationem,quia extinctio præſupponit aliquid quod poſsit extingui in habitu,ſeu actu. Sed primum extremũ eſt habile quo ad potentiam,ergo non poteſt extingui, quia priuatio præſupponit habitum.l.3.in prin.de acquiren. poſſeſſ.cum ſimilib. Item in non ente
Ens vbi nõ eſt ibi paſsio eſſe nequit. 12 non fit paſsio ſecundum Ariſtote.2. de anima.refert Bald.in.l.actor,poſt prin. C. de probatio. Item in non ente non cadit remotio,vt not.Bal. in.l. ſi pater. 3.colum.C.de inſtitutio.& ſubſtitutio. Item nec eſt verum quod in.d.l.potior ambo extrema fuerint habilia, quia extremum à quo quod eſt tempus exiſtẽtis conditionis, erat inhabile tam in actu quam potentia, patet quia eo ipſo quod ſecũda obligatio pure facta fuit, fuit cõſtitutum ius in re obligata, quia cum hypotheca ſit ius reale deſignatis rebus, quæ debent obligari, ſtatim res afficiuntur,vt not. Bald.eleganter in.l. ſine.C.ad Velle.& ad quemquã res trã ſit vadit cum onere ſuo. l. ſi conuenerit. ff. de pigno. actio. ergo ſequitur ꝙ hæc ſecunda obligatio habuit in habilitate extremum à quo, quod eſt tempus exiſtentis conditionis. Verior forte
Mediũ ĩpũnes qñ impediat extrema conĩungi. 13 ſolutio eſt, quod ideo in.d.c.prẽterea nõ habet locum retractatio, nec fingimus retrocedere, quia medius actus obuiat coniunctioni extremorum, nã appellatio medio tempore interpoſita deſtruit vnionem horum extremorum:ſi ergo non poſſunt vniri propter medium actum contrariũ ceſſat fictio, ſed in. l. potior cum ſimilib. medius actus nõ obuiat coniunctioni extremorum,quia ſecunda obligatio pure facta etiam ſi afficiat rem quæ obligatur: nõ tamen impedit quin aduenиente conditione,poſsit obligari,quia vna res poteſt pluribus inſolidum obligari, vt patet.C.&.ff.qui potio.in pign. per totũ, ſi ergo medius actus non obuiat extremis ſequitur quod,vniuntur iſta extrema,& tempus conditionis exeuntis trahit retro, & hic iudicio meo eſt notabi
14 lis intellectus ad.d.c.prẽterea & ad huius corroborationem facit quod elegãter dicit Bar.in.l.ſi indebitum.§.ſi procurator.ff.rem ratam habe.quod ſi aliquis nomine meo abſque mandato cœpit euincere rem aliquam & anteaquã iſte euincеret,ego alteri vẽdidi,& poſtea iſte euicit, quod talẽ euictionẽ nõ potero habere ratã, quia actus medius hoc eſt vẽditio per me facta medio tẽpore obuiat quod talẽ euictionem nõ potero habere ratã, quia actus medius hoc eſt vẽditio per me facta medio tẽpore obuiat coniunctioni extremorũ: & ideo tenet Bal.in.l.ſi. C.ad Macedo. quod ratihabitio non habet locum vbi actus medius obuiat coniunctioni extremorum:facit bonus tex.in.l.neceſſa
15 rio.§.quod ſi pendenti.ff. de peri. & cõmo.rei vendi.vbi tex.dicit,quod ſi venditio fuit facta ſub conditione, & pendente cõditione res fuit perempta, demum exiſtat conditio, quod talis contractus eſt nullus, quia mediũ hoc eſt peremptio obuiat coniunctioni extremorũ,& notabilis tex.in.l.eum qui.§.f. de verbo.obligatio.bonus tex.in.l.quotiens de noua. pro hoc induco optimũ tex.in.c.quanuis de pact.lib.6.vbi aliqs reponitur in priſtinum ſtatum,ĩtelligitur reſtitutus ſine præiudicio tertij.Nã &ſi verum,ſit quod reſtitutio ſit in priſtinum ſtatutũ repoſitio. l. quod ſi minor.§.reſtitutio de minor.l.1.C.de ſen. paſſ.cum ſimilib. tamẽ ſi actus medius obuiat coniunctioni extremorum ceſſabit retrotractio,ſeu fictio,& per conſequẽs reſtitutio: & hic eſt optimus in
16 tellectus ad illa iura. Et ex hoc ĩfertur, quod ſi ciuitas pro ſe, & complicibus ſuis fecit pacem,& antequam complices haberent ratam, fuit aliquis de cõplicibus offenſus, & poſt modum fuit

Ratihabitio ceſſat vbi actꝰ medius obuiat coniunctioni extremorum.

Cõditiones nõ trahunt retro,qñ mediũ imperti nens obuiat coniunctioni extremorum. 1

Ratihabitio nõ trahitur retro, qñ mediũ obuiabat cõiũctioni extremorũ in pœnis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

subsecuta ratihabitio per omnes complices, quod ciuitas non poterit agere de fide rupta contra offendentem, quasi fuerit facta offensio post pacem factam subsecuta ratihabitione: quia medius actꝰ hoc est offensio obuiat vnioni extremorum: hoc tenuit Bald. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adulter. infertur etiam ex hoc, quod si aliquis nomine meo appellauit à sentẽtia lata cõtra me infra decem dies, quod nisi infra hos decem dies habeam ratam appellationem, postea nõ possum habere ratam, quia actus medius hoc est lapsus decẽ dierum obuiat vnioni extremorum, bonus tex. in. l. 1. ff. de appel. recipi. ratio huiꝰ colligitur ex. l. bonorum. ff. rem ratam habe. vbi dicitur quod ratihabitio debet fieri eo tẽpore, quo actus possit geri, sed ego poteram appel

Ratũ habere nõ possũ nisi quod tẽpore ratihabitionis ipsemet possẽ facere.

17 lare infra decem dies, & nõ post, ergo ita debeo infra decẽ dies ratificare, sed incontrarium facit, nam si aliquis nomine meo hominẽ interfecit, bene possum habere ratum, vt in. c. cum quis, de sententia excommunica. l. 1. §. reiecisse. de vi & vi armata: sed tũc cum ego habeo ratum, non poteram illum interficere, quia iam mortuus, ergo nõ est bona ratio illius. l. bonorum Angel. in. d. l. bonorum dicit, quod id quod dicitur quod quis debet habere ratum infra tẽpus, quo potest gerere, est verum quando agit ad sui commodum, secus si agitur ad sui damnum: hoc non est verũ, secundum Paul. in. d. l. bonorum, nam si fertur sentẽtia contra meum falsum procuratorem, licet eam possim habere ratam. l. licet. ff. de iudi. l. 3. §. falsus. ff. rem ratam habe. si tamen sit lapsum tẽpus instantiæ, etiam in mei damnũ nõ possum habere ratam, & ideo dicebat ipse quod decisio. Angel. debet intelligi in his, quæ veniunt gerenda per partem, vt possit haberi ratum eo tempore, quo actus non possit geri, secus in his quæ veniunt gerenda per iudicem: vt in sententia, nam hæc debet haberi rata eo tẽpore, quo quis potuisset gerere per se ipsum, sed in veritate contra Paul. fac. d. l. bonorum recte intuenti, nam ibi veniebat actus gerendus per partem non per iudicem, vt erat bon. possessio. l. pe. & fin. C. qui admi. tamẽ dicitur ibi, quod ratihabitio potest expediri eo tempore, quo posit actus geri, sed certe non facit contra Paul. quia ibi ratihabitio fiebat ad commodũ ratum habentis, secus si ad incommodũ, quia tunc poset etiam vltra tempus vt supra dictum est, & poset etiam iudicio meo forte pro concordia aliter dici, quod quando certum tempus ponitur pro forma, inhabilitas temporũ viciat actum. l. 1. §. ita autem. ff. si tabulę testamenti nullæ extabunt, quia forma est quæ dat esse rei, & cõseruat eã in esse. c. cũ dilecta, de rescript. in. l. qui quadringẽta. ff. ad legem Falcidiam, secus vbi certum tempus nõ requiritur pro forma, quia tunc ratihabitio potest fieri quandocũque: ex prædictis ergo, patet quod in. d. capi. præterea sententia excommunicationis suspenditur quia non dum habebat effectum, nec conditio potest retro trahi, quia actꝰ medius obuiat coniunctioni extremorum, ad confirmationem supradictorum induco glo. notabilem, in. l. Gallus. §. si eius. de liberis & posthumis, ad fin. glo. magnę vbi glo. dicit, quod si nepos nascitur in captiuitate viuo auo & patre, & post mortem eorũ nepos redeat, quanuis ius postliminij fingat eum esse in ciuitate. l. retro. ff. de capti. non tamẽ fingitur suus auo viuẽte & patre mortuo, nisi postquam redeat post mortẽ eorum, & sic habẽbit in eo locum dispositio Galli, quæ vult quod nepos subintret locum sui post mortem aui & filij, & non prius, & hoc propter medium actum. s. captiuitatis, quæ obuiat coniunctioni extremorum, quam conclusionem reperio tenuisse Barto. in. d. §. si eius, & in. d. l. si is qui pro emptore, & pro hoc adduco optimũ text. in. l. deniq; & in. l. nec vtilem. ff. ex quibus causis maiores, vbi dicit, quod si captus ab hostibus redit, non fingitur rẽ possediſſe in ciuitate, ad hoc vt procedat

dat vsucapio: ratio horum, quia iste actus medius. l. captiuitas obuiat coniũctioni extremorum, ad horũ cõfirmationem facit, nam licet verũ sit quod adita hæreditate hæres fingitur fuisse Dominus à morte defuncti, vt est text. in. l. ex re. §. f. ff. de stipu. seruo. tamẽ nõ fingit possessor à morte defuncti, melior text. de iure, in. l. 1. §. Scæuola. ff. si quis testa. lib. esse iussi. fue. quia medius actus, hoc est non apprehensio obuiat vnioni extremorum, quæ de necessitate requiritur. l. cũ hæredes. §. 1. ff. de acquiren. possess. nec obest. l. cum miles. §. 1. ex quibus causis maio. quia ibi loquitur quo ad vsucapionem complendã, nam tunc bene continuatur possessio: facit ad confirmationem supradictorum, quod dicit Bald. in. l. 1. 13. col. qui

Bonorũ poss. filio delatã et ab eo agnitã pater post tẽpora præterita ratificare non potest.

18 admi. C. quod ex futuro præsumitur præcessisse cõsensum de præterito, nisi medio tempore præsumatur tacita repudiatio vel dissensus, vel sit alteri ius quæsitum, per quæ dicebat ipse, quod si filius fa. agnouit bo. poss. sibi debitam infra legitimum tempus anni vtilis, vel c. dierum, & pater steterit negligens per dictum tẽpus, nec ratificauit nec apparuit de eius assensu, quod talis negligẽtia inducit tacitam repudiationẽ, adeo quod deuoluit ius quæsitum ad alium: & ad hoc bene facit, nam licet verum

Tẽpus ꝙ quæsitus non inducit. Verũ cõsensu sed inquæredis sic.

19 sit, quod in iure quæsito lapsus temporis vel negligentia nunquam inducat verum consensum vel interpretatiuũ, glos. notabil. in. l. 1. §. pen. ff. de dolo quã dixit notabilissimã Bald. in. l. cum quis. 7. colum. C. de iuris & facti ignorantia, secus tamẽ est in iure quærẽdo de quo est glo. notab. in. l. si ego. ff. de neg. gest. hanc etiam conclusionem reperio te-

Præscriptiõi rei meæ an videar præstare cõsensum?

20 nere Bal. in authen. ad hæc. C. de vsur. Ex quo infertur, quod si aliquis præscribit rem iam quæsitam, nunquam videor sibi præstare cõsensum, quia ignorans vel tacens nunquam videtur præstare cõsensum in sui damnũ. l. Gaius. ff. de pigno. actio. l. fideiussor. §. 1. & ibi nota. ff. de. pigno. supra dicta tamen videtur facere contra. gl. in. l. 1. C. qui ad mi. & contra. l. si filium fami. C. de petitio. hęre. vbi si filius familias per longum tempus detinuit hęreditatem sibi delatam eo ipso videtur acquisisse cõmodum hæreditatis patri suo. Bart. in d. l. 1. eleganter dicit, quod cũ ad acquirẽdum vsumfructum patri sufficiat sola voluntas sibi acquirendi vsumfructum hæreditatis delatæ filio, longũ tẽpus sufficit ad præsumendam voluntatem intercessisse tempore habili, nisi medio tpe probaretur dissensus, seu repudiatio: sed quotiẽs ad validationẽ actus requiritur expressus cõsensus, & determinatus, qui præcedat, vel ratihabitio expressa, quæ subsequatur, tũc longum tempus non præsumit ratihabitionẽ secutam, & hoc modo intelligitur. gloss. & Doctrina Bald. quod ex futuro præsumitur præcessisse consensus de præterito, nisi medio tempore inducatur tacita repudiatio per longũ tempus, vel per alium actũ: & hoc quia medius obuiat vnioni extremorum, ad prædicta etiam faciunt. l. obseruare, ad fin. de offi. procõs. & leg. si scis inducere cum similib.

Appellatiõe pendente suspenditur iurisdictio iudicis a quo.

21 Postremo vt appellatione pendente suspendatur iurisdictio iudicis, a quo regulariter iuxta. l. appellatione. C. de appellatio. l. siue pars. C. de dilatio. l. 1. & per totum. ff. nihil nouari appellatione pendente. c. non solum de appellat. libro. 6. l. 26. titul. 23. part. 3. l. 4. titul. 15. lib. 2. fori. vt per Socinum regu. 21. Corsetum singul. incipienti appellatio. Catelianus Cotta in memorabilibus ver. appellatione, Petrus Duen. regul. 42. Redeundo ad. d. c. pastoralis. §. verum de appellat. dic quod in quibus casibus pœna irrogatur, ipso iure declaratio hominis (id est iudicis) necessaria non est, ad hoc, vt amissio bonorum contingat essentialiter, licet ad executionem sit necessaria, & ideo à tempore commissi criminis fructus bonorum delinquentis pertinent ad fiscum, vt ex communi opinione resoluimus supra. c. 7. nume. 16. & in foro conscientiæ delinquens tenetur eos restituere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ex communi opinione resoluimus ibidem .d. nu. 16. plene per Andræam Tiraquell. de reuocandis donationib. in.l.si vnquam verbo reuertatur,num. 19.cum.200.sequen. nam si reuera facinus cõmissum fuit ab eo die dominiũ bonorum suorum ab eo ex legis dispositione abscedit, inque fiscum transuolat,& licet si postea condemnetur, & à sententia appelletur,suspendatur executio: tamen quo ad Deum, & quo ad iuris effectum non suspenditur, argumen.l.si is cui.ff.de legatis.2.Ratio differentię est quia homini etiam post primam sententiam condemnatoriam interposita appellatione incertum est, an ille deliquerit. l. si is qui ducenta. §. vtrum ad fi.ff. de rebus dubiis:Deo autem certum erat eum deliquisse, ideo appellatio suspendit quo ad hominem non quo ad Deum. Sic ergo & in. d.c. verum, simul ac ille contumax vel malefactor fuit, Deo per peccatum obligatur, & etiam cessante excommunicationis sententia, ad sacramenta ecclesiæ non deberet accedere, quo ad Deum huius rei non ignarũ, vt sic quo ad homines, tantum huius rei aut peccati ignaros sententia excommunicationis necessaria fit ad declarandum eis illum peccasse, vnde appellationis interuentus non potest impedire executionem pœne iam factã à Deo (non tãtum à tempore sententiæ, sed etiam à tempore facinoris commissi) licet bene impediat executionẽ in reliquis causis ab homine faciendã. Itaq; in quibus casibus executio fit vel à Deo, vel etiã à lege, ipso facto, vel ipso iure neque sententia postea secuta quicquam adimit, aut pœnam irrogat, sed iam ademptum & irrogatum retro fuisse declarat, neque appellatio suspendit. Sed qñ tam ademptio, quam executio venit facienda ab homine, tunc vt per sententiam venit adimendum: ita & per appellationem venit effectus sentẽtiæ suspendendus, quia executio facti bonorumque corporalis ademptio, non simul ac iudex pronuntiauit, contigit, ergo res adhuc integra est, quæ possit appellatione reparari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. FERNANDI VASQVII MENCHACENSIS IVRECONSVLTI HISPANI IN SVMMO DOMINIcæ rei prætorio Senatoris clariſs: controuerſiarum vſu frequentium liber Tertius.

1 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium à nobili viro cũ abiecta contractũ an cõtingat? ardua quæſt.*
2 *Legitimatur per ſubſequens matrimoniũ filius gemitus à clerico in minoribus ord. conſtituto licet beneficium tunc haberet ardua quæſtio.*
3 *Legitimatio per ſubſequens matrimoniũ ſine dotalibus inſtrumẽtis cõtractũ an cõtingat? dubia pugna.*
4 *Legitimitas per matrimoniũ cõtractũ ab eo qui ferme moriens erat, contingit cum cõi contra multos.*
5 *Legitimatus per ſubſequens matrim. contractum in fraudem ſubſtituti eum excludit contra communẽ.*
6 *Legitimatus ille excludit ſubſt. etiam ſi animus nocendi eſſet apertus contra communem.*
7 *Legitimatus per ſubſequens matrim. excludit ſubſtitutum cum communi.*

Legitimatio p ſubſequẽs matrimoniũ à nobili viro cũ abiecta cõtractũ an cõtingat ardua quæſti.

1 QVandocunque nobilis matrimonium contraxit cum vili & ruſtica vel cum meretrice extali matrimonio filij non legitimãtur, ita tenet Angel. in authen. quib. mod. natur. effici legiti. in prin. nume. 1. & in. §. ſed illud nu. 4. Bal. in authẽ. item ſi quis. C. de natu. liber. & in. l. 2. C. quib. res iud. non nocet, Præpoſitus, in. d. c. tanta, nu. 27. Marti. Laudenſis in tractatu de legitima. nu. 158. Cepola. in cautela. 250. incipienti debes ſcire. Franc. Cur. Iunior, in conſi. 136. nu. 10. hanc opin. dicit eſſe cõmunẽ: Maria. Soci. Iunior, in conſil. 52. nu. 2. vol. 1. eam etiam com. dicit Silueſter Aldobrãdinus, in. d. §. fi. num. 11. inſtit. de nuptiis, hanc etiam opi. tenet Carol. Ruin. in conſi. 111. nu. 5. &. 6. lib. 1. Geraldus de Petra Sancta, in ſingula. 60. & alij non pauci quos refert Grego. Lupus, in. l. 1. tit. 13. par. 4. in gl. magn. ỹ. 4. limita. ſentit Bal. in. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi. idem Bald. in. l. neq; 1. C. de nupt. & alij nõpauci quos allegat Dec. conſi. 155. col. 1. Contrariam partem vt etiam iſto caſu per ſubſequens matrimonium filij antea nati legitimi fiãt tenent Grego. Lupus vbi ſupra & Deci. vbi ſupra, qui firmat hãc eſſe cõem op. col. 2. in pr. Nico. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 61. Iaſo. conſ. 234. lib. 2. col. 1. Ripa. in. l. ſi vnquam de reuo. don. C. nu. 55. Pala. Rub. i. c. p veſtras. §. 20. nu. 17. de dona. inter virum & vxorem idẽ Pala. Rub. ĩ. l. taurina. 1. nu. 32. Laure. Silua. conſi. 3. nu. 44. Caſsiodorus deciſio. vn. nu. 6. tit. de ſponſ. Petr. Duen. regul. 350. Cepol. caute. 247. Ion. Andrę. in. c. ſine culpa de regulis iuris. in. 6.

Declaratio nouæ.

Quid dicendum & quidẽ iure ciuili tale matrimonium nõ valebat. l. Imperialis. C. de nupti. auth. quib. mod. nat. effi. legiti. §. ſed & aliud cum. §. ſeq. l. humilem. C. de inceſtis nup. iure tamẽ canonico valere nõ definit. c. integritas. §. fi. &. c. nõn eſt culpandus. 32. q. 1. &. c. inter opera de ſponſ. c. quemadmodũ de iureiur. Idem de iure regio. l. 7. tit. 2. par. 4. &. l. 1. tit. 13. ead. par. & ius canoni cum in hac materia ſeruãdum eſt etiã in foro Cæſareo. c. pe. &. fi. de ſecundis nup. quod verum quo ad validitatẽ & ſubſtantiam matrimonij, vt ibi non ſic quo ad effectus, quos lex ciuilis matrimonio accõmodauit, hos enim vt dedit ita & adimere potuit. c. oĩs res de regul. iur. l. nihil tam naturale. ff. eo. §. ſed naturalia inſt. de iure nat. l. oẽs populi. ff. de iuſt. & iu. l. eius eſt nolle. ff. de reg. iur. Vnde cum effectus legitimitatis ſit patria poteſtas quę eſt merũ iuris ciuilis inuentum, vt in pr. inſti. de patr. poteſta. in pr. inſt. de nupti. lex ciuilis bene poteſt facere, vt talis per ſubſequẽs matrimonium legitimatus nõ ſit in poteſtate parentũ, nã & per dignitatis interuentũ & p alias rationes ſolet lex ciuilis inducere, vt filius deſinat eſſe ĩ po

Universidad de Deusto
Biblioteca

testate parentũ, vt per Bar.nu.3. Ias.nu. 14.vbi reliqui,in.l.quidam cũ filiũ.ff.de ver.oblig.l. Diuus.si à pare.quis fu.ma. Item cũ succesio hæreditatesq; sit similiter merũ inuentũ legis ciuilis, nã inspectis principiis iuris naturæ mors omnia soluebat authẽ.de nupt.§.deinceps,sicq; cuiusq; morientis bona vacare intelligebãtur,vt nulli mortalium ĩ eis bonis plus iuris esset quã alteri:sed lexpositiua ad seditiones,tumultus,turbationesq; ac irruptiones vitandas satius esse putauit, vt cuiusq; morientis bona certum haberẽt successorẽ: quaẽt rõne regna quę antea electione nũc succesione deferuntur, vt plenissime docemur de succes.crea.§.1.fere per totum. Cũ ergo patria potestas & hęreditas sint merũ legis ciuilis inuẽtũ sequitur,vt in quibus casib9 dicebat lex ciuilis matrimoniũ nõ valere:lex autem canonica per cõtrariũ valere dicebat:valeat quidẽ matrimoniũ quo ad substãtiam matrimonij & quo ad effectus & dona,quæ quosue lex canonica matrimonio accommodauit non quo ad dona & effect9 quos.l.ciuilis ei dedit,hos em̃ hoc casu ei, vt adimere possit parest.Ergo ĩ specie qua de agitur iure canonico valebit matrimonium liberi erũt legitimi in potestate parentum, & eorũ successores idem iure regio. d.l.7. tit.2.part.4.&.l.1.tit.13.ead.par. Nõ sic iure ciuili in terris Imperij:nã licet valeat matrimonium quo ad sui substantiã & dona quæ ei lex canonica accommodauit,non tamẽ valebit aut nõ operabitur,vt liberi sint necessarij hęredes parentum iuxta.l.necessariis.ff. de acq. hær. nec vt sint in eorũ potestate iuxta princi.inst.de patr.potesta.iuncto.§.liceat igitur in auth.quib.mo.na.effi.leg. Vnde infertur ad not. quæst. scis quod secundũ quosdã qñcũq; clericus in minoribus cõstitut9 haberet beneficiũ tẽpore quo habuit filiũ, tũc ille filius nõ dicitur naturalis, nec potest legitimari per subsequens matrimonium,ita cõcludit Bar.in.l.in concubinatu, num.5. ff.de concubi.quam opin.sequitur Ludouicus de Sardis,in tractatu de legitimatione,in.2.par.q.3.c.de legitimatione per verũ matrimoniũ, nu.17.Anto., de Rosellis,in tracta.de legitimatione lib.1.c.de causa materiali legitimationis,nu.3.hanc etiam opi.tenet Pala.Rubius,in.l.11. nu.15. in.ll.Tauri.& in.l.9. nu.39.& in repeti.c.per vestras,in.3.notabili.§.21.nu.21.Cifuẽtes,in.l.12.tauri. nu.16.Præpo.in.c. per venerabilem, in §.quod aũt,nu.12.qui filij sint legiti. Io. Bernar.in addi.ad Pala.Rub. in.d.§. 21. nu.21.Panor.in.c. per venerabilẽ qui filij sint legiti.Bar.& Bal.in.l.etsi contra C.de nupti.Bal.in.l. parẽtes.ff. de in ius vocan.Sali.in.l.qui contra.C.de incest. & inutilibus nuptiis.Ioan.Imolensis,in clem.f.ad finem de hęreticis Mar.ĩ tractatu de successionib9 ab itestato, col. 9.& alij scribentium non pauci quos referunt Doctores, vbi supra,quæ res illinc pendere videtur,an tempore quo is filius quo de agitur, susceptus fuit inter talem clericum in minoribus ordinibus constitutum & illã mulierẽ,matrimonium esse posset nec ne? contrariã tñ opin.imo quod etiã si clericus in minorib9 ordinibus cõstitutus habeat beneficiũ, filius legitimatur per subsequens matrimonium, concludit Ioan. Andr.in regula sine culpa,nu.3.versi.1. ego probabo de regu.iur.lib.6.quem sequitur Bal.ĩ.c.1.§.in.naturales, si de feudo sue.ꝓtrouer.iter do.et agna.ĩ vsibus feudo.& ibi expresse Matth.de Afflic. in.§.notab.nu.38.Anto.de Butr. in.d.c. tanta ibi expresse Prępositus,in.6.q.nu. 12.&.13.idem Prępositus,in.c.per venerabilem,in.§.quod autem nu.12.eo. tit. gl.in pragma. sanctionibus, in ti. de cõcubinariis.§.ipsas in verb. arcere. Nic. de Vbaldis,in tracta.de succes.ab intes. nu.6.hanc etiã opin.tenet expresse Ioã. Brunel.vbi eam latissime examinat,in tracta.de sponsa.in.2.conclu.nu.26.Et hanc partem tenet Grego. Lup. in.d.l. 1.ti.13.par.4.quod & velle videtur Micha.Cifor.in taurina.l.11. dũ ait per interuentum matrimonij eum solum filium legitimũ non fieri quando inter eius parentes matrimoniũ esse non poterat sine Papæ dispensatione, sed hic esse

Legitimatiõ p subsequẽs matrimonium filius genitus à clerico in minoribus ordi. constituto licet benefi. tũc haberet,ardua quæsti 2

esse poterat sine dispẽsatione, ergo matrimoniũ valere poterat & filij antea susceptifierent legitimi.c.1.&.c.quod ãte de cleri.cõiuga. licet ille beneficiũ illud amittat,vt ĩ.dd. iuribus cum ergo ad hoc,vt filio naturali tantum ipso iure contingat, per subsequens matrimonium legitimitas nihil aliud desideretur, nisi vt tũc inter eius patrem & matrem matrimoniũ esse posset,sine summi pontificis dispensatione: & in specie nostra tale matrimonium esse posset,neq; vlla lege interdictum esset, superest, vt per subsequens matrimoniũ is legitimus fiat: neque ad rem pertineat quicquam, quod per matrimonij interuentum illud beneficium seu sacerdotium amittat. Idque expeditius est iure regio argum. l.11.in taurinis cõstitutionibus iuncto.d.c.tanta.1.resp.& l.cum quis &.l.nuper. C.de natu. liber. &.§.fin.instit.de nupti.&. §. si quis igitur dotalia in authen. quibus modis natura.efficiuntur sui, vt per Antonium Gometium nume.56.in.l.taurina.9.Modo sic &si hæc quæstio interminis iuris canonici aliquãtulum dubia esse videretur,tamẽ iure regio, & etiam iure cõmuni,quod ille clericus, qui tale sacerdotium,seu beneficium habebat in minoribus ordinibus constitutus esset, non reperitur esse in consideratione, & cum effectus patrię potestatis & successionis paternæ descendant à iure ciuili,& regio, non etiam à iure canonico, filius ille quo ad hos effectus sine cõtrouersia legitimus videri debet, cũ hi effectus sint extra legis canonicæ iurisdictionem, vt iusius diximus de succesio.creatio.§.1.

Legitimatio p subsequẽs matrimoniũ sine dotalibus instrumentis cõtractũ an contingat? dubia pugna. 3

facere: nã vt lucri ratio ſuadet, ita ad cõtractum quiſq; animũ appellit, vel declinat, vbi aliter euenturũ exiſtimat: & illud lucrũ cedit veluti in præmium, et mercedem illius ſolicitudinis. Nã ſi in domibus ædibuſue meis fruor quiete, & tranquilitate, ac otio, meq; ad negotium emendi aut vendendi prouocas, cur non aliquid lucri faciã, quaſi in remuneratiõné, & ꝓpẽſationé illius otij & quietis amiſſę iſtius q; negotij, & ſolicitudinis ſuſceptę? arg. l. ſi voluntate. C. de reſcin. vend. Præterea cum is contractus emptionis, & venditionis tam humanis neceſsitatibus exigẽtibus frequẽs ſit, vt nõ ſemel ſingulis annis fiat, ſed ſingulis diebus, horis et tẽporũ momentis celebretur, non hic aut illic tãtum ſed in omnibus plateis, triuiis, populis ac domibus, vt quot ſunt arborũ folia, tot & longe plures cõtractus emptionis, & venditionis et reliquorũ cõtractuum bonæ fidei fiant quotidie ſingulis in populis: & in huiuſmodi cõtractib9 omnimoda æqualitas inueniri ſit impoſsibile per rerũ naturã, quia aliud pro alio lõge diuerſi generis ac ſpeciei commutatur, vt dicebat iure conſultus 2 in. l. 1. ff. de cõtrahenda empti. certe his in contractib9 eam æqualitatem depoſcere, iam non vt antea dicebamus rigidum, ſed etiam ridendũ nobis videretur: cum contraria opinio nõ aliter ſuſtineri poſsit, quam ſi totus mũdus orbis terrarum, & omnium hominũ ſtatus, qui in cõtinuo motu vt ſemper ſit, neceſſe eſt in continua quiete, & ſomno, & imagine mortis, foret omnibus omnino cõmercijs quieſcentibus, cũctiſq; hominibus pecudum more vitã agentibus. Quod ſi dixeris id tolerabile eſſe. i. contractus inæqulitaté tolerabilem eſſe in parua læſione, nõ in grãdiuſcula, replicabo, quæ differunt tanꝫ plus & minus nihil differre in ſpecie l. fi. ff. de fundo inſtr. vnde ſi peccatum eſt in magno, in paruo quoq; erit, licet non ita magnum: ficq; peccatum ex toto abeſſe non poterit in vlla fere hominum actione aut cõmercio, quod quã abſurdũ pernicioſum ac ridẽdũ foret, euidentius eſt, quam vlla demõſtratione, aut ꝓtentione egeat. Deniq; nõ cũcti hominũ ijſdem rebus egent, ſed alij iſtis rebus, alij illis rebus egent, aut delectantur: vt. d. l. 1. ff. de rerum permut. nã ecce preciociſimę apud reges margaritæ, gemmæ, & cætera id genus apud agricolas erunt nullius valoris, ſic ergo ſi tecum contraxi, & meæ neceſſitati ex hoc contractu vel ſubuentum eſt, vel voluptas mea expleta eſt per interuẽtum, & ademptionem huius rei, quam abs te emi, perq; hoc magis lętus ſum, & voti compos, quam ſi eius loco in arca haberem precium, quod pro ea refudi, licet tu ſimiliter lucrũ feceris, quia eã mihi pluris vendideris, quã eſſe ſoleat par, & cõmune, aut regulare precium: tamen noſtrorũ nullus læſus eſt, ſed vterq; melioris cõditionis quã antea erat: ideoq; cõtractus tenet ſine peccati interuentu. Quiſque. n. contrahentium præſumitur nõ ignarus valoris illius rei, cuius cõmercium aggreditur. l. quiſquis. C. de reſcind. ven. & conſequẽter ſi plus ęquo & pari precio dedit, pro re illa ſuperfluum donaſſe aut gratis conceſsiſſe videtur. Quid non ne longe inæqualius cõtrahit, longeq; deterioris cõditionis eſt, qui dono dat rem ſuam animi ſui explendi cauſa: & tamẽ is contractus & omni iure (vt patet) probatus eſt ab initio, & ex poſt facto regulariter ceſſat reſtitutio, aut pœnitentia. l. perfecta & fere p totũ. C. de donati. quæ ſub modo. Ergo longe facilius & valebit is cõtractus ab initio, quo de agimus, & ex poſt facto ceſſabit reſtitutio: quandoquidem in eo læſio non contingit in toto, ſed ĩ parte: in donatione aũt cõtingit in toto. Quod ſi dixeris iſthęc nõ ſunt ſimilia, quia licet in re dubia nullus præſumatur velle ſuum ꝓdigere, & iactare. l. cum de in debito. ff. de ꝓbatio, tamẽ ceſſat illa prę ſumptio in caſu certo, qualis eſt, cũ fit donatio: non ſic cũ fit contractus hinc inde oneroſus, & reſpectiuus, ac obligatorius, qualis eſt emptio & venditio: ficq; ĩ donatione vbi erat animus elargiendi, ceſſat reſtitutio, quæ ĩ emptio-

Animus donãdi an præſumat ĩ vẽdẽtẽ vili precio ſed infra dimidiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne & venditione, vbi animus elargiẽdi nõ præsumitur cessare, nõ deberet vbi esset inæqualitas. Respondeam, quod vt in donatione vel est, vel esse præsumitur animus elargiendi totum, ita ẽt in emptione & vẽditione vel est vel esse præsumitur animus concedẽdi, quatenus imparitas est cum sponte quisq; ad cõtractum accedat. l. nec emere. C. de iure delibe. & rei qua de agitur, eius que valoris nõ ignarus præsumatur. d. l. quisquis & omnimodã æqualitatẽ ab vtraq; parte cõcurrere, ac adesse sciat esse ipossibile. d. l. si volũtate: vnde cũ ipse sciat necessum esse, vt vel ipse suã conditionẽ meliorẽ faciat, aduersarius vero deteriorem, vel p contrariũ vt aduersarius meliorem, ipse vero deteriorem faceret, huic dubio euentui se subiecisse prudens sciensq; videtur. Vnde pœnitentiæ postea locus non erit. l. de fideicõmisso. C. de trãsact. l. 1. C. de pac. l. si iactum retis. ff. de contrah. emptio.

Emptio rescindit̃ tribus casibus hic relatis.

3 Quod tamen temperatur, quando læsio contingit vltra dimidiam. d. l. si voluntate. d. l. 2. C. de rescin. vendi. d. c. cũ dilecti. d. l. cũ causa. Secũdo limitatur, qñ alter ad contractũ ineundũ dolo aduersarij inductus fuit alias ne initurus. l. & eleganter. ff. de dolo. gl. cõmuniter app. ibi i. d. c. cum dilecti ver. deceptione. Tertio temperatur etiã si dolus incideret in cõtractũ, puta quia alias etiã emptur̃ induxi, vt forte non aliunde quam ex officina mea emeret, idq; carius ęquo cum mentitus essem, quod ille quærebat alibi eũ non inuẽturum, vt vt. ff. de act. empt. l. Iulianus. §. sed si vẽditor gl. cõmuniter ibi approbata, in. d. c. cum dilecti. His enim casibus vicium & peccatum non tam est in ipsarum rerum hinc inde interuẽtu, quam in ipsis verbis, suasionibus & mendaciis. At illo casu non solo rerũ hinc inde interuentu inæqualitas erat, quæ inculpata omni iure tam fori quam poli intelligitur: cum non excedit dimidiã iusti precij. Præterea vt aliud est interesse cõe & regulare, aliud vero ĩteresse affectionis, vt tradũt cõmuniter Doct. in. l. vni. C. de sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur & in simili in. l. lex quę tutores. C. de admi. tuto. l. quia poterat ff. ad Trebel. §. præterea insti. de actio. ita quoq; in specie nostra, si rem meã tibi aliquantulũ pluris æquo precio & regulari vendidi, potui cogitare te hãc ad rem affectionem habere, quæ facit, vt licet res ipsa apud me & plerosq; ciuium nõ tanti esset, pluris tamen apud te esset, & valeret: sicq; intelligerem te deceptum non esse, tuamq; cõditionẽ deteriorem non esse factam, licet mea melior facta sit. Sicq; cessaret restitutio, quæ non datur, ꝓpterea quod ego meam ꝓditionem meliorem fecerim, sed propterea quod alter suam fecerit deteriorem, etiam immodice. l. fin. &. l. minoribus. C. dẽ in integr. rest. l. non solum. ff. eod. Ergo cum rem meã tibi vẽdidi pluris aliquantulum, pari, & regulari, seu cõi precio, aut vterq; nostrorũ sciebat verũ valorẽ, aut vterq; ignorabat, aut tu solus sciebas, aut ego solus sciebam: primo casu nostra opin. longe verior est quã cõtraria: quia scienti & cõsentienti nõ fit fraus nec dolus. l. cũ donationis. C. de trãsact. & quod pluris æquo precio dedisti, id quasi gratis, aut voluptatis, seu voluntatis tuæ explendæ causa concessisse ac fecisse videris. d. l. si volũtate: aut vterq; ignorabat, sicq; sumus in. 2. casu, & tunc cum cesset malus animus malaque mens ex parte mea, quo ad Deum innocens fui, & inculpatus, & res legitime trãsacta, perfecta, & consũmata retractari non debet. c. factum legitime de reg. iur. in 6. facit illa communis & vera op. quam tenent pleriq; scribentium in. c. fin. de præscripti. dum aiunt, post pręscriptionem completam superuentus malę fidei non nocere iure poli, nec iure fori: qua de re late differuimus de suc. crea. §. 10. nu. 35. Facit etiam, quia quando ex tra ꝓpositum contrahentiũ, re tantum ipsa læsio contingit, securi sunt contrahentes in foro conscientiæ, ita Decius in. l. semper, in fi. ff. de reg. iur. idem Decius, in. c. 1. de consti. col. 8. Abb. in. c. qa pleriq; de immuni. eccle. q. 9. nu. 28. Calderinus, in. c. nauiganti de vsuris. Are. in. c.

4 *Conscientia tuta est, qñ re ipsa extra ꝓpositũ cõtrahentiũ læsio cõtingit cum cõ.*

in. c. cũ causam, col. 5. de testibus sequitur, & firmat esse cõmunem op. Gomezius, nu. 7. in. d. c. vt animarum de cõsti. in. 6. Tertio casu qñ tu solus sciebas longe magis tutus sum, tũ quod illud plus videris mihi conscius concessisse, tum quod ipsemet eram inculpatus quo ad Deum propter meam ignorãtiam, nõ secus quam apud homines. Quarto casu quãdo ego solus sciebam, tu autem qui deceptus fuisti, ignorabas verũ valorem huius rei, non potes videri mihi quicquã concessisse, sicq; cessant plerę q; earum rationũ, quas ꝓtra cõmunẽ supra adduximus, & isto casu si tẽpore ipsius contractus mihi notum erat, te verũ valorem rei ignorasse, satis esse videor extra bonam fidẽ, sicq; non tutus in foro conscientiæ, vt hoc casu procedat, & admittatur cõmunis opi. supra, relata. Quod si tempore cõtractus putabam te scire verum valorẽ rei, licet plus offerres, tũc iuste viderer cogitasse, quod quateno plus æquo offerebas, eatenus mihi gratis cõcedere volebas: quãdoquidem re sua quisq; potest vti, & abuti. l. sed etsi lege. §. cõsuluit. ff. de peti. hære. & donare, vt in titulis de donatio. vnde licet postea superueniret mihi notitia ignorantiæ tuæ. i. quod tu ignorabas verum valorem rei tempore contractus, hæc notitia superueniens post ius legitime acquisitum etiã iure poli non noceret, arg. d. c. factum legitime, & arg. eius quod diximus de pręscriptione cõpleta & mala fide postea superueniente. Cęterum in re dubia non teneor credere, quod ignorasses verum valorem rei de cuius cõmercio agebas. d. l. quisq; nisi cum lęsus fuisti vltra dimidiam, quia tunc bene præsumitur: & ideo datur restitutio. d. l. 2. cum cõcord. quæ alias nõ daretur arg. d. l. cum donationis. C. de transact. Ergo ex quatuor casibus quos supra cõsideravimus in tribus primis nostra sententia longe verior, & æquior, & reipublicæ, atque vniuerso humano generi vtilior est, quam sententia cõmunis: at ĩ quarto casu partim nostra, & partim communis sententia admittenda est.

5 Hinc apparet, an vera sit illa cõmunis opi. quæ habet quo ad rescisionẽ contractus ęquiparari deceptionem re ipsa, & deceptionẽ ex ꝓposito, quã opin. tenet Iaſ. in. d. l. si quis cum aliter in pr. ff. de ver. obli. Anchar. consi. 39. pro clariore Abb. consil. 8. tria ad decisionem colũ. 2. lib. 2. idem Abb. consi. 109. quatuor sunt. in. 2. dubio eod. lib. Deci. consi. 180. visa renũtiatione tertia &. 4. col. qui plures allegat per tex. i. l. 2. ff. de except. doli, melior tex. de iure quem ipsi non allegant in. l. 1. §. causa. ff. de ædili. edicto: sed hęc communis in foro conscientiæ non posset simpliciter defendi, sed demum sub distinctione præhabita. Sed & in foro contentioso tam canonico, quã ciuili similiter defendi sic simpliciter & generaliter non posset, sed cum illis temperamẽtis, de quibus supra diximus, post gl. in. d. c. cũ dilecti.

Deceptio re ipsa, & ea q̃ ex ꝓposito cõtingit, nõ æquiparant semp cõtra cõmunem.

6 Deniq; deceptio re ipsa data vtriusq; contrahentium ignorantia circa valorem rei dicitur error, non deceptio gl. in. d. l. si quis cum aliter, Corneus consi. 181. lib. 3. sequitur & dicit cõem opi. Gomezius, in. d. c. vt animarum, nume. 8.

Deceptio re ipsa tãtum cõtingẽs nõ est deceptio, sed error.

1 *Fructus an restituantur qñ vẽditio facta fuit, vt meliore conditione allata res fieret inẽpta? not. quæstio.*

2 *Fructus nõ restituũtur, cũ fit vẽditio, ita vt liceat vẽditori infra certũ diẽ precio oblato rẽ recupare. cũ cõi.*

3 *Fructus nõ restituũtur, cũ vẽditio ita fit, vt si infra diẽ certũ emptori libuerit res inempta fieret. cõtra cõem.*

4 *Fructus restituũtur, qñ fit vẽditio, ita vt si displiceret emptori res iempta fieret, secundum cõem nos cõtra.*

5 *Emptio admittit hoc pactum, vt venditor teneatur pari pretio ad libitum emptoris redimere: sed tunc fructus non sunt restituendi, contra communem.*

1 VEndidi tibi fundũ in diem facta additione, postea melior conditio allata fuit, quæriẽ, an emptor rem cũ fructibus pendẽte cõditione perceptis restituere teneatur? & gl. in. c. illo vos de pignoribus in verbo pręsumitur. Dum allegat. l. item quod dictum. ff. de in diẽ addict. plane vult quod in terminis. l. 2. eod. tit. licet dicatur, quod emptor pendente illa conditio

Fructus an restituãtur qñ venditio facta fuit, vt meliore cõditione allata res fieret inẽpta? not. quæstio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conditione resolutiua habet dominiũ reuocabiliter,ita quoq; habeat fructus reuocabiliter,sicq; allatã meliore conditione eos,cum re ipsa restituat etiãsi ita venditio facta sit, vendo fundũ ita, vt si infra mensem melior cõditio allata sit,res sit inẽpta,quod & tenent Ioã. And.& Abb.nu.6.i.d.c. illo vos, & alij Doct. transeunt simpliciter tenet glo. in.l.2.verbo lucrari.ff.de in diem adiectione,dum etiam eo casu,quo illa vẽditio pura erat sed sub conditione resoluenda, ait fructus emptorem interea suos facere, sed allata postea meliore conditione teneri ad eorum cũ ipsa re restitutionem,& cum illa glo. transeunt simpliciter Doct. ibi idem sentit gl.in.l.item quod dictum est eo.tit.Idẽ vult gl.in.l.2.§. si in diem.ff. pro empto re verbo effici,vbi vult, quod etiam eo casu quo pura venditio erat,sub conditione tamen resoluenda, adhuc allata postea melipre cõditione, fructus interim percepti cum ipsa re restituantur, & ita tenẽt Doct. cõmuniter secundũ Corrasium lib.3.Miscella.c.9.estq; cõis vt per Couarrub.lib.3.resoluti.c.9. col. 2.cuius rei ratio est secundũ Ioã. And. Abb.& alios in.d.c.illo vos,quia nõ est quid vẽditori imputetur,cur citius melior cõditio allata nõ fuerit,sicq; æquũ nõ est, vt fructus interea nati desinant ei restitui, & sic simpliciter trãseũt cũ illa gl.d.§.si in diem Dinus,Iacob.Bart. Alberi.Paul. & alij non eam approbantes neq; improbãtes, & ita tenet And. Tiraq.de vtroq; retract.inl.2.§.5.glo.2. nu.3.& Anto.Burg.in.c. ad nostram de empt.& vẽ.col.10.idem tenẽt Corrasi. vbi.s.& Imo.in.d.c.illo vos, nu.16.moti,quia in pacto legis cõmissorię simul ac melior ꝑditio allata fuerit res inempta fit, & dominiũ retransfertur in primũ venditorẽ,sicq; inspecta legis censura nũquã fere ab eo abscesisse videtur, & propterea fructus restituendi ei sunt,vt eorũ emolumento non careat, non magis quam careret,si primus emptor nunquam emisset.

Contrariã partem, vt licet si venditio ita fieret, vendo fundum si alius melioriẽ cõditionem.j.mensem non attulerit: esset vẽditio conditionalis, & sic fructus meliore ꝑditione allata, primo vẽditori essent restituendi:tamen non sicut qñ venditio fieret ita, vẽdo fundum,vt si melior cõditio afferatur, res sit inempta: nam tũc pura venditio esset,quæ sub cõditione resolueretur, & facta resolutione fructus manebũt penes primum emptorem. Tenẽt Andr. Tiraq.in.l.si vnquã de reuo.don. ỹ. reuertatur,nu. 283. & Couasrub. vbi quã plures referũt huius opinio.auxiliares. Et hęc pars videtur verior per tex.in.l. 2.& in.l.4.ff.de in diem adiect.& in.l.2. §.si in diẽ.ff.pro emptore, vbi palam dicitur,quod si tibi fundum vendidi ita, vt si.j.mẽsem alius meliorem cõditionem afferret, fundus esset inemptus: tu statim incipis fructus tuos facere,tibiq; lucrari, licet alius postea meliorẽ conditionẽ afferat, & interpretari eos fructus tuos fieri & lucrari,verum esse restituendos, postquã alius meliorem cõditionem attulisset, alienũ est à mẽte illorũ iuriũ, & ỹbis plane repugnat. Nã si tenereris fructus illos restituere, non esset verũ te fructus lucrari, quod n.lucrũ fecisse videri posses, si fructus ꝑceptos restituere tenereris. Est ne emolumentum laboré subire in fructibus colligendis,& custodiẽdis, q postea sint alteri restituendi,vt onus & molestia ac cura eorũ colligendorũ, ac custodiendorum tuum tãtum esset, emolumentum autẽ euanescceret,inq; venditorẽ migraret, & trãsuolaret? Tenẽdo hanc partem, quæ contra magis cõmunem iuri proximior est ad. l. eũ qui l.item quod dictum est.l. Imperator.ff. de in diem addict.l.fi.ff. de iure fisci.l.is qui. §. si fundus.ff. quod vi aut clam,in quibus nititur cõmunis opi.dicendum est,vt procedant, quando ea venditio non pure, sed sub cõditione facta fuit, quale est cum dixi, vẽdo tibi fundum, si alius.j. mensem meliorẽ conditionẽ non attulerit,tunc enim statim nõ potes incipere fructus lucrari propter cõditionẽ pendentem, quæ impedit fructuum acquisitionẽ, & etiam dominij, & cuiusq;

& cuiusq; alterius iuris:diuersum est cũ dixi, vẽdo tibi fundũ,ita vt si alius meliorẽ cõditionẽ attulerit,fundus sit inemptus, tũc enim nõ tã sub cõditione cõtrahi,quam sub cõditione resolui videtur vẽditio illa:nec obscura est harũ rerũ differentia.Vt.n.aliud est hominẽ nasci,aliud postea mori,ita quidẽ aliud est pure à sui primordio vẽditionẽ fieri, illicoq; suos incipere ꝑducere effectus,quia pure facta fuit:aliud est postea ex euẽtu cõditionis. i. melioris allatæ cõditionis resolui,iter cidere ac mori.Quod accidit,quãdo sub ista conditione resolutiua cõtrahitur,non sic qñ sub cõditione suspensiua cõtracta venditio esset,nam tunc nec facta, nec nata videtur vẽditio,quousq; cõditio nulla meliore precij oblatione accedente impleta sit, quia cõditionalia nihil ponũt in esse.l.si quis sub cõditione dãdorum decẽ.ff.si quis omissa cau.testam.l. vn. §. sin autem aliquid sub cõditione. C.de cadu.toll. & hanc distinctionem nominatim facit Vlpianus ĩ.l.2.& ĩ.l.4. ff.de in diẽ adiect. qui etiã fuit Author d.l.eum qui,&.d.l.item quod dictũ est, &.d.l.Imperator.Vnde non est credẽdum eum sibi aduersari,secũq; pugnare. Quod si dixeris hanc interpretationẽ durã videri, & generalitati dictarũ legum aduersam, replicabimus longe duriorem esse cõmunẽ interpretationẽ,& apertius ipsis legibus inimicã:deinde nostram interpretationẽ legibus palam aduersari negabimus, nam in.d. l.Imperator, cum similibus simpliciter dicebatur meliore cõditione allata fructus restituendos, qui interea apud emptorem essent in vẽditione cõditionali,nõ in pura secundum distinctionem d.l.2.&.d.l.4. Itaq; vbi vẽditio pura erat, fructus interea capti etiã irreuocabiliter pertinent ad emptorem, vbi autem erat cõditionalis,fructus similiter interea capti pertinebunt ad emptorẽ: si postea emptio illa meliore ꝑditione nõ allata purificetur.d.l.eũ qui.d.l.Imperator.d.l.item quod dictũ est cũ simi. quod si postea nõ fuerit purificata, sed potius p ĩteruentũ melioris cõditionis euanuerit venditio, fructus restituentur,vt.dd.ll,Et nostra opinio ęquior,et humanior est,quam cõmunis interpretatio:quia cũ emptori desit pecũiæ suę emolumentum,par est, vt eius loco sibi accedat fructuũ quoq; emolumentum: quod si dixeris,vẽditor reddet sibi pecuniã cum vsuris (id quod dixit gl. in. d.l. item quod dictum dum huic imparitati prospicere curauit)respondebimus id nulla lege caueri,idq; nõ tã leges interpretari,quam leges condere videri.Pro nobis facit, nam & cũ vendidi tibi fundum, ita vt post certum tẽpus vel quandocũq; liceret mihi eum redimere oblato precio, similiter fructus ĩterea capti ad emptorẽ pertinẽt, vt quẽadmodũ sibi deest pecuniæ suæ emolumẽtum, ita eĩ loco accedat fructuum emolumẽtum.l.2.C.de pact. inter emptorẽ,& ibi Bal.& Paul.Couas. resolut.lib.3.c.9.glo. in.c. illo vos verb. percepti de pignoribus,vbi Hosti.Ioã. Andr.Abb. & Imol.gl.in.c.ad nostram de empt.& vẽ.verbo patet.vbi Hostiẽ. Ancha.Imol.Panor. Barba. & Anton. Burg.Decius cõsi.167.in causa quæ coram reuerẽdo in prin. idem Decius cõsi.170.viso themate in medio. idem ꝑf. 308. in casu ad nos trãsmisso,estq; vera & receptissima opi.vt plenè ꝑ And.Tiraq.de vtroque retra.in retract.conuẽti.§.5.glo.2.ĩ pr.facit. d.c.illo vos per locũ ab speciali, nã quod ibi emptor fructus suos ex cõuentione facere desinaret,illud erat cõtra naturã illius cõtractus,vt ibi tenuit gl. & cõmuniter Doct. vt firmat ibi Abbas colum. fi.

2

Diuersum est, quando vẽditio fit purè sane,sed sub hac cõditione resolutiua, vt si.j.diem certum emptori res vendita displiceret,inempta esset, tunc aiunt fructus non fieri emptoris irreuocabiliter,nam si postea declarauerit, quod venditio illa sibi displicebat, cũ re ipsa fructus quoq; restituere tenebitur, & ita intelligi, suppleri, & interpretari debet text.in. l. quod si nolit. §. si quid ita vẽnierit.ff.ad ędil.edi.l. 2.§. si in diem.2. resp.ff.de vsu.pro emp.l. si conuenerit. ff.de rescin.vẽ.l.3.ff.de contrah. emp.c. ad nostrã

3

Fructus nõ restituũtur, cũ fit vẽditio, ita vt liceat vẽditori ĩfra certũ diẽ precio oblatorẽ recuperare. cum cõi.

Fructus nõ restituũtur, cũ venditio ita fit, vt si ĩfra diẽ certũ emptori libuerit,res inempta fieret. contra communẽ.

ad nostram eo.tit.secundū Abb.in.d.c. illo vos,nu.6. nā etsi hoc casu dominiū reuocabile sit apud emptorē, iterea dū notum non fecit, an sibi res illa placeret,an displiceret, tamen fructus suos irreuocabiliter facere nō debet, ne interea venditor(ex cuius arbitrio nō pē debat, an emptori res illa placeret, an displiceret,re postea ab emptore reddita)fructuū rei suæ emolumēto careat: quæ ratio debilis est, nā & similiter cū venditio fit,ita vt si.j.diem alius melio rem cōditionē afferret, res esset inempta,nō pendebat ex arbitrio vēditoris: an ab alio melior cōditio afferret nec ne, & adhuc etiam meliore cōditione postea allata fructus à primo emptore non restituuntur, nec restitui par aut æquū erat, cū interea ipse quoq; emptor careret emolumento pecunię suæ. Quod etiā accidit in nostro emptore, cui res empta displicuit, nā interea rei suæ.i. pecuniæ emolumento caruit,vñ par & æquum erat,vt fructuum quoq; emolumēto interea potiretur,nec dubium est quin vtrobiq; sit eadem ratio neq; ad rē pertinet quod in pacto legis ꝓmissorię emptor, qui ita fundū emit, vt si infra diem dictū precium non numeraslet,res esset inempta,si cōditioni nō paruit fructus cū ipsa re restituere teneatur.l.lege.l.si fundus.ff.de lege cōmissio.l.2.§.Sabinus. ff. pro empt. nam ibi par & æquum est, vt ille fructus nō lucretur, quandoquidem sibi precium nō abfuit,vnde quatenus sibi preciū,et pecunia sua absceslisset,eatenus fructꝰ quoq; lucraretur.d.l.si fundus.§.1. ficq; data paritate terminorū,quoties vtrobiq; eadem ratio reperitur,toties idem ius statuitur,eadem æquitas,& paritas inuiolabiliter obseruatur, etiamsi longe magis erat, quid nomine culpæ imputaretur emptori,qui preciū cōuentū quasi fidei datę violator non refuderat vt.d.l.lege quam illi emptori,qui ex pacti ꝓcessione, & permissione ab emptione discesit, quia res empta sibi displicuit:ergo si illo casu quatenꝰ sibi pecunia sua abfuit,fructus quoq; emptor irreuocabiliter retinet,multo magis,et isto casu suos irreuocabiliter faciet, q̄tenus pecunia sua abfuisset: ꝙ verisimū puto:licet contrariū teneat Abba. col.fi.& ibi Ioan.Andr.& Anto. Burg. col.10.in.d.c.illo vos,& And.Tiraq. in retract.conuen.§.5.glo.2.nu.3. qui dicit idem tenuisse se in.l. si vnquam. C. de reuo.dona.verb.reuertatur,nu.230.ỹ.f. verū quantū ad priores quod ỹ.si. in li. meo est,& reperitur sub nu. 283. tenet Couasr.in.d.c.9.lib.3.resol.nu.1. q allegat Cōradū,de ꝓtractib9.q.84.ꝙclu.5. Et sic quod ī terminis.d.l.lege. cū cōc. emptor, cū res empta displicuit interea fructus suos irreuocabiliter fecisset, tenet Corrasius, in.c.9.nu.5.lib.3. Miscellanearū,neminē allegās suæ opinionis fautorem,aut contradictorē prēter gl.in.d.c.illo vos, ver. percepti quæ illud nō dicit, nā qñ resolutio cōtractus pēdet ex arbitrio vēditoris, bene agnoscit gl. fructus interea captos pertinere ad emptorē per.l.si fundū.C. de pac. inter emptorē: non sic quando resolutio cōtractus penderet ex arbitrio emptoris, qui casus est de quo agimus, & tenendo istam partem non oberit. l. ꝙ si nolit.§.si quid ita vęnierit. ff. de ędil. edict.iuncta.l.cū aūt.§.pe.&. fi. eod.ti. &.l.videamus.2.ff.de vsuris.§. in Fauiana,quatenus illis iuribus cauetur,quod si seruus vel animal redhibendū sit, eo quod erat morbosū, vel res alia simili ratione tūc restituitur cum fructibus: nā illud non est nouū, sed generale in omnibus restitutionibus, vel redhibitionibus,quæ cōceduntur ob hāc rem, vt dānum passus subueniatur, & indēnis seruetur, quando adest iusta causa subueniendi. Iusta autem causa adesse videtur in ædilitio edicto ꝓpter multitudinem morborū, qui animalibus esse solent,quiq; non facile dignosci possunt, vt.dd.ll. Idem si dedi ob causam, nam causa cessāte datur repetitio cum fructibus.d.l.videamus in pr.l. cū quis. ff.de cond.ca.da. etiamsi per dantē steterit quo minus ea causa impleta esset. d.l.videamus.§.1.Idem si ꝙ errorē indebitum solui,nam et tunc cum fructibus datur restitutio,vt not.in.l.1.C.de cōd. indebit.

indeb.d.l.videamus.§.item si indebitū. l.in summa.§.ei qui.ff.de condi. indeb. Idem si minor læsus sit, cui subueniri ęquum sit propter lubricum ætatis,nā & tunc cum fructibus fit restitutio.l.ꝙ si minor.§.restitutio.l.patri.§.1. &.2.ff. de mino.l.si prædium.l.vtere. C.de prę di. mi. Idem in maiore restituto ob læsionē vltra dimidiā,vt disseruimus alibi.s.in.c.71. j. hoc libro. Idem si mortis causa donaui,& cōualuero, nā & tunc etiam cum fructibus datur restitutio, quasi id tacite ageretur. d.l. videamus. §.idemq; est. Idem quādo repetuntur, quę in fraudem creditorū alienata sūt, nā & tunc fit cū fructibus restitutio. d. §.in fauiana, &.l.ait prætor.§. per hanc ff.quæ in frau.cred.Idem si quod vi vel metu ablatum sit,aut clandestine occupatum,restituendū sit,nam & tūc cum fructibus repetitur.d. l. videamus.§.& ideo, &.§.interdicto &.ff.de vi & vi ar. §.exinde. Idem si ex causa depositi cōmodatiue sit restitutio facienda, nā & fructꝰ reddūtur.d.l.videamus. §. si possessionē,& idem ī pignore repetito. d. c.illo vos de pignori.In omnibus enim his casibus & similibus adest iusta causa fructuum repetēdi,quæ in specie nostra cessat. Nā ī deposito cōmodato pignore reddātur fructus, ęquissimū est, quia res tradita fuit, vt repeteretur,nō vt perpetuo iure dominį apud accipiētem maneret.In re clam occupata metu aut vi ablata, redduntur fructus, ne impius lucrum capiat,aut innocens dānū sentiat. In datiōe ob causam vel ob errorem cū causa cessat, vel falsa detegitur,ęquum est subueniri ei,qui errauit initio,vel ei cuius iusta spes frustrata est.In ædilitio edicto ęquū est, vt indemnis seruetur,qui initio non sui culpa læsus & deceptus fuit,licet absit culpa aduersarij.l.1.§.causa.ff.de ædil. edi. Non sic in casu nostro, vbi neutra ex parte interfuit læsio vlla considerabilis:in restitutione quæ minoribus læsis conceditur, ęquissimum fuit subuenire in fructibus, non secus quam in proprietate:tum vt læsio relarciretur,tum vt minoribus, quibus erat propter lubricum ętatis merito subueniendū,subueniretur ex integro. In restitutione, quę fit maioribus lęsis vltra dimidiam, par fere æquitas erat propter enorme damnum, quo casu in re ipsa duntaxat consulere non sat erat, cum nō leue dānum in fructibus interea perceptis adesset:non sic in speciebus nostris,in quibus nec vlla læsio adesse intelligitur cōsiderabilis,nec minor ætas,cui consulē dū sit. In ijs quæ in fraudem creditorū alienantur, nō tam vrgens adest ratio, vt innuit.d.§. in fauiana, sed adhuc nō leuis,ne fraus debitoris cuiquā noceat. Verū quando vēdidi, ita vt meliore cōditione allata res fieret inempta, vel vt si post mensem res displicuisset, fieret inempta,vel vt si post annum precium offerrem, mihi redderetur, cessat fructuū repetitio:quia & res agebatur inter maiores, quibus subueniri necesse non est, nec læsio vlla intolerabilis ꝓponitur ex parte rei, nec vllum delictū ex parte eius,qui rem tenebat, nec vlla fraus ex parte alienantis: neq; vllus error, aut spes frustrata, aut causa dandi cessans proponitur, aut voluntas limitata,et aliena à translatione dominij,& proprietatis, & prēterea venditor iter ea precio fruebatur loco rei, quæ sibi aberat,nā in terminis tituli.ff. &. C.de condi.indeb.vt res ipsa redditur, ne qs locupletetur cū iactura aliena, eadem ratione & fructus rei:idem in terminis tituli.C.&.ff.de cōdi.ob causam, & de cōditione sine causa, nam vt errore indebitam rē solutam nō debet accipiēs retinere, ne locupletetur cum iactura aliena,eadem ratione nec fructus illius rei retinere debet. Et in terminis tituli C.&.ff.de don.ca. mor. donatore conualescente cessat causa dandi.s. mortis cogitatio, & in deposito pignore commodato & similibus, non est de intentione agentium, quod fructus maneāt penes depositarium,aut creditorē, aut commodatarium finito vsu, non magis quam quod ipsa proprietas maneret ergo,&c.vt in.l.non omnis.ff.si cer. pet. l. obligationum substantia ad fin. ff.de acti.& obliga. & data vi metu aut clandestina

Universidad de Deusto
Biblioteca

clãdestinitate, nefas esset fructuũ emolumentũ, vt etiam ipsius rei manere pe nes facinorosum, aut fraudulentum. Et in restitutione quæ minoribus lęsis cõceditur, huic inconsulte ętati subueniẽdum est respectu fructuum, non secus quam ipsius rei principalis ratione: accedit ét ratio illa, ne aduersarius ditetur cum iactura minoris, quæ ratio militat etiam in restitutione quæ maioribus vltra dimidiam lęsis ꝙceditur, prę sertim cúm ibi data tã enormi læsione non desit suspicio fraudis ex parte aduersarij, & in ædilitio edicto nec abest suspicio fraudis, & adest altera ratio, ne quis ditetur cum iactura aliena: nõ sic in tribus speciebus. ſ. relatis, nam si vendidi tibi fundũ, ita vt meliore cõditione allata esset inemptus, pẽdẽte ista cõditione resolutiua nulla inter nos disparitas est, quia vt tibi accedũt fructꝰ rei meæ, ita & mihi accedit emolumẽtum pecuniæ tuæ, nec est læsio vltra dimidiam, nec ætas cui ob leuem lęsionẽ subueniendum sit, vt sic cessent rationes, ob quas minoribus aliqualiter læsis, & maioribus læsis vltra dimidiã datur restitutio, nec est alicuius rei futurę spes frustrata, vt sic cesset titulus de cõdi. ob cau. nec est error indebitum soluẽtis, vt sic cesset materia condictiõis indebiti: nec est aperta fraus ĩ re, vt sic cesset ędilitiũ edictum: nec est facinus rem accipiẽtis, vt sic cessẽt interdicta, vnde vi, aut quod vi, aut clam, & quod metus causa, &c. Et iste rationes militant similiter in illa venditione, quę fit cum pacto redimendi, & in illa etiam, quæ fit, ita vt si res. ĩ. certũ tẽpus displiceret, inempta fieret in qua vt fructus interea percepti non sint restituẽdi, videtur esse de mente glo. & cõmuniter Docto. in. d. c. illo vos, dum aiunt, quod illud pactum, vt fructus imputarentur in sortem, erat cõtra naturam illius cõtractus, & Abb. ibi ad finem ait hoc esse commune dictum.

Fructus restituunt, qñ fit venditio, ita vt si displiceret emptori res inempta fieret, secũdũ cõmunẽ nos contra. 4

Emptio admittit hoc pactũ, vt vẽditor teneatur pari pretio ad libitũ emptoris redimere: sed tũc fructus nõ sũt restituendi, cõtra cõem. 5

Vnde infertur, quod si vendidi tibi fundum, ita vt cum primum tu velles, ego tenerer eundem fundũ pari precio redimere (quod valere tenent Imola, in c. illo vos, nu. 18. de pignori, Alex. consi. 54. libr. 6. col. 1. Couatr. lib. 3. resol. c. 9. in pr.) tunc fructus interea percepti, ad emptorem pertinerẽt irreuocabiliter, nec mihi essent restituendi, arg. text. in d. l. 2. C. de pact. inter empt. nã tale pactum non eneruat, aut infirmat illã vẽditionẽ, licet inducat necessitatẽ celebrandi alteram venditionẽ de voluntate solius emptoris, si ergo ex prima vẽditione efficaci tranfit dominium, ergo fructus irreuocabiliter in casu regulari pertinẽt ad emptorẽ iure dñij. l. Herẽnius. 1. ff. de vsuris: pręsertim cum ille habeat bonam fidem, vtpote qui scit il lam rem à se nõ absceſſuram nisi volẽte se, ergo facit fructus suos irreuocabiliter. l. bonæ fidei. ff. de acq. re. domi. Et cũ æqualitas sit seruanda. l. illud. C. de collati. l. cum oportet. C. de bo. quę lib. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minoribus. l. si prædium. C. de prædi. minor. l. patri. §. 1. ff. de minoribus, & precium emptoris eiusq; emolumẽtũ sit penes venditorẽ, par est, vt fructus rei venditæ permaneãt penes emptorẽ: quod ꝓbatur à fortiori in. d. l. 2. l. 4. ff. de in diẽ addict. & l. 2. §. fi ĩ diem. ff. pro empt. nã si in illa venditione, vt si melior conditio afferatur, res sit inempta, in qua melior conditione allata prior venditio resoluitur ipso iure, vt illico dicemus, fructus adhuc manent penes primum emptorem, vt iam docuimus p. dd. ll. quãto magis in hac specie, vbi prior vẽditio nõ tam euanuisse, aut rescindi videtur, quam alteram, & nouam venditionẽ cõtrahi. Deniq; non est nouum, vt dominium apud aliquem sit ad tempus cum suis fructibus & emolumẽtis, vt post illud tempus ad alium transuoleat, etiam sine facto huius dñi temporalis. l. illud. C. de legat. l. Herẽnius. 1. ff. de vsuris, ergo ĩ hac specie primꝰ emptor quandiu dominus fuit, & durauit, tandiu fructus suos fecit etiam irreuocabiliter, vt simul ac dominiũ ab eo abscedere cœperit, fructus quoque abscedant, & vtrunq; in primũ venditorem refundi videatur, licet cõtrariũ, & male teneãt Ioan. Andr. & Abb. in. d. c. illo vos

vos Conradus de contractibus. q. 84. conclusio. 5. Anto. Burg. col. pe. in. c. ad nostram de emp. & vẽ. Andr. Tiraq. de retract. conuenti. §. 5. gl. 2. nu. 3. Couatr. resolu. lib. 3. c. 9. nu. 1. qui omnes generaliter aiunt, quod in omnibus contractibus commutatiuis, & resolutiuis, quoties facultas cõmutandi, aut resoluendi contractum cõfertur in volũtatem emptoris, toties fructus ꝓceptos emptor, qui contractum cõmutare aut resoluere voluit, tenebit restituere: mouentur p. d. l. cum autẽ. 5. pen. ff. de ædil. edict. quæ nihil obstat, quia ibi prima vẽditio rescinditur, resoluitur, infecta redditur, ad nihilum reducitur non secus, quam si reuera contracta nunquã foret: vnde vtrinq; omnia ad pristinũ statum reducuntur. ff. de ędil. edict. d. l. cum autem. §. Iulianus iũcta lege quod si minor. §. restitutio. ff. de minoribus: non sic est in specie nostra, vbi per tale pactum non eadem prima venditio tam infecta reddi, quã rursus altera vẽditio fieri videtur. d. l. 2. C. de pac. inter empt. Præterea in ædilitio edicto res vtrinque veluti ad nihilũ reducitur ob læsionem certam, quæ re ipsa interfuit in illo contractu, at in specie nostra nulla læsio interfuit, vnde nõ est cur quod legitime factum fuit, & non inique id ad nihilum recidat, aut infirmetur contra. c. fact. im legitime de regu. iur. in. 6. neque enim propterea quod prima vẽditio immortalis, & ęterna non fuisset, ac ꝓpetua, ideo desijt legitima videri, quandiu durauit. d. l. fin. C. de lega. facit in pr. inst. de ꝓpetuis & tẽp. actionibus. Simillimum est, quod cum fit emptio reuocabilis. i. cõtractus census non ꝓpetui sed reuocabilis iuxta extrauagan. Martini de emp. & ven. tũc cum postea pari precio reddito resoluit illa venditio, fructus non restituuntur, sed ꝓpetuo manent penes emptorẽ loco emolumẽti pecuniæ suę, quæ sibi interea abfuit, vt ibi, sic ergo & in specie nostra, nã vtrobiq; par ratio est, ergo idem ius. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Deniq; in omnibus casibus, in quibꝰ fructus ab emptore percepti restituendi fuerint, semper debet fieri compẽsatio legitimarũ vsurarum precij, quod sibi interea abfuerat, vt sic vel ex toto cesset fructuũ restitutio, vel aliqua ex parte minuatur, argu. l. curabit. C. de actio. empt. & quę in simili diximus. ĩ. c. 1. nume. 6. & nu. 7.

1 *Emptor vt dominium acquirat.*
2 *Venditor fidem de precio quando videatur habere.*
3 *Emptor & venditor ad quid inuicem teneantur.*
4 *Conditio tacita inest executioni cuiusq; cõtractus reciproci si aduersarius impleat ex parte sua.*
5 *Vsura an sit carius vendere propter dilatam precij solutionem?*
6 *Vsuras precij retardati recipere põt vẽditor, qꝛ rẽ tradidit ꝓ cõcurrẽte quãtitate fructuũ, quos res ꝓducebat.*
7 *Vsuras fructus rei excedentes recipere potest venditor ꝓpter retardatã precij solu. quatenus ĩteresse ipsi.*

1 *Emptor vt dominiũ acquirat.*

Superioribus addito, ꝙ dominium rei venditę nõ potuit quęri ipi emptori citra precij solutionem: catus est in. §. vẽditæ, inſti. de rerum diuisio. qui text. ꝓcedit, & si sit facta traditio, quod ꝓbat ibi, dum dicit, venditæ vero res & traditę non aliter emptori acquiritur, quam si is venditori precium soluerit, & ibi gl. dicit quod venditor potest vẽdicare rem venditã, si non fuit sibi de precio satisfactum, vt. l. procuratoris. §. sed si dedit mercem. ff. de tributoria, vbi hoc tenet Barto. est text. in. l. vt res, & in. l. quod vendidi, & in. l. cum res. C. de proba. vbi est casus, quod ille q vult ꝓbare dominiũ ex causa emptionis, debet probare titulum ipsius emptionis cum precij numeratione vacuæ possessionis traditione: ratio omnium prædictorum est, quia precio non soluto, nuda est, imaginaria est venditio & emptio: & ideo ex ipsa non transfertur dominium, vt. l. nuda. ff. de cõtrahẽ. ẽptio. Secũdo hoc ipsum aliter probatur, qa de substãtia emptiõis, & vẽditionis requiruntur tria. l. consensus emptoris & venditoris, & res, & solutio precij: ita declarat Bal. in. l. in ementis. C. de contrahen. emp. gl. in. l. pacta. conuenta. ff. eo. & sicut venditor obligatus est rem tradere, vt in. l. exẽpto in pr. ff. de acti. empti. ita emptor est obligatus precium soluere, vt ibi: & ideo ꝙtractus emptionis &

nis & venditionis dicitur vltro citroq; obligatorius, quia ex bono & æquo vẽditor remanet obligatus ad tradẽdum emptori, & emptor ad soluẽdũ preciũ vẽditori vt. l. consensu in fi.ff.de actio. & obliga.& in.l.2.ff.de cõtrahẽ.empti. quãdiu igitur emptor precium nõ soluit,et non impleuit cõtractum ex parte sua, & sic non potest dicere se quæsiuisse dominiũ vt.l.cum ꝓponas.C.de transact.etsi res nõ fuit tradita, ipse nõ posset agere ad tradendum nisi soluto precio,vt.l.ex empto in.§.qui fundum ff.de cõtrahen.emptio.& ibi Bal.&.l.f. ff.de rescin.vẽd. & semp poterit vti vẽditor retentione, donec precium sit solutum vt.l.hæreditatis.ff. de hæredita. vel act.ven. Tertio ad prędicta est tex. in.5.part.ti.5.l.28.i pr.cuius verba sunt, pagar deue el cõprador al vendedor el precio que le ꝓmetio,e aquel que hizo la vẽta deue al otro étregar en aquella cosa que le vendio, &c. Ille igitur qui non adimpleuit cõtractũ ex parte sua, non potest ex ipso agere,nec se iuuare, vt i.l.ex placito.C.de rerũ permu.& in l.si diuersa pars.C.de transact. quia frustra petit debitum, q̃ quod debet non impendit,vt.l.ædiles.inf.ff.de ędili.edi. & in reg.frustra,de reg. iur. lib.6. & est qd absurdũ firmare quod ille q̃ preciũ non soluit,nec impleuit cõtractum ex parte sua possit ex eod. contractu, quẽ non impleuit agere de euictiõe,vel ẽt ad interesse contra aliam partem.

Vẽditor fidẽ de precio q̃n videat habere.

2 Et sic quando venditor confitetur se recepisse precium, quod non recepit, nunquam videtur habuisse fidẽ de precio,etiam si tradat:ista est gl.sing.in allega.l.quod vendidi in ver.satisfactione.ff.de contrahen.empt. cuius singularia verba sunt, sed non ne hoc ipso videor habere fidem ? & quidem respondeo,sic, nisi forte dicebas te habere pecuniam ad manus, cum tamen non habeas,& sic tradam vt supra de pig,acti. si quasi.& c.ecce igitur aperte desciſiũ, quod venditore confitente se recepisse precium,cũ tamen non recepit,non videtur habere is fidem de precio. Secundo ad prædicta est tex.expressus in allega.l. si quasi.ff. de pigno. actio. quẽ allegauit prædicta glos.per quem dicit ibi Pau.de Castr.sic formaliter, quod il le tex.allegatus ad hoc,quod venditor non censet habere fidem de precio q̃n tradit rem nõ percepto precio,si sperabat statim se percepturum,et nõ percepit: & ideo non transfert dominiũ, & idem dicit ibi gl.ĩ ver.quo minus, quæ formaliter subiũgit, & sic nulla fuit habita fides de debito, nec satisfactum. Tertio induco consilium Bal.lib.2. cõsi.298. cuius elegãtia verba sunt,defundis & precio confessato:dico simpliciter,& est allegatio noua, q̃d licet fuisset vera venditio,tamen quia numeratio precij colorate intercesit,& immediate marsupium emptori traditũ fuit, dominium non discesit à vẽditore: & ostendo sic,res venditæ, & traditæ nõ aliter fiũt emptoris,nisi precio soluto, vel fide habita de precio vt in.§. vendi tę insti. de rerum diui. sed hic non fuit precium solutum,quia qui sic soluit,vt confestim recipiat,non transfert dominiũ,vt.l.qui sic soluit.ff.de solutio. dominium igitur pecunię non fuit translatum,nec fides habita : posito ergo, ꝙ fuerit vera venditio,tamẽ quia solutio precij nõ fuit vera, sed ficta, dominiũ rei venditę nõ dicesit à dicto vẽditore,& ita debet declarari per sententiã iudicis, &c. Istud consiliũ ad hoc allegat Fabianus in suo tractatu de empti. & vendi.in.5.q.principali.2.chart.fina. con.in ỹ.circa lextum, vbi dicit, quod ista est solennis conclusio Bal.idem Fabianus vbi.ŝ.6.quæstio.princi.num.88. &.6.q.princi.num.71.

Emptor & vẽditor ad quid mutuẽ teneantur.

3 Confirmatio,nam certũ est,quod emptor non solum tenetur preciũ numerare,vt consequatur dominium rei emptæ, verum etiam tenetur nũmos venditoris facere,text.est in.l.ex empto.§. 1.ad.f.ff.de actio.empt. cuius verba sũt, emptor autem nũmos venditoris facere cogitur,& c.& ibi glo.dicit,quod licet venditor non teneatur rem facere accipientis,sed sufficit si eam tradat,licet adhuc non transferat dominium,si nõ est dominus: emptor tamẽ tenetur facere

facere numos venditorum, quia tenetur in genere,& vẽditor in specie: sed ille qui pecuniã depositã reassumpsit, nec soluit,nec facit pecuniam venditorũ,tex.est in alle.l. q̃ sic.ff.de solutio.in hęc verba,qui soluit,vt recuperet,non liberatur, quemadmodũ nõ alienãtur numi,qui sic dãtur , vt recipiãtur, &c. ex quibus patet apertissime,quod sic ille qui soluit realiter,vt statim recuperet pecuniã, non consequitur dñium, multo minus quando nõ soluit:sed tãtum obtulit,& consignauit, & ipsa eadem die recuperauit pecuniã oblatã & consignatã: & sic ita est sine dubio: ex quo dicebat Paul.de Castro in allega.l. exempto,quod emptor tenetur transferre dñium precij,quia tenetur in quãtitate,& sic dñium semper remanet apud ipsum venditorẽ,donec de precio ipsi non est satisfactũ,& per dicta patet euidẽter, q̃ agens si nõ soluit precium, nec impleuit contractum ex parte sua super quod se fundat ad agẽdũ de euictione,vel ad interesse, ratione aliqua procedere nequit,puta ratione ratihabitionis non secutæ. Ex quibus in hoc

Cõditio tacita est exercitoni cuiusq; contra eius vectorem, si aduersarius impleat ex parte sua.

4 articulo resultat euidẽtissime decisio, quod ille qui non impleuit cõtractum ex parte sua, nõ potest ex ipso agere ratione euictionis,vel ad interesse ratione ratihabitionis non factę:casus est in l.quæro. §. inter locatorẽ.ff. locati, per quem dicit ibi Paul.de Cast.notãdũ, q̃ omnis promissio alteri facta censetur habere in se tacitam conditionẽ, si ille cui facta est,seruet promissa: quia non seruanti cõtractum, vel fidem,non est fides seruãda, vt in.l.cum proponas.C. de pact.ad idem est tex.in.l.pe.& fin.ff. de rescin.vend.facit tex. in fortioribus terminis in.c.querela. de iureiurã. vbi ille qui non seruat iuramentũ,non potest agere contra reliquam partem ad obseruantiam ipsius,& ideo dicit tex. in alleg.§. offerri, quod ille qui soluit partem precij re euicta,non potest agere de euictio.etiam pro ea parte, ꝙ qua soluit precium: quinimo plus dicebat Bartol.in.l.exempto. in pri.ff. de actio. empt. sic formaliter nota.quod venditor tenetur de euictione, eo ipso quod vendidit,& tradidit,si tamen precium est sibi solutũ, quasi velit aperte, quod precio non soluto non possit agere, q̃a qui non facit quod debet, non recipit quod oportet,& frustra petit debitũ, quoniam quod debet,non impẽdit,vt allegata lege ædiles.§. fina.ff. de ædili. edi.ex quibus redditur impossibile de iure, quod ille qui non soluit precium possit agere de euictione , nec etiam ad interesse ratione ratihabitionis nõ factæ per alteram partem, cum potius ipse emptor , cui res fuit tradita precio non soluto , teneatur ad interesse precij non soluti ipsi venditori, casus est in. l. cura ibi, &c.C.de actione empti. vbi secũdum Bal.probatur , quod emptor, qui ꝓcepit fructus rei emptę precio non soluto , tenetur ad interesse ipsi venditori , & ibi glo.quam ibi commendat Bal . dicit hoc etiam procedere de iure canonico : quinimo carius vendere possũm res meas,quæ fructus producunt, propterea quod precij solutio differebatur , vt veluti ex communi opinione resoluit Socinus consilio. 88. nume.4. id quod hodie apud omnes mercatores frequentissimum, ac vsitatissimũ est , quod vel ea ratione defendi ac iustificari potest : quod interea dum precij solutio differtur, euenturum possibile est , vt nomen debitoris deterius fiat, vnde huius periculi ac dubij euentus ratione tolerarur , quod aliter forte non toleraretur, argum.l. de fideicommisso. C. d̃ transactionib.l.ii.C.de pactis.

Vsura an sit carius vẽdere ꝓpter dilata precij solutionem?

Vsuras precij retardati recipere pot̃ vẽditor, q̃rẽ tradidit pro concurrente quantitate fructuum, quos res ꝓducebat.

6 Denique venditor , qui rem tradidit, nec precium recepit , aut partem tantum precij, nõ etiam totũ recepit, quatenus precium sibi numeratum nõ est, eatenus potest vsuras recipere iuxta valorem fructuum rei venditæ , quos ipse percepturus erat,si eam non vẽdidisset, quod intelligo etiamsi ipse venditor ex solutione precij retardata nullum incommodum senserit , sat enim est,quod emptor eos fructus sine causa perceperit , vt ad eorum restitutionem teneatur,vt per totum.C.&.ff.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

condictione sine causa. Sine causa autem eos fructus tandiu percepisse videtur, quandiu precium non soluit, nisi fides de precio habita sit, venditoris permissu solutio precij differatur, argumen.l.si fullo.ff.de condictione sine causa,ita videntur velle communiter Doctores.vt per Decium consilio.119. Alexand.consilio. 69. nume.4. libro.1. Socin.consilio.133.nnme.13.libr.1.idem consilio.176.libro. 2.Cæterum si damnum, quod venditor ex mora precij non soluti sensit,excedebat valorem fructuum, tunc emptor propter dilatam precij solutionem tenebitur non solum ad restituendum tantum, quantum fructuum nomine percepit, sed etiam ad plus: siquidem plus intererat venditoris precium die dicta solutum sibi fuisse, vt ex communi opinione resoluunt Decius & Socinus,& Alexand.in consiliis proxime allegatis, qua de re per Socin. consilio.130. circa præscriptio. libr. 4. Panormita. consi. 85.videtur li.1.idem Panormita.in cap. conquestus de vsuris,idem consili. 66. duo libro.1.Decius consil.183. controuersia,idem Decius consilio.119.& protenui. idem Decius consilio.116.in casu Abbas consilio.7.primum lib.2. Romanus consilio.94.visis,Angelus consilio.387.Sempronius Ancharranus cõsilio.93. verba,idem Ancharranus cõsilio.150.in quæstione,Ludoui.Bologni. consilio. 19 .pro tanto,Socinus consil. 261.libro.2,incipit punctus idem Socinus consilio.179.circa præscriptio. lib. 2.Corneus consilio. 166. videtur lib.4.

Vsura fructũ rei excedentes recipere põt venditor ꝓpter retardatã precij solu.quatenus interest ipsius. 7

1 *Contractus testamento factus an sit irreuocabilis? inter gentes pugna.*
2 *Lex per modum contractus facta sit incõmutabilis.*
3 *Do.cau.mor.conuenire potest, vt fiat irreuocabilis.*
4 *Confessioni à prohibito etiam in vltima voluntate facta non standum cum communi.*
5 *Intellect.tituli de las dona.lib.5.ordin.*

Contractus testõ factus an sit irreuocabilis? inter gentes pugna. 1

CONTRACTVS irreuocabilis est.l.sicut ab initio.ff. de actio.& obligatio. cap. quod semel de regulis iuris libro. 6. vltima autem voluntas reuocabilis est.l.4.ff. de adimentis legatis.5.posteriore.instit.quibus modis testamenta infirmentur.l.si iure.ff. de legat.3.c.cum marthę de celebratio. missarum. l. 1. C. de sacrosanctis ecclesijs. contractus tamen celebratus in testamento , vel in alia vltima voluntate mutat suam naturam, & reuocabilis est non secus, quam ipsa vltima volũtas: ita tenent Dinus consilio.10. quæstio talis est, Titius Bartol. in. l. si quis in principio testamenti.ff. de legatis.3. sequitur & dicit esse communem opinionem Iaso. consilio. 122. in præsenti causa libr. 4. nume.2. colum.3. Bartol. in.l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio, Angelus & Barto. ad principium in.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligationib. Alexand.in.d.l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus. vbi hãc dicit communem opinionem reprobando Dini opinionem, qui contrarium tenuerat: & hanc etiam opin. tenent Alexand.consilio. 83. visa facti narratione colum.penulti.libro.2. Bal. in.l.ex testamento in fi.C.de fideicom. Baldus,& Fulgosius, in.d. §. idem respondit Bald.in.l.Sancimus,& in.l.cum antiquitas. C. de testamen. idem Bald. in repetitio.l.1.ad fin.C.de sacrosanctis ecclesijs.idem in ca.1. de pace iuramento firmanda,Salicet.in. d. l. Sancimus, Angelus in authent. hoc inter liberos. C.de testamentis.Bald.Angel.& Imola in l. hæredes palam. §. fin.ff.de testamen. Ancharran.& Imola in rubri.de testament.Ruinus consilio.129. donatio libro. 1. Brunus consilio. 43. circa casum colum.3.

Contrariam partem , vt contractus testamento factus sit irreuocabilis , nõ secus quam si fieret extra contractum, tenent Din. in dicto. c. quod semel. in fin.Oldra.d. consi. 114. Cinus in.l.1.in vltima quæstione . C. de sacrosanctis ecclesijs.Alberic. in. l. si quis in principio testamenti in fin.ff.de legat.3.Bart. in dicto.§.codicillis. Bald.in.l.vltim. ff. de rebus eorum.& in dict.l. Sancimus, ad fin.C.de testament.& in. l. ex testamẽto.

mento.C. de fideicommiss. & in.l.si auia , in princip. C. de iure deliberandi. Rom.dicto consi.171.in vlti.dub.Barb. consilio. 23. clementissimum.colum. 2.libro.4. Guido. Papa consilio. 233. in causa appellationis in fin. per text. in d.l.vlti.ff.de rebus eorum.Imol.Alexã. & Iaso.in.l.nemo potest.ff.de legatis.1. Alciat.in. l. verba contraxerunt de verbo. significat.Paulus Castrens.in dicto consilio.330.cõstat enim in vltima voluntate contractum posse celebrari gl. Barto.Bald.Angel.Imol.Paul.Castren. Francisc.Areti.& alij. in.l.hæredes palam.§. vltim.ff.de testamen. Din.in. c. quod semel ad fin.de regulis iuris. libr. 6.Oldrad.consilio.114. factum est tale, quædam mulier colum.1.l.1.§.si assignare &.l.assignare. ff. de adlignan. libert. Ioan.Andrę.in.c.quanquam,de vsuris. libr.6. Barto.in.l. vnum ex familia. §. si de falcidia.ff.de lega.2.& in.l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de legat.3.Bal. in.l.Sancimus in fin. C. de testamen.& in.l. si mulier.ff.de legat.3. & in.l.si tibi §.1.in fin. ff. de pactis, & consil.14.Antonius.colum.1.libro.2.& consilio.24. præsupposito statuto libr.5.Ioan. Faber, in.§.1.instit.de leg.Lap.allegat. 91.in primis videndum colum.2.Alberic.Bald. Angel.Paul. Castren. Alexand. & Iaf. in.l.cum antiquitas.C.de testam. idem Alberic. in.l. hac consultissima, in fin. princip.C eod.titu.& in rubr.C. de donat. Antoni. consilio. 21. viso puncto, in prin.Imo.in .l.vt hæredibus, versi.Itẽ attende.ff.de leg.2.Card.Flo. cõsi. 125. respondeo ad primum in prin . Panor. consi.95.quædam domin.colũ.1.libr. 2. Ro.qui hanc dicit cõmunem opi. cõsi. 171.pro decisione col . vlti. Paul.Castr. cõsi.330. super primo quæsito post prĩ. lib.1.& consi.179. primo videndum est vtrum.eod.lib.1.& consi.381 , primo videndum est,qualis col.1. eod. libr.1.Et quidem hæc posterior pars,vt contractus testamento celebratus sit irreuocabilis , non secus quam si fieret extra testamentũ , verior est per regulã. c. ꝙ semel de regu.iur.in.6.l.sicut ab initio. C.de acti. & obliga. nec dubito quin in

Lex per mõdũ contractus facta fit incõmutabilis. 2

terminis.l.si auia.C.de iu.deliber.vbi si hæreditatẽ mihi relictã in meo testõ tibi legaui, ꝙ eã adire videor,vt ibi certe ea aditio,itq; quasi cõtractus inde resultãs irreuocabilis erit:licet postea testamentũ illud mutatsẽ, quod & sentit Deci.cõsi.45.quod s.mature & Bal.cõsil.280.libr.5. in ista inuestitura dũ allegãt.d.l.si auia, tam ipse Bal.quam Dec. Facit nam & si omnes leges & statuta sint cõmutabilia & reuocabilia sui natura.§.sed naturalia instit.de iure natu.l. omnes populi.ff.de iusti.& iure: tamen si fiant ꝑ modũ contractus,desinũt posse mutari,ita Deci.consi.292.& pro tenui nu.7.Bart.ĩ.l.oẽs populi,col.10.ver. & circa prędicta.ff.de iusti.& iu. Alex. consi.54.viso puncto colũ. pe. lib.4.& alij plures quos allegat Deci.vbi.s. Tenendo istam parte ad contraria potest responderi, quod procedunt, qn cõtractus fiebat in fraudem ipsius vlti. volũtatis: vt ea vltima volũtas sua natura relicta in alteram mentitam formã trãsmutaretur,veluti si dum testator incõmutabiliter vellet testari contra.l. si qs in principio testamenti.ff.de lega.3.l.si mihi & tibi.§.ĩ legatis.ff.de leg.2.Cũq; intelligeret per viam vltimę voluntatis id sibi non licere,adiecit, vt si quando id testam. mutatum inuentum fuisset, ex tunc ea bona hæredi scripto donata esse volebat , sicq; quasi in pœnã volũtatis mutandæ eum contractum faciebat:id quod vetitum est per totũ. C. &. ff.de his quæ pœnæ nomine &.§.fi. instit.de lega. id quod aduersatur etiam liberæ testandi facultati , quod similiter vetitum est.l.cum duobus.§. idem respondit.ff.pro socio,alias ĩcipit ea lex,si fratres.d.l.stipulatio hoc modo concepta. Item Doctores contrariam partem tenentes videntur loqui, quando is contractus erat simulatus,vel aliter diuersus ab eo,quod reuera agebatur.Cæterum si contractus sit licitus ,ac legitimus,licet in testamento factus irreuocabilis erit non secus,quam si fieret extra testamentum. Etenim quilibet contractus carebit effectu , si vel simulatus sit, vt per totum. C. plus valere quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

agitur, vel per dolum initus vt per totum.ff.&.C.de dolo. Idque non solum quando in testaméto fieret, sed etiam si extra testamen.vt.dd.ll.& in his casibus loquuntur Docto. contrariam partē tenentes, sicque his casibus ille contractus non ideo reuocabilis est, quod in vltima volūtate fieret, sed magis eo quod alias vicioſus erat. Aliud est em̄ quærere an contractus initio tenuerit, aliud vero an ex post facto per doli aut simulationis interuentum rescindi possit, vt in simili dixit iureconsultus in.l. Titius in pri.ff.de liberis & posthumis. Pro nobis optime facit, quod donatio causa mortis, & si sui natura reuocabilis sit per pœnitentiā nudā testatoris: tamen si inter donatorem & donatarium cōuenit, vt esset irreuocabilis, sic que veluti per viam meri contractus fiat, irreuocabilis manebit: vt tradunt Doctor. pręsertim Alexand. Iaſ. & Ripa post alios in.l.2.ff. de legat. 1. & Firmianus in repert. verb. donatio causa mortis, & tamen donatio causa mortis vltima voluntas reputatur vt. l. fin. C. de donatio. causa mortis. Et quod dixi mus, quod contractus factus in vltima voluntate desinit esse irreuocabilis rō ne simulationis, seu mentitæ assertionis, confirmatur exemplo quod à Valerio Maximo relatum est. c.2.li.8. Caius (iquit) Viselli9 Varro graui morbo cor reptus trecenta milia numum ab Octa 5
cilia, cum qua commercium libidinis habuerat, expensa fieri sibi passus est: eo ꝓsilio, vt si decessisset ab hæredibus eam summam peteret, quam legati ge nus esse voluit, libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando: deinde Octacilia fœneratricem agere cœpit, numos petendo, quos vt fronte in uerecunda, ita inani stipulatione captauerat, de qua re Caius Aquilius vir magnæ authoritatis, & scientia iuris ci uilis excellens, iudex aditus, adhibitis in consilium principibus ciuitatis prudentia, & religione sua mulierem repulit. Ibi ergo iuste contractus ille testamento factus & reuocabilis erat per ipsum testatorem, & per iudicem re-

Do.ca.mor. 3 cōueniri po test, vt fiat irreuocabilis.

uocatus fuit, non quidem eo quod sui natura, propterea quod testamento factus esset, reuocabilis videretur, sed magis eo quod vicium simulationis & mētitæ assertiōis habebat. Nā & ex facto habuimus quod admodū cuiusdā, diuitis canonici concubina, quæ cum itelligeret nullum ab eo sibi legatum, aut fideicommiſ. relinqui posse per.l.2. titul. de las herentias, libro. 5. ordin. & per.l.22. titul.3. libr.1. in eodem ordin. in fraudem illius legis effecit, vt canonicus ille fateretur mille se ei debere, eaque ante omnia ex hęreditate sua bonisque suis solui madauit, illaque debiti confessio cum inter prohibitos facta fuit, diximus nullius esse momenti: nisi aliter debitum reuera interfuisse probaretur, iuxta gloſſ. quam Decius ibi post alios ait communiter app. esse in l. si donatione. C. de collati. Tiraquel. in.l.si vnquā. C. de reuo. donat. verb. donatione largitus, nume. 19. & num. 20. & num. 45. Segura in.l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de legat. 2. num. 124, idem in.l. Imperator. eod. titul. nu. 88. Iaſ. in.l. frater à fratre. ff. de condi. in debiti, num. 44. lect. 1. In his ergo casibus & similibus, in quibus ꝓtractus seu confeſsio testamento facta vitium habent, reuocabiles erunt, non sic si vicio careant, tunc enim tā firmi erunt, quā forent si extra testamen. facti essent.
Deniq; quod diximus supra legem factam per modum contractus esse irreuocabilem, hinc apparebit, quid respō dendum sit in terminis. l.3. &. l.4. &. l.8. & fere per totum titul. de las donatio. lib.5. ordin. vbi per modum contractus Rex Henricus promisit, legemque hac de re fecit, vt in posterum nulli omnino populorum & aliarum quarundam rerum ibi contentarum alienarentur à se, aut à reliquis Regibus suis succeſsoribus, pollicitus & adiurans illud sixum æternumque fore in omni æuo valiturum. Sed certe quin ipse Rex Henricus illam legem postea mutare non posset, dubium non est. Sed in eo tātum quęstio relicta est, an ille cōtractus ab eo factus ligasset suos succeſsores

Confeſsioni à ꝓhibito ēt in vltia voluntate factæ non stat eū comuni.

Intell. tituli delas dona. lib.5. ordin.

ceſsores in dignitate, id quod negant, qui principibus nostris persuadēt quotidie populorum, & rerū similium alie nationes fieri, quam rem certis ex causis, quas aperire nolo, missam facio.

1 *Forum quis sortitur ratione contractus cum communi.*
2 *Gabella impoſita contractibus debetur etiam à forenſi ibi loci contrahenti.*
3 *Remiſsio an habeat locum in contractibus saltem ex nimia rei contumacia? quæstio ingens.*
4 *Remiſsio an habeat locum in contractibus? quando priuilegio fori fuit à contrahentibus renuntiatum? quæſt. egregia.*

1 EORENSIS cum facit contractum in alienа iurisdictione, dubiū esse solet an ibi sortiatur forum ratione contractus? & Barto. in.l. cunctos populos, nume. 23. cum præced. et sequen. C. de summa Trinita. sentit, quod sic, expreſsius Iaſ. ibi, nume. 56. Bald. in.l. 1. in. 4. quæstio. C. de contrahenda emptio. Et plus dicunt Bald. in. d. 4. quæstio. & ibi dem quæstio. 5. & Iaſ. vbi. supra ꝙ Bald. & Salicet. in.l. multum interest. C. si qs alteri vel sibi, quod quantum ad gabel lam idem est, nam etiam forenses dum contrahunt in aliena iurisdictione ibidē tenētur soluere aut pręstare gabellas ibi impositas, nec excusātur eo prętextu, quod sint forenses, non magis q̄ si subditi essent, aut cōciues illius oppidi, vbi contraxerūt, arg. l. hæres absens. in pr. ff. de iudi. c. Romana. §. contrahēntes. de foro cōpe. lib. 6. l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorū, vbi Bald. idem tenet, quia quod iudicatur de principali cōtractu, idem quoq; de accesſorio iudicandum est, vt. dd. ll. &. l. si quis hęres institutus ex parte. ff. de acq. hær. facit. l.3. §. fi. ff. de iniu. rup. & ita quotidie iudice me obseruamus quo ad pragmaticam lanarum editam anno. 1560. & in reliquis omnibus vectigalibus ad censum regium ſpectantibus, nam Genuēſes, Italı, Burgūdiōes, Angli, Siculi, Lusitani, & reliqui omnes hac in re eiusdem iuris sunt, cuius & Castellani (&

Forū qs sortiti rone cōtractus cū communi.

2 *Gabella impoſita cōtractibus debetur ēt à forēſi ibi loci cōtrahenti.*

interdum acrius exiguntur) huiusque rei ratio illa esse videtur, quod talis gabella non tam in personas vel res appoſita videtur, quam in ipsum locum vel solum, quod omnibus non solum hominibus, sed etiam reliquis animantibus cōmune esse videtur, vnde Ouidius ait,

Omne solum forti patria est vt piscibus æquor

Cum autem forensis puta Hispalensis contraxit Toleti, non est necesse, vt ad locum contractus remittatur per iudicem loci illius, vbi ipse habebat domicilium ex regula generali, quę habet ꝙ non habet locum remisio in cōtractibus, ita tenent Bar. in.l. hæres absens. §. 1. ff. de iud. & Doct. cōmuniter in. c. Romana. §. contrahentes, de foro cōpetē. lib. 6. Bar. in.l. sicut. §. fi. ff. de accu. sequitur, & dicit cōmunem op. Marian. in. c. dilecti, col. 22. de foro cōpeten. Iaſ. in.l. 1. 4. not. ff. de eo quod certo loco, sequitur, & dicit cōmunē opi. Bernar. Diaz in reg. 642. qui generalius aiunt huiusmodi remisionem locum non habere in ciuilibus, sed tātum in criminalibus. Contrariam partē, vt etiā in ciuilibus habeat locum remisio ex nimia cōtumacia rei, tenet Bal. nu. 8. in.l. consentaneum. C. quomodo & qn̄ iudex, sequitur Barba. in addi. ad eund. Bald. qui alios allegat, dicit esse cōmunem opini. Lancel. in. d.l. hæres absens. §. si quis tutulam. sed sane vtraq; sententia defendi potest, vt prior ꝓcedat regulariter, posterior vero ex nimia, & temeraria rei cōtumacia: nam talis iam delictum esset non contemnendū, sicq; in ea remisio nō aliter atq; in reliquis delictis locum haberet per. d.l. consentaneum.
Limita, vt etiam in ciuilibus locum habeat remisio, quando in contractu renuntiatum fuit priuilegio fori, sicque si ciuis Hispalensis Salmanticę, contraxisset ibiq; priuilegio fori renuntiasset, & cum ibi ab actore cōuentus esset in absentia. i. cum actor ibi libellū petitionis porrexisset, petijsſetq; ab iudice Salmanticensi, vt literas suas misisset ad iudicem Hispalensem, quibus continere tur, vt Hispalensis iudex illum reū re-

3 *Remiſsio an habeat locum ī cōtractibus saltē ex nimia rei cōtumacia? q̄ ſtio ingens.*

4 *Remiſsio an habeat locū in contractibus qn̄ priuilegio fori fuit à contrahēntibus renūtiatū? quæſt. egregia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitteret ad locum contractus, vel com pelleret, vt eo mitteret suum procuratorẽ cum idoneo mãdato ad agendum super illa causa, quod tũc iudex Hispalensis sic requisit9 id, vti ita fieret, cura re deberet, ista est cõmunis opin. quam tenet glos. in. l. 1. verbo pro non dato. ff. si quis in ius vocatus non ierit, quã ibi cõmuniter sequuntur Bart. & alij idem Bart. in. d. l. hæres absens. §. 1. vbi Ias. ait esse cum gl. cõmunem opi. sequitur, & dicit esse cõmunem opi. Bernar. Diaz de Luc. in. d. reg. 642. Bald. in. l. cum archimedorã. C. vt in posse. legatorum Romanus sing. 279. regula est, Abb. in c. f. col. 12. qui sũme. d. gl. cõmendat, de foro cõpetenti Soci. reg. 336. remisso. Barb. in. d. c. fi. col. 19. Feli. ibid. colũ. 12. vers. 3. fallit, estq; cõmunis opi. cum illa gl. secundũ Alex. in. d. l. 1. ff. si quis in ius vocatus, nu. 8. Ias. in. l. 1. col. 2. ff. de eo q̃ certo loc. Ias. in. d. l. 1. si quis in ius voc. nu. 9. qui hanc dicit cõmunem vbi Alberic. ait, quod vsus iudiciorũ hoc probat, & ibi Roma. Bal. in. c. prẽterea. col. fi. de offi. deleg. Ias. in. l. si cõuenerit, nu. 4. ff. de iurisdict. om. iud. vbi. d. gl. dicit vnicam, & fing. hanc tamen opinionẽ vsibus forẽsibus nõ esse cõmuniter receptam firmant Alex. vbi. s. nu. 8. idem firmat Iacob. de Sancto Georgio, in. d. l. hæres absens. §. 1. nu. 9. vbi ait illam gl. cõmuniter in practica nõ seruari, & illã gl. vsibus forensibus minime admissam esse tenet, ac firmat Imola, in. d. c. f. de foro cõpet. & cõtra eam tenet etiã Ange. in. d. l. hæres absens. §. si quis tutelam, nu. 4. qui nominatim reprobat cõtrarium tenentes, idẽ tenet Ioan. And. in. d. §. contrahentes. per tex. ibi, & Fulgo. in. d. l. 1. si quis in ius voca. non ierit, & ibi Ang. & secundum eum idem sentit gl. in. d. §. si quis tutelam. Sed quidẽ superior cõis opi. satis defendi potest p tex. in. d. l. 1. ff. si quis in ius voca. iuncta. l. pen. C. de pact. l. si quis in conscribendo. C. de Episcop. & cleri. cum similib.

1 *Locatio an exigat mercedẽ in pecu. nu. ĩgẽs pugna.*
2 *Pecunia trifariam dicitur.*
3 *Intell. l. naturalis. §. at cũ do. ff. de præs. verb.*
4 *Locatio iure regio exigit mercedem in pecu. nu.*
5 *Locator rem vendendo eludit conductorem.*
6 *Maioratus successor non tenetur stare colono.*
7 *Successor indigni non tenetur stare colono.*
8 *Locator si obligat rem suam postea alienando non eludit conductorem cum communi.*
9 *Locator obligans res suas generaliter an possit alienare in necem conductoris?*

Locatio an exigat mercedẽ in pecu. nu. ingẽs pugna.

LOcatio & conductio esse nõ põt sine mercede certa, quę cõsistat in pecunia numerata, hæc est cõmunis opi. quam tenent gl. & ibi cõmuniter Doct. in. l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscr. verbis, Alex. ĩ. l. si pecuniam, nu. 10. ff. de cõd. caus. data, & ibi Ias. nu. 4. gl. & ibi fere oẽs, ĩ. l. 1. §. si quis seruũ per tex. ibi. ff. depositi gl. & communiter Docto. in pr. insti. de locati. & conductione. verb. si merces. gl. & ibi cõiter Doct. in. §. fi. insti. de mãd. gl. & cõiter Doct. in. l. 2. ff. locati & vltra gl. ĩ. d. §. at cum do, verb. pecunia, quã. s. allegaui, est ibi alia gl. in verb. si res, glo. in. l. si vir vxori. ff. de don. inter vir. & vxo. gl. & cõiter Doct. ĩ. l. si olei. C. de loca. præsertim Bar. Bal. Ang. Sali. & Fulgo. ibi Theophil. in pr. insti. de locati. idem in §. 1. eod. titul. est cõis opin. secundũ Pinellum de resc. vẽ. in rub. part. 2. ad finem, licet ipse cõtrarium teneat: dicit etiam esse cõmunem opi. Ioan. Corra. Miscellanearum libr. 2. c. 11. licet & teneat contrariũ. Et cõmunẽ tenet Azo in summa. C. locati, in pr. & Ang. in pr. insti. eo. tit. vbi cum gl. idẽ tenente trãseunt simpliciter Ioan. Fa. & Nicol. de Neap. Christopho. Portius, & Ias. Pet. Bellaper. Aemilius, & Ferrarius, & alij. Contra quam cõmunẽ opi. nouissime insurgunt Corras. & Pinellus (neq; iniuria, vt nobis videtur) vbi. s. sed & Salicetus vacillat. in. d. l. si olei, licet cõmunẽ Gomezius, de cõtractibus. c. 3. nu. 3. Pro hac vltima opi. contra cõmunem adducitur primo. d. l. si olei. 2. l. & hæc distinctio. §. fin. ff. locati. Tertio. l. licet. C. eo. ti. Quarto. l. excepto. eo. ti. Quinto. l. si merces. §. vis maior. ff. eod. Sexto §. adeo. insti. eod. tit. Septimo. l. si vir. ff. de don. inter vir. & vxo. Octauo. l. 2. ff. locati, & in pri. insti. eod. iuncto. §. precium, &. §. item precium. inst. de emp. & vendi

& vend. nam. dd. iura in emptio. & vẽditione precij interuentũ desiderãt, at in locatione, & conductione mercedẽ certã exigũt, non autem precium, eo q̃ precium ad pecuniã numeratã referatur, merces aũt etiã ad alias res. Quinimo si merces in pecunia numerata necessario interuenire deberet, iam idem esset quod preciũ, nec esset cur diuersis nominibus nũcuparẽtur cõtra. l. si idẽ, C. de codicill. Nono. l. fi. C. de prędi. de curi. l. si cõuenerit. ff. communi diuid. verb. cum merces nõ interceſsit. Quorum iurium inductionem ideo præter misi, quod facilior est, quam lõga persuasione egeat. Tenendo istam partẽ, contra cõmunem ad tex. in. l. 1. §. si quis seruum. ff. depos. & ad. l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscri. verb. dum aiunt, in locatione oportere iteruenire pecuniam, respondetur pecuniæ appellationẽ trifariam accipi, stricte, large, & largissime: stricte p̃ sola pecunia numerata, large pro rebus quæ põdere numero mẽsuraue cõstãt, largissime p̃ quibuslibet oĩo rebus. l. pecuniæ noie. l. pecunię appellatiõe. l. pecuniæ ỹ bũ. ff. de verb. sig. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. gl. in. l. 2. ver. pecuniæ. C. de cõstit. pec. per tex. ibi vbi optimus tex. quid ergo mirũ si ea iura dũ pecunię mentionem faciunt, nõ ad pecuniam tantũ numeratã sed etiam ad alias res, in quibus merces cõstitui põt, referãtur? quinimo iustius est, vt ex tribus sensibus seu pecunię significatibus. s. memoratis pecunia in re dubia nõ ad duas extremas significationes, sed potiꝰ ad mediam referatur: vt sic nec pro pecunia numerata, nec p̃ qualibet omnino re, sed p̃ ea req; ponere numero mẽsuraue cõstat, accipiatur, arg. l. si patersa. & l. & hoc Tiberiꝰ. ff. de hęre. inst. Quinimo text. in. d. §. at cum do, vbi repositum est potissimum fundamẽtum eorum qui cõmunẽ opi. tuentur, si recte accipiatur, nostram potius quam cõmunem probat sententiã in verb. si res sit, iũcto verbo pecunia. Nam ibi fit differentia vtrum si dedi tibi aliquid vt tabulam depingeres, id q̃ dedi consisteret in pecunia an vero res esset: nã si pecunia erat, tunc erit cõtractus locationis, sin autem res erat, esset contractus innominatus do vt facias, rei autem appellatione licet large omnia omnino cõprehendantur text. cum glo. in. l. 2. C. de non nu. pe. l. 1. vbi p̃ Bar. & omnes. ff. si cer. pet. tamen plerunq; sumitur pro specie ad differentiã generis, specię autem more iure cõsultorum accipere debemus, veluti equũ, bouẽ, Stichũ, vas aureũ, argẽteũ, ęreũ, lancem, vestẽ, & similia. Genus autẽ accipere more iureconsultorũ debemus pro illis rebus quę põdere, numero, vel mensura consistunt, vt isthęc probantur ac tradũtur, in. l. 2. §. mutui. ff. si cert. pet. in tex. gl. & per Doct. & in. l. plane. 1. §. si eadẽ res sępius, cũ. §. seq. ff. de leg. 1. Ergo in. d. §. at cum do, iureconsultus ait quod si rem. i. speciem, puta bouẽ, lãcem aũt seruum dedi tibi, vt tabulã pingeres, ĩnominatus cõtractus est, nõ locatio, quod si pecunia (. i. id quod pondere numero mẽsuraue cõsisteret) tũc locatio esset nõ cõtractus ĩnominatus, & quidẽ ne iureconsultus ibi turpiter diminutus videatur, agnoscẽdũ necessario est, quod ibi pecunia sumatur p̃ qualibet re generica. i. cõsistente in põdere, numero, vel mensura, ne ille iure consultus dum plenam distinctionem nobis tradere vellet, videreꝰ dissensisse casum traditę rei. i. speciei, & casum traditę pecuniæ numeratę, & turpiter oblitum fuisse de reliquis rebus seu generibus, quæ consistunt in pondere, numero vel mẽsura. vnde opportune gl. in. d. §. at cũ do, cũ qua transeunt Doct. cõiter ibi verbum res accepit pro specie, qualis est asinus, seruus, vas, vt si creliqua omnia genera sub verbo pecunia ibi posito comprehendi videantur, vt sic dum tex. ait, quod interueniente pecunia locatio fit, perinde sit, ac si diceret, quod interueniente quacũque re quæ pondere numero, mensuraue consistat fit locatio, & est nostrũ inuẽtum. Nec mediocri teneor admiratione, q̃ strenuus Pinellus vbi. s. pro cõi op. alleget. l. insulã. ff. de præscr. ỹ b. & pluribꝰ ỹbis ab ea se expedire conatus, vix po-

Pecunia trifariã dicit. 2

Intellectus l. naturalis §. at cũ do. ff. de præscr. verb. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuerit euadere cum.l.illa nihil ad rẽ per tineat: nam in cõtractu locationis non ſufficit, quod merces interueniat, niſi & ea certa ſit: puta certa pecũia numerata, certi corbes frumenti vel vini, certus modus aut amphoræ, vt in pr. inſt. de locato.l.2.ff.eod.d.§.ſi quis ſeruũ.cũ ſimi.ſ.allegatis tradũt cõiter Docto.in dictis locis Bar.& cõiter Docto.in.l.2. in pr.ff.ſi cer.pet.l.1.tit.8.part.5.l.fi.ti..6. ead.par.Modo ſic in.d.l.inſulam, inſulã tibi dedi, vt aliam meã mihi reficeres, nominatus ꝓtractus eſt, inquit iurecõſultus nõ locatio. Sed quare non locatio putat Pinellus, eo ꝙ merces, quę ibi interfuit non conſiſtebat ī pecunia numerata, vel eo quod contrahentes contractum venditionis ibi expreſſerunt id, quod ſane nihil inſtruit, ſed ibi merces erat incerta inſpecta legis cenſura. Quia quanti valoris eſſet domus, quã tibi pro refectione alterius domus dedi, incertũ eſt prima inſpectione, licet poſtea certificari poſsit, & pecũia ęſtimari.d.l.2.C.de conſti.pec.& præterea ibi merces non coſiſtebat in re generica (quod ad formam locationis neceſſarium eſt) ſed cõſiſtebat in ſpecie.ī.in domo, quo caſu innominatus contractus eſt, do vt facias, vt ibi &.l. naturalis.per totam, eo.tit.&.d.l.fi.ti.6.part.5. pulchre per Bar. quem ſequuntur cõiter Docto.ibi in.l.2.in pr.nu.4.ff. ſi cer. pet.Deniq; hæc opi.quam contra communem tuemur, ab orbe fere vniuerſo recepta eſt, nam domini fundorum eos locare plerunq; ſolent pro certis annuis penſionibus, ſeu mercedibus in frumento, vino, oleo, aut ſimilibus longe frequentius cõſiſtentibus, quam cõſiſtentibus in pecunia numerata: & tñ quaſi pro comperto, & indubitato habent eſſe cõtractũ nominatũ locationis, nõ autem contractum ĩnominatũ: ſicq; in eo non eſſe locum pœnitẽtiæ.

Locatio iure regio exigit mercedem in pecu.

4 Et vſibus forenſibus nuſquam aliud vidi, aut audiui. Agnoſco tamen iure regio communem ſententiam approbatam eſſe per.l.1.titul.8.par.5.& facit.l.3. verb.precio &.l.4.verb.precio &.l.16. ỹb.precio.eod.titu.&.l.fin.ti.6.par.5.

5 Is autem conductor regulariter expelli põt à re conducta per eum, cui locator etiam poſtea vẽdidit.l. emptorẽ. C.locati.l.19.tit.8.par.5.Id quod poſſet etiã facere ſucceſſor maioratus, nã expellere poteſt conductorẽ fundi maioratus, vt plene reſoluit Greg. Lup. in.l. 2.tit.8.par.5.arg.d.l.19.&.d.l. emptorẽ. Neq; ad rem pertinet, quod hæres vniuerſalis expellere non poſſet.l.viam.C. locati.l.hæredi.l.ex qua perſona, & ibi Deci.& Mainer.de reg.iur.ff.d.l.2.titu. 8.par.5.l.7.ti.17.lib.3.fori, nã illud ideo, quia hæres vniuerſalis cauſam habet à defuncto, ideo eius factum pręſtare debet, vt.dd.ll. Diuerſum eſt in ſucceſſore maioratus antiqui, qui non videtur habere cauſam ab imediato prædeceſſore, ſed à primo fundatore.l.vnum ex familia.§.ſi de falſidia.ff. de leg.2. Qua ratione idem quoq; eſt in prælato, qui prædeceſſoris colonũ põt expellere p d.l.emptorem, vt ex cõmuni opi.reſoluit Lupus, vbi.ſ.Rom.& Alexã. nu.22. in.l.cum filiofa.§.ſi vir.ff.ſol.matr.Couaſſru.lib.2.reſol.c.15.Soci.conſi.34.nu. 4.lib.3. Sed emptor colonum expellere non poſſet, quãdo venditoris eiuſdẽ quę locatoris bona obligata fuiſſẽt Bar to.in.d.l.emptorem, nu.2. quem ſequũ tur ibi Bal.& Salice. eandem opi.tenet idem Bart.in.l.1.in.§.quod autem.ff.de ſuperficie idem in.l.qui fundũ.ff.locat. & ibi Paul.de Caſtr. & Salice. nu. 3.idẽ Bart.in.d.§. vir quinquenniũ, nu.2.quẽ ſequit ibi Paul.de Caſt.& Ioã.de Imol. nu.8.Rom.nu.13.Alex.nu.3.Rota in deciſio.861.ĩ antiquis ſecũdũ antiquã imprelsionẽ, et ſecũdũ nouã ĩ deci.1.ĩ tit. de loc.Gui.pap.dec.480.Steph.Aufre. in deciſi.capellæ Toloſanæ. 420.Abb. in.c.querelam,& ibi Ana.nu.9.ne prę-lati vices ſuas.Imola,Aret.& Alex.nu. 5.in.l.qui abſenti.in.§.1.ff. de acq.hære. quam opi.ſentit gl.in.l.nihil.§. fi.in gl. fi.ff.de lega.1.pro qua eſt tex.in.l. ſi creditor.in.§.vlti.ff.de diſtract.pigno. tex. in.l.67.in fi.tit.5.part.5.& in.l.2.in fi.tit. 8.part.5. Qua de re per Bal. conſil. 255. Abb.lib.1.Franciſ.Cur.Senior.conſ.10. eccleſia.Franciſquinus Curt.conſi.45.

habita

Locator rẽ vẽdendo eludit cõductorem.

Maioratus ſucceſſor nõ tenetur ſtare colono.

Succeſſor in dignitate nõ tenetur ſtare colono.

Locator ſi obligat rẽ ſuam poſtea alienando nõ eludit conductorẽ cũ cõmuni.

8

habita diligenti li.2.Alex. conſil.118.in caſu.lib.5.Ancha.conſil.116.ſecundum ordinem.Zabarela conſil.95. ad primũ videtur.Maria.Soci. conſi.15.adſit.Bartholo.Socin.conſi.17.proſequendo,libro.3.Fulgo.conſi. 126. reuerendus Ludouic.Roma.conſ.309.videtur, Dominicus de Sancto Geminiano, conſi.17. pro declaratione, Bal.conſi.182.locata, part.1. hanc etiam opin. tenet expreſſe Montal.in gl.l.19.tit.8.par.5.& in gl.l.7. tit.17.lib.3.fori.Angel.in conſi.2.nu.12. & in cõſi.245.nu.6. Guid. Papa in ſing. 719.& in conſi.129.nu.2.Hipol. in ſing. 321.Alex.in cõſi.118.nu.20.vol.5.Corſ. in ſingul.in verb.pactum ſi propter obſeruantiam.Stepha.Bertrã.in cõſi.143. nu.12.volu.1.primę impreſsionis And. Barba.in cõſi.36.nu.22.col.9. vol.2.Ferdinan.Loazes,in repet. l.filiusfa.in.§.dui.nu.441.ff.de lega.1.Fabia. de Monte in tracta.de emptio.& vend.in.22.q.4. q.principalis.nu.36.Iaſ.in.l.quoties.nu. 29.C.de rei ven.& Bar.in.d.l.emptorẽ. ait, ſe ita ex facto habuiſſe & obtinuiſſe, iubetq; perpetuo hãc rem menti teneri, nec cuiquã id nouũ videri debet: nam ſecundum naturã eſt cõmoda cuiuſq; rei eum ſequi, quem ſequũtur incõmoda.l.ſecundum naturã.ff. de reg. iur. & onera ſequũtur rẽ ad quemcũq; tranſeant.l.vitia.C.de acq.poſſ.§.furtiue.inſti.de vſucapionibus.l.1.l.pro hæreditariis.C.de hæredi.acti. præſertim in ſpecie noſtra, in qua emptor cauſam habebat ab vẽditore, qui onus illud hypothecæ rei venditæ impoſuerat, ergo &c.vt in.l.2.§.ex his.ff.de ver.oblig.iũcta.d.l.ſi creditor.§.fi.ff.de diſtract.pigno.Deniq; id intelligitur, quod procedat nõ ſolum quãdo hypotheca eſt ſpecialis, verũ etiam qñ eſt generalis, licet Ioan.de Imol. teneat cõtrarium, in l.qui abſenti.in.§.ſi quis poſſeſsionem. nu.3.& ibi Ro.nu.3.ff.de acq.poſſ.Petr. Rebuf.in gl.ad conſti. regias Galliæ, in 2.par. in tracta.de conſtit.redituũ, glo. 14.nu.10.pag1.412.& expreſsius hoc tenet Alex.in.d.§.ſi uir in quinquẽnium, nu.4.in fi.Iaſ.in repet.l. filiusfamilias.in §.diui.in.1.lect.nu.92.ff.de leg.1. Rode.

Locator obligans res ſuas generaliter an poſsit alienare in necem cõductoris.

9

Xuarez,in.l.poſt rẽ iudicatã.in.§.1.limita.fol.138.nu.8.ff.de re iud. Imo.& Pau. Caſt.in.d.§. ſi vir in quinquenniũ, Sali. in.l.qui fundũ.ff.locati, per tex. ibi Iac. Butrig.in.l.ſi merces.§.1.eod.tit. Salic. in.d.l.emptorẽ.C.locati,id quod ſentit Barto.ibi dum ait emptorem hoc caſu non poſſe expellere colonũ donec ſibi præſtetur intereſſe. Facit etiam quod tradunt Iaſ.& alij cõiter ī. l. quoties.C. de rei vendi.dum aiũt, quod licet regulariter is cui priori res vendita tradita fuit, pręferatur ei, cui priori vẽdita antea fuerat, ſed non tradita: fallit tamen, qñ illi priori fuerat ea res obligata, nã tunc præfertur poſteriori, cui prius tradita fuit. Et quod in nro caſu ſufficiat obligatio generalis bonorũ, verius eſt prout hanc opin.tenet.Paul.Caſtr.in.l. nihil.§.vlti.ff.de leg.1.eandẽ tenẽt Bar. & Sal.in.d.l.emptorem, idem Bar.in.d. l.q fundũ.ff.locati, & ĩ.d.§. ſi vir ĩ quinquenniũ, & in.d.l.1.ĩ.§. quod autem.ff. de ſuperficie.Pau.de Caſt.in.l.merces, in.§.1.ff. locati. & per eũdẽ expreſſe in l.ſi ita quis.in.§.ea lege.ff.de ỹb. oblig. vbi Iaſ.Angel.Are.in.§.fi.nu.5.inſtit.de loca.Ang.de Peru.in conſil. 245. nu.6. Corne.in conſi.6.nu.3.vol. 4. Socin.in conſi.90.nu.1.vol.4.Hanc op.dicit eſſe cõm.Ferdi.Loazes,in repe.l.filiusfamilias,in.§.diui.nu.441.ff. de leg.1.eandẽ dicit eſſe cõm.Anto.de Fano. in tract. de pigno.in.2.part.principa.in prin.nu. 6.Eandem etiam dicit eſſe cõem.opin. Hiero.Gratus,in cõſil.95.nu.12.volu.1. D.de Couaſrub.in lib.2.variarũ reſolu. c.15.nu.3.quam opi.tenet expreſſe.Carolus Molin.in conſuetu.Pariſien.§.30. q.23.nu.93.Ludouic.Gozadi. in conſil. 24.nume. 9. eam dicit eſſe cõem Ioan. de Amicis, vbi notabiliter hoc declarat in conſi.113.nu.7.Bald.conſi. 182. locata.lib.1.Lud.Rom.conſ.309.videtur, Soci.conſi.17.proſequẽdo,lib.3. deniq; etſi pleriq; doctorũ, dũ ſimpliciter loquuntur, ſibi ipſis pugnare videantur: tñ ita conciliandi ſunt ex mente Alex. in.d.§.ſi vir, vt hoc caſu colonus expelli nõ poſsit, niſi ſibi præſtetur intereſſe: cęterum emptor non teneatur præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cise ad patientiã, argu.l. Paulus, aliâs Sẽ pronius.§.pignoris.ff.quib. mo. ius vel hyp.sol.l.qui fundum.ff.locati. Cęterũ si præter hypothecam etiam fieret pactum de non alienando, tunc etiã prẽcise emptor teneretur ad patiẽtiam, vt ex cõmuni opi. resoluunt Alex.in. d.§. si vir, col.2. Couasr. & alij cõiter vbi.s̃.

1 *Mercedis remissio fit propter sterilitatem.*
2 *Sterilitas iudicanda secundum vulgi opinionem secundum communem opi..*
3 *Sterilitas iudicanda, ad similitudinem læsionis vltra dimidiam secundum communem opinio.*
4 *Sterilitas iudicãda qñ res locãda nõ produxit dimidiã partẽ fructuũ, quos ãtea solebat secũdũ cõem op.*
5 *Casuum renuntiatio fit in locatione, cum cõi.*
6 *Casuum fortuitorum renuntiatio quid comprehendat egregium certamen.*
7 *Casuum fortuitorũ in renũtiatione q̃ specifica enumeratio requiratur in iudiciis. Speciale est cum cõi.*
8 *Generalitas id operatur quo ad omnia, quod specialitas quo ad singula, cum communi.*
9 *Casuũ fortuitorũ renũtiatio vt accipiat̃ iure regio.*
10 *Conductor si duplo plus percepit ex fundo quam solẽne erat, an mercedẽ duplicare teneatur? not. qstio.*

Mercedis remissio fit ꝓpter sterilitatem.

1 IN cõtractu locationis, & conductionis fit remissio mercedis propter sterilitatẽ. l. si merces. §. vis maior. ff. locati. l. si vno. §. cũ quidam. l. ex conducto. 5. si vis. eo. ti. l. licet. C. eod. c. propter sterilitatem de locato. l. 22. & l. 23. ti. 8. par. 5. sterilitatem vero quẽadmodũ accipere debeamus in varias sententias itũ est: prima enim est opinio existimãtiũ, tunc adfuisse videri, cum secundum vsum & consuetudinem illius loci, oppidi, vel regionis, vbi res agebatur, vel annus ille sterilis iudicaretur, ex cõi & vulgari hominũ illius loci vel regionis opinione, vel cũ saltẽ iudicarẽt in fundo illo, quo de ageretur sterilitatẽ adfuisse, ita sensit gl. in. d. l. licet, gl. in. d. l. si vno. §. 1. Gofred. Hosti. Ioan. And. & alij cõiter secundũ eund. Ioã. And. in. d. c. propter sterilitatẽ est cõis op. secundũ Corn. consi. 128. videtur primo aspectu, nu. 26. libr. 2. & hanc sequitur ac dicit cõem opi. Greg. Lup. in. d. l. 22. in gl. mag. licet etiam firmet hac in re esse alias duas cões opin. Mouentur, quia iura. s̃. allegata hac in re iubẽt remissionẽ mercedis propter

Sterilitas in dicãda secũdũ vulgi opinionẽ secũdũ cõem opinio.

2

sterilitatẽ fieri debere, nec declarant, qñ videatur adesse sterilitas, ergo id reliquisse videntur arbitrio boni iudicis, argu. l. 1. ff. de iure delib. iudex autẽ iuxta vulgarem hominũ opinionẽ illius regiõis, vbi res agebatur id iudicare debet arg. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legat. 1. & ita etiam sentiũt Imola, in. d. c. propter sterilitatem, & Fulgosi. in. d. §. vis maior, & Corne. vbi. s̃. etenim vero simile est contrahentiũ voluntates ad vsum cõem illius regionis, vbi res agebatur, respexisse. d. l. si seruus pluriũ. §. f. Lita stipulatus magna. ỹ. f. Sabinus. ff. de ver. obli. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. vnde cum ipsi vel scirẽt, vel scire deberent remissionem mercedis fieri debere propter sterilitatem, nec ignorare deberẽt sterilitatẽ adesse, vel non adfuisse secundum consuetudinẽ regionis iudicandam fuisse, voluntatẽ suam ad talem consuetudinẽ non possunt non videri accommodasse: & ita etiam esse videtur de mente Bart. in. d. §. vis maior, & est communis opinio. secundum Salicet. in. d. l. licet.

Sterilitas in dicãda ad similitudinẽ læsionis vltra dimidiã secũdũ cõem opin.

3 Altera fuit opinio existimantiũ sterilitatem adfuisse videri, cum semine, & expẽsis deductis tãta penuria fructuũ maneret, vt si integra pensio præstaretur, conductor lęsus videretur vltra dimidiam: veluti si vt plerunq; Hispaniæ fit, conduxi fundum tuum, ita vt decẽ corbes frumenti tibi darem pro annua pensione, deductis ergo semine & expensis, quatuor tantũ corbes mihi manebant, certe si integram pensionẽ decem corbium præstare deberẽ, iam vltra dimidiam lęsus manerem, sicq; fieret mercedis remissio. Ita tenent Bart. in. d. l. licet. C. locati, vbi ait se nũquam dixisse nisi tunc, sequuntur Bald. ibi & Cinus, post Iac. de Rau. & Pet. de Bellaper. ibi, idẽ Bar. in. l. si vno. §. vbicũq; ff. locati. hanc dicit cõem opin. Grego. Lupus in. d. l. 22. in gl. mag. hanc etiam firmat esse receptiorem sentẽtiam Pinellus de rescind. vend. par. 1. c. 3. nu. 22. cum seq. Anto. & Imo. in. d. c. propter, Paul. in. d. l. ex conducto. §. si vis, num. 5. Anto. Gomezi. de contracti. c. 3. nu. 18.

Corne.

Corne. d. consi. 128. nu. 26. est cõis opi. secundum Gigantẽ de pensioni. q. 66. nu. 17. dicit cõem Areti. consil. 52. nu. 2. Anto. Capitius decisio. 88. nu. 1. Pau. in d. §. vis maior, Soc. Iunior, consi. 68. nu. 9. Hierony. Gratus, consi. 161. nu. 5. lib. 2. aliqua per Deci. cõsi. 312. licet hactenus in pr. Ananias consil. 74. visis, Rom. cõsi. 432. & consi. 178. Ancha. consil. 402. pluribus, Bald. consi. 434. pactum inter locatorẽ, lib. 2. mouentur, quia locatio, & cõductio simillima est emptioni & vẽditioni. §. adeo, iſti. de locati. & cõductione. l. 2. ff. eo. tit. & ista remissio mercedis similima est remissioni seu emendationi, quæ fit in emptione, & venditione per. d. l. 2. C. de resci. vẽdi. & cum iure cautũ nominatim sit remissionẽ mercedis faciẽdã, nec satis expressum fit, ad quem modum seu mensuram facienda sit, & à proximiore ac viciniore legum decisione exemplum sumendum sit. l. quęritur. ff. de statu hom. l. nõ possunt. l. neq; leges. ff. de legibus, certe nulli alteri materię vicinior ac similior est locatio & cõductio, quam emptioni & venditioni.

Sterilitas in dicãda qñ res locata nõ produxit dimidiã ꝑtẽ fructuũ, quos antea solebat, secũdũ cõem op.

4 Tertia fuit opinio tenentium, sterilitatẽ tunc demum adfuisse videri, cum cõductor non percepit dimidiã fructuũ eorũ partẽ, qui ex tali fundo colligi solebãt: ita sensit gl. in. l. si vno, in pr. ff. locati, quod placet Imolę in. d. c. propter sterilitatem, & Baldo in. d. l. licet. & est cõmunis opi. secundum Grego. Lupũ in. d. l. 22. in gl. mag. in. 2. op. ibi relata & in hanc magis inclinat Corne. d. consi. 128. col. pe. & fi. qui etiam hanc dicit esse cõem opi. tenet Ant. in. d. c. propter, Azo in summa. C. de locati. & conducti. & in hanc partem inclinat Fulgosi. in. d. §. vis maior, tracta similitudine de locatione & cõductione ad emptionẽ iuxta. d. l. 2. C. de rescin. vend.

Quarta opi. fuit, vt tunc demum sterilitas adfuisse videatur, cum nulli omnino fructus percepti fuerunt, ita tenent Bar. in. d. §. vis maior, intelligendo nullos fructus, quando deductis expensis nihil omnino fructuum manebat, sentit gl. in. d. c. propter sterilitatẽ, sed ista est contra. d. c. propter, secundũ Abba. ibi & secundũ Grego. Lupũ vbi supra. Quid dicẽdum? & sane si nihil omnino fructuum perceptum est, fit remissio totius mercedis. l. ex conducto. §. si vis. ỹ. sed si labes. ff. locati. l. 22. ti. 8. par. 5. quod si fructus perceptisunt, sed tam pauci vt non ascendant, vel non egrediantur modum seminis & expensarũ, fit similiter remissio totiꝰ mercedis. d. §. si vis, &. d. l. 22. quod si fructus percepti sufficiunt ad semen & expensas, & præterea supereſt aliquid, tũc aut illud ascendit vsq; ad dimidiam pactæ pensionis, vel vltra, aut nõ ascendit vsque ad dimidiam. Primo casu procedit illa cõis opi. quã supra secundo loco retulimus, vt nõ fiat vlla mercedis remissio, quia modica lęsio tũc esse videtur, quę in contractu locationis non consideratur, vt in. d. §. vis maior, & in. d. l. si vno, §. cum quidam, & quia ad hãc similitudinẽ procedimus in contractu emptionis & venditionis vt ĩ. d. l. 2. C. de resc. ven. cui locatio simillima est. d. §. adeo, inst. de loca. & conduct. l. 2. ff. eo. tit. & quia cum isto modico damno compẽsare cõductor debet immodicũ lucrũ, quod sibi habiturus foret, si res bñ cessisset, vt. d. §. vis maior, & ita pulchre interpretantur. dd. ll. dum de modico dãno loquuntur, nec quale modicum dãnum esse videatur, declarant, & isto etiam casu potest intelligi. d. l. 22. titu. 8. par. 5. Secundo casu quãdo fructus percepti nõ ascendebãt vsq; ad dimidium pensionis præstandæ seu pactę, quia de cem corbes frumenti præstaturus erat colonus, & quatuor tantũ vel infra collegit, remissio mercedis facienda est iuxta eandem cõem opi. s̃. secundo loco relatam, & ita accipiẽdum est illud dãnum immodicũ, de quo loquuntur. d. §. si vis, &. d. §. vis maior, licet ibi modus seu mensura illius dãni nõ. declaretur, ita etiam procedit. d. l. 22. tit. 8. par. 5. &. d. c. propter. Quęquidem remissio de iure cõi non fieret ex toto, sed pro rata pensionis pactæ & fructuum perceptorum. d. c. propter, ver. pro rata. d. l. si vno. §. vbicũq;, verbo, pro rata, vt si viginti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginti corbes frumenti conductor præ
ſtaturus erat, & quinque tantum colle
git, fiet hæc cõputatio, vt quemadmo-
dum ſi decem colligeret, integram pẽ
ſionẽ, & ſic viginti præſtaret, ita & cũ
quinque tantum collegit, decem pẽſio
nis ſeu mercedis nomine pręſtet: vt ſic
vſque ad duplũ eius, quod percepit, lę-
di poſsit: quemadmodũ longe vltra du
plum lucrari potuiſſet, & hãc cõpenſa
tionẽ ęquo animo ferre debet, arg. d. §.
vis maior. Iure autem regio cõſultius,
expeditiusq; id prouiſum eſt, vt iſto ca
ſu electio ſit cõductoris, vt vel integrã
penſionem ſeu mercedẽ præſtet, & fru
ctus pceptos retineat, vel ſi malit à fru
ctibus percipiẽdis abſtineat ceſſuris in
domini prędij vtilitatem: ipſeq; cõduc-
tor mercedis nomine pręſtabit nihil,
damnũ in eo tantũ reportaturus, quod
expenſas fruſtra fecit, quod damnũ tol
lerabile eſſe viſum fuit iureconſulto in
d. §. ſi vis. Quę omnia limitantur, vt nõ
procedãt, qñ aliter ſe habebat conſue-
tudo, cui hac in re ſtandum eſt ſecun-
dum cõmunẽ opi. ſ. primo loco relatã.

Caſuum re nũtiatio fit in locatione cum cõi. 5 Verum cum vſibus forenſibus, & con-
ſuetudine Tabellionũ, in ſcripturis lo-
cationũ, & cõductionũ ſoleant fieri re
nuntiationes caſuũ fortuitorum, vidẽ
dum eſt, an tales renũtiationes valeãt,
quando reuera proceſſerunt à mẽte ip-
ſorum contrahentium: qua in re con
ſtat valere vt in. l. fiſtulas. §. ſi fruméta.
ff. de cõtrah. empt. & in. l. ſi quis fundũ,
in pr. eo. titu. Conſtatq; poſſe generalẽ
renuntiationẽ facere, quæ tantum ſuf-
ficere ſolet, quantum particularis ſpe-
cierum enumeratio. l. ſi chorus. ff. de le
gat. 3. quia ſufficit cogitaſſe in genere,
argu. l. qui iure militari. ff. de mil. teſta.
vt ex cõmuni opi. reſoluũt Iaſ. & Ale.
nu. 12. in. l. ſed etſi quis. §. quæſitum. ff. ſi
quis cauti. Iaſ. cõſ. 113. col. 3. li. 1. p Hiero.
Gratum conſ. 161. li. 2. Ant. Capi. deciſ.
86. nu. 10. & tenent omnes Doct. quos
illico in quęſtione ſequenti citabimus.

Caſuũ fortuitorũ renũtiatio qd cõprehẽdat egregiũ certamen. 6 Sed an talis generalis renuntiatio re-
ſtringatur ad caſus tãtũ fortuitos, qui
licet raro, tamen non rariſsime, & præ
ter omniũ hominũ ſpem, & cogitatio-
nem euenire poſſunt? & ſunt qui putãt
ad raros tantum, non etiam, ad omni-
no inſperatos talẽ renuntiationẽ refe-
rendã, ita Bar. in. l. ſed & ſi quis. §. quæ-
ſitum. ff. ſi quis cauti. idẽ Bar. in. l. Seio.
§. medico. ff. de annuis legat. Iaſ. qui plu
res refert in. d. §. quæſitum, num. 33. vbi
Alex. nu. 14. plures hanc partem tenẽ-
tes allegat, licet ipſe in contrariam in-
clinet, Anto. in. c. 1. de cõmod. idem te-
net cum Bar. Angel. conſi. 173. in Chri-
ſti nomine, præmittendum eſt. Bald. in
l. falſus, col. ſi. C. de furtis, Dec. conſi. 7.
& pro tenui, col. 1. licet poſtea col. ſi. in
contrarium inclinet Alex. conſi. 28. vi-
ſis & accurate, nu. 10. lib. 1. Barto. in. d. §.
frumenta, in. l. fiſtulas. ff. de contrahen.
empt. Fulgo. in. d. §. quęſitum. nu. 11. So
cinus conſi. 123. nu. 11. lib. 4. Corn. cõſi.
23. lib. 2. Felin. i. c. ſedes, colũna. 2. de re-
ſcrip. & in hãc partem inclinat Matth.
Afflict. deci. 150. nũm. 22. Frãc. de Rip.
de peſte, parte. 2. nu. 75. in ſimili p Bart.
Soci. in. l. quidam relegatus. nu. 5. cum
plu. ſeq. ff. de reb. dub. Bart. in. l. cotem
ferro. §. qui maximos. ff. de publi. idem
Bartol. in. diſputatione incip. Publica-
nus, Socinus conſ. 123. circa col. f. lib. 4.
Contrariam partem, vt hoc caſu caſus
fortuiti, vtcũq; inſoliti, ac inſperati cõ
prehendantur, tenuerunt Bal. & Ang.
in. d. §. quæſitum, & licet fluctuans, tñ
in hãc partem magis inclinat Fulg. ibi,
& etiam Lud. Roma. idem Imola, in. c.
de locato & Salicet. in. l. licet. ad finem.
C. eod. tit. & ex profeſſo Alex. ſibi con
trarius in. d. §. quæſitum, nu. 14. & Iaſ. ſi
bi contrarius, vbi hanc firmat eſſe cõ-
munem opinio. contra Bart. in conſil.
107. redemptoris noſtri lib. 1. col. 3. ver.
3. principaliter, Decius. d. 9ſ. 7. colũ. fin.
ſubijciens pcliuius eſſe, vt de inſolitis
et inſperatis teneatur, quam de nõ ad-
modum raro contingentibus, Alex. in
l. precia rerum. ff. ad leg. Falci. quod &
ſentit Paul. in. d. §. quæſitũ, qua de re p
Bal. conſil. 493. multiloquiũ, lib. 4. Ro-
ma. conſi. 395. vires: Bal. conſi. 53. libr. 4.
idem conſi. 145. caſus, lib. 3. Ana. conſil.
78. viſis & conſi. 71. viſis, Soci. conſ. 123.
circa pręſentem, nu. 2. lib. 4. idem tenet
pro vt

prout ipſe refert Franciſ. de Rampo. in
d. §. quæſitum. idem Bal. in. d. §. frumen
ta. Pinellus de reſc. vẽd. par. 1. c. 3. nu. 29.
Et quidem hac in re non tam miror va
rietatem noſtrorũ (rem non quidẽ nо
uam neq; inuſitatam) ſed miror has cõ
trarias ſententias omnes deduxiſſe à. d.
§. frumenta, vt non abſimiles mihi vi-
deantur nautis, qui non admodum ra-
ro ad regiones contrarias ijſdem ven-
torum flatibus properant, & cũ hac in
re ĩcertum ſit mihi vtra pars receptior
ſit, hoc vnum certo ſcio cuiq; liberum
fore in iudicando, & conſulẽdo ex ani
mi ſui ſententia alterutram partẽ tue-
ri. Ergo periculorum quoddã frequẽ-
ter, quoddã raro, quoddã rariſsime cõ
tingit: nec dubiũ eſt, quin durio ſit quẽ
obligari ad caſum frequenter contin-
gentẽ, quã ad eum, qui raro continge-
re ſolet: & conſequenter durius ſit ob
ligari ad caſum, qui raro contingere ſo
let, quam ad eum qui rariſsime ſolet e-
uenire. Vnde qui periculum caſus for-
tuiti in ſe ſuſcepit, vel ĩ ſe ſuſcepit oẽs
caſus fortuitos, quin de caſibus rariſsi-
me cõtingentibus teneatur, nũquã (vt
nobis videtur) dubium fuit legiſlatori
bus: & apud eos in eo tantum quæſtio
manebat, an teneretur non ſolũ de ca-
ſibus rariſsime, aut raro cõtingentibus,
ſed etiam de frequenter cõtingentib9:
quod vltimum negant, quia caſus for-
tuiti appellatione, vel appellatione vis
ſeu tempeſtas, non damna frequenter
contingentia intelliguntur, ſed ea tan-
tum, quæ perraro, aut rariſsime, aut fe
re nunquam eueniũt. Vnde cõductor,
qui voluit ad ſe pertinere periculũ om
nium caſuum fortuitorũ de damno fre
quenter contingente, tenebitur ex na-
tura contractus locationis. l. ex condu
cto. 5. ſi vis. ff. locati. & de damno perra
ro cõtingẽte tenebitur ex cauſa huius
conuentionis, quæ non ſolũ caſum in
auditum, & omnino inſperatum com-
prehendit, ſed etiã caſum perraro cõ-
tingentẽ, in quo maior dubitatio erat.
Nam cum in obligationibus interpre-
tandis benigniores eſſe debeamus, quo
minus adſtringãt. l. Arrianus. ff. de acti.
& obliga. qui ſuſcepit in ſe periculũ ca
ſus fortuiti, ſi de rariſsime tantũ cõtin-
gentibus ſenſiſſe videretur, rariſsime
quidem vel nunquã teneretur, aut pe-
riclitaretur. Sed quia verba erant gene
ralia, non quidem reſtringũtur, ſed ge
neraliter intellecta cõprehendunt nõ
ſolum caſus rariſsime contingẽtes, ſed
etiam qui raro accidunt, quia id proxi-
mius quoq; eſt menti contrahẽtiũ arg.
l. nõ ad ea. ff. de legibus. Ergo à proprie
tate verborum regulariter recedendũ
non eſt. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. Labeo.
ff. de ſuppell. leg. §. ſin autem ad deficiẽ
tis. C. de cad. tollẽ. Quod ſi quando ex
mente contrahentiũ à proprietate ver
borum recedendum eſſet iuxta. l. ita ſti
pulatus. magna, verſi. Sabinus. ff. de v̄b.
oblig. vbi notant communiter Docto.
præſertim Paul. & Iaſ. tunc longe indu
bitabilius contrahentes ſenſiſſe viderẽ
tur de caſibus rariſsime, quam de raro
tantum contingẽtibus: nam ſi verũ eſ-
ſet alterutrum, non etiam vtrunq; cõ-
prehendi, potius rariſsime tantũ con-
tingentes, quam raro tantum cõtingẽ-
tes cõprehendi viderẽtur: vt ſic laxius,
ac mollius, non etiam durius ille obli-
gatus videretur, ſed verius eſt vtrunq;
comprehendi. Vnde ſi venditor voluit
vt contra naturam contractus pericu-
lũ caſus fortuiti ad ſe pertineret, indu-
bitanter ad eius onus eſſet periculũ ac
damnum caſus fortuiti rariſsime eue-
nientis, & in eo tantum quæſtio mane
ret: an & de raro tantũ contingente te
netur, an etiam de eo, quod frequenter
cõtingere ſoleret: quod vltimum non
admittitur, quia eſſet contra vim & p-
prietatẽ v̄borũ. Sed duo priora vtiq;,
quia eſſet ſecundũ verborum proprie-
tatem, & conſequẽter ſecũdum mentẽ
contrahentium, vt iſthęc probantur in
l. ex conducto. 5. ſi vis. ff. locati, in. l. fiſtu
las. §. frumenta. ff. de contrah. emp. in. l.
quæ fortuitis. C. de pigno. act. & qa ge
neralitas tantum operatur quo ad oĩa,
quantũ ſpecialitas quo ad ſingula. l. ſi
chorus. l. Iulianus. ff. de leg. 3. facit. l. con
iunctim, eo. ti. l. Meuio, in pr. verbo to-
tus. ff. de leg. 2. l. ſi pluribus. ff. de leg. 1. l.
ſi ſepa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Casuũ fortuitoru renuntiatio. & specifica enumeratio requirat̃ iudiciis speciale est. cum cõi.

fi separatim.ff.de cond.& demon.l.1.§. fi.&.l.inde Neratius.ff.de vsufr.accres. l.qui vsumfructum.ff.de ver.obliga.l.si quis cum totum.ff. de excep. rei iudi.§. si eadem res instit.de lega. Quod si q̃ 7 cõtrariũ reperitur expresim iure cautum.s.vt requiratur specifica rerũ, vel specierum numeratio, id speciale est, prout contingit in terminis.d.l.sed etsi quis.§.quæsitum.ff. si quis cauti. vbi & requiratur specifica casuum enumeratio speciale est in iudiciis, vt tenuit ibi gl.mag.secundum opi.Bulgari quę cõi ter app.secundũ Alexã.ibi nu.10. & est cõis opi. secundum Pinellum de resci. vendi.par.1.c.3.nu.27. post Bar.Paul.& Ias.nu.14.in.d.§.quęsitũ,vbi Alex.reddit rationem diffe. inter contractus &

Generalitas id opat, quo ad oia & specialitas quo ad singula cũ cõi.

8 iudicia.Et quod regulariter tantum operetur generalitas quo ad omnia, quã tum specialitas quo ad singula, tenuit gl.in.l.si seruitus.ff.de seruit.vrb.prędd. gl.in. l. si quis mihi bona.§.iusium.ff.de acqui.hære.Alex.nu.11.in.d.§.quæsitũ. Deniq; pro nostra opi.facit,quia de voluntate illius, q in se suscepit casum fortuitum dubitari nõ oportet,cum id inducant vis & proprietas verborũ generalium,vt iam ostẽdimus,& longe minus de potestate ipsius expediat dubitari, cum contractus ex conuentione legem accipiant.l.cõtractus. ff. de reg. iur.c.contractus eo.titu. lib.6.& liberũ est cuiq; rebus suis non solum vti .l. in re mandata. C.mãd. sed etiam abuti & prodigere.l.sed etsi lege.§. consuluit.ff. de pet.hęre.ibi dum re sua se abuti putant.l.1.§.et magis ℣b. prodegit.ff. si qd in fraud.patr.& nostram opi.probat iure regio quo vtimur.l.23.ti.8.par.5. vbi sentit Gregorius Lupus in glos.1.quod nota ad.l.1.in quaterno alcaual.

Casuum fortuitorũ renũtiatio vt accipiat iure regio.

Cõductor si duplo plus percepit ex fundo quã solẽne erat, an merce lẽ duplicare teneatur? not.quæstio.

10 Quod si ex diuerso conductor duplo plus fructuum ex agro percepit, quam solenne erat, idq; nõ industria sua sed casu contigit,veluti si conduxit molẽdinum,& quia vicina molẽdina destructa fuerunt, duplo plus quam solitum erat reddidit, is duplicatã mercedem præstare tenebit iure regio,vt expressum est in.d.l.23.sed iure cõi idẽ quoq; tenet Greg.Lup.ibi Abb.in. c. propter de locato Paul.Castr.in.l.cotem ferro. §.qui maximos.ff.de publi.gl. quæ iolẽ niter disputat ad partes in .l. si merces. §.vis maior ff. locati,vbi idẽ tenet Bar. Innocen.Ioan.Andr.Ancha. & Imola, in.d.c.propter Bal. in. l. licet & Cin.in l.legẽ.C.de loca.Contrariam partẽ tuẽ tur Sali.Fulgo.& Pau.in.d.§. vis maior Soci.Iunior consi.68.lib.2.Areti.in.d.l. si quis cum aliter nu.8.ff. de ver. oblig. Pinellus vbi supra,nu.34. qua de re per Firmianũ de gabellis part.2.nu.39.Ant. Gom.de cõtractibus.c.13.nu. 19.& hæc posterior pars probatur lege, vsu, & ratione,nam ita probat.d.§.vis maior qui non eget inductione. Et ita vsibus forensibus receptissimum est secundum eũd.Pinellũ, quod sæpe expertus sum, & adest summa ratio,licet contrarium etiã teneat fauor in.d.l. licet. C. locati.

1 *Minor quæ in domum conductam induxit an tacite obligata sint? egregium certamen.*

2 *Iure communi omnes vtuntur cum communi.*

3 *Minore dotem recipiente an eius bona tacite obligata videantur? ingens pugna.*

4 *Dotis esse an oia bona mulieris nubentis videanr.*

5 *Minoris monachantis bona sine decreto fiunt monasterij cum communi contra plures.*

31 Vnde dicebam,scis communem esse opi.quod stipulatio de alteri dando li- cet abinitio nõ valeat,quia nõ interest stipulantis,tamẽ si postea interesse cœ perit conualescit, ita tenet Bartol. nu- mero.10.in.dict.§. alteri est communis opinio secundum Iason. ibi, numero. 21.vbi Imola,Romanus,& Alexander Guilhelmus de Cuno, Bartolus, Albe ricus,Baldus, Angelus Paulus Castren sis Alexander, Martinus Laudensis,& Salice.in.l.1.in prin.ff. de pacti. Bald.in l.1.colum.1.C.per quas personas nobis acqui.Salicet.in. l. pacto successorum. C.de pactis,Bald.in.l.certi conditio.§. quoniam.ff.si certum petatur,idem in l.quoties.1. ff. de seruit.Ioannes Imola, in.l.

in.l.existimo.ff.de verb.oblig.prout re fert Iaſ.vbi supra. Mouẽtur eo quod sti

Stipulatio ẽ alteri dando an ꝓducat obligationẽ nat. q̃ nõ cũ multis cõtra cõ munem.

32 pulatio de alteri dãdo nõ desinat ab i- nitio ex toto valere,quia talem produ cit naturalem obliga.vt tenent gl.Bar. & alij in. d.§. alteri,estq; cõmunis opi. secundum Iaſ.& Alex.ibi, & cum pro- pterea quod nõ intererat stipulãtis de negetur ei obligatio, & actio ciuilis si- mul ac postea interesse eius cœperit ei actio,& obligatio ciuilis accommoda- tur,ita Bar.in.d.§.alteri,num.10.& reli qui omnes.Sed nos tenemus,semperq; tenuimus ex tali stipulatione obligatio nem etiã naturalem nõ oriri non ma- gis quam ciuilem,vel quod si naturalis oriatur, carebit tamen omnibus omni 33 no effectibus ac donis,quos queue lex ciuilis obligationi naturali accõmoda uit,ita probant si pueriliter nõ violen- tur.l.1.§.quod seruus ỳ.nullius momẽ- ti.ff.de stip.seruo.&.d.§.alteri, &.d.§.si quis alij insti.de inut.stip.d.l. stipulatio ista.§.alteri.&.§.si stipuler. d.l. certi cõ ditio.§.quoniã.ff.si cert.pet.l.solutum. §.per liberam.ff.de pig.ac.l. quo tutela. §.fi.ff.de regu.iur.l.quæcunq; gerimus. ff.de act.& obligat.l.vt inter. C.de inu- ti.stip.l.si genero.C.de iure dot.l.1.§.1. verbo nihil agit.ff.de stip. seruo.l. si ita stipulatus.§. Chrisogonus inỳ. nullam obligationẽ.ff.de ver. obli.l.eum qui.§. itẽ si mihi.ff.de const.pec. quę iura hãc partem cõtra cõmunem longe euidẽ- tius probant,quam vlla inductione e- geãt,vt qui pro cõtraria parte cõtẽdit nobis iepture videãtur, & hãc partẽ cõ tra cõem opi.tenẽt Rain.de For. Ang. Cuma.Paul.Cast.& Alex. in.d.§.alteri Christophorus de Castelli. & Fulg.in l.1.in pr.ff.de pact.prout eos, & alios re fert Iaſ.in.d.§.alteri, nu.20.et hãc partẽ nos pluribus legib9,& rationib9 defen dim9 de suc.crea.§.30.nu.28.vt iã parũ abfuerit,quin hęc pars cõmunem sen- tentiam nùmero defensorum æqua- uerit,cum ergo talis stipulatio nullius oĩno momẽti sit quo ad effectus ciui- les,supereſt,vt & si postea ĩteresse cœ- perit stipulatoris adhuc non conuale- scat,non magis quàm si reuera interes- se non cœpisset ex regula trita dictãte quod ab initio non valet ex post facto non conualescere.l.1.cum alijs.ff.de re- gula Catoniana, & pro hac parte ĩ spe cie est text.in.l. si tibi.§. si pactus.ff. de pact.qui non eget inductione nec reci pit euasionem,per quem & alia multa iura Iaſ.tenet contra communem in.d. §.alteri,nu.21.post plures eiusdem sen tentiæ auxiliares, vt per superueniens interesse talis stipulatiõ non conualesc- cat.Sed cõtra principalẽ cõclusionem, dũ tenemus ex stipulatiõe de alteri dã do nõ oriri oblig. etiã natu. obsunt nõ nulla quibus,&.s.& etiã in lib.de succ. crea.§.30.num. 28. plene respondimus.

Pœna q̃n se quatur suũ principale.

Sed adhuc contra meam principalem op.obst.fortiter.d.l.stipula.hoc modo, nam si stipul.principalis, vt dicitur est nullius momenti adeo, vt nec quo ad effectus oblig. nat. profit in foro saltẽ contentioso, ergo nec pœnalis valere deberet,arg.d.l.stip. hoc modo præser tim qa vtrobiq; q̃ratiõe validitas prin cipalis stip. denegatur eadã ratione, & pœnalis stip.validitas denegari debere videtur,ne alias,q̃ vna via ꝓhibetur a- lia via ꝓcedatur cõtra regulas iuris sol. falsum est dicere,q̃ tam hic quã ibi sit eadẽ ratio prohibendi,nã si ita stipulor me hæredem facere promittis, non va leret stipulatio,quia contra bo.mor. ci uiles est,qui dictant,vt libera sit testan di facultas,& cõtra bo.mor.eius impe- dimentum.l.1. C.de sacrosan. eccl.&.l. vel negare.ff.quemadmod.test. aper.& ꝓsequerer pœnalis stipu.l.si me hęredẽ non feceris, cẽtum dabis, similiter est, cõtra bo.mor.quia si valeret liberã te- stãdi facultatẽ nõ haberes metu ne in pœnã tu hęres ve tuus ĩcideretis,ideo qua ratione (in.d.l. stipul. hoc modo) princi.stipul.nulla,& cõtra bonos mo. est ead.& pœnalis, & nulla, & contra bonos mores esse reputatur, & conse- quenter neutra valet,cęterum hic prin cipalis stipulatio non desinit valere eo, quod contra bonos mores sit, sed eo quod iuẽtæ sunt stipulationes,vt quis- que stipuletur,quod sua interest,alteri vero dare nil ĩteresse stipulantis ita tex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in.d.§.alteri,&.§.alteri insti. eodem titu.hæc ratio cessat in pœnali,quia pœnalis stipulationis sensus est, et effectꝰ, non vt alteri sed vt ipsi stipulāti detur, & consequenter debet valere cum sibi dari sua interfit,pro quo pendo. d.§.alteri,& nostrum.§.supra alle.dum aiunt,pœnam enim cū quis stipulatur nō illud inspicitur quid interfit eius,sed quę sit quatitas stipulationis.s.pœnalis quæq; sit eius cā.d.quasi dicat, cū pœnam,quę certa & definita est,stipulor, frustra quęritur quid mea interfit,nam tantum interest quanta est pœna cōdi. stipulationis:quantitas enim pecuniaria non solet ęstimari per alias res seu species, imo aliæ species solēt per eam æstimari, infero,quod dum.dd.§. aiūt, non illud inspicitur quid interfit eius, debet expoi eius.s.stipulantis pœnam non quod alteri detur, & sic principali stipulatiōi satisfiat, sed quod pœna sibi pręstetur,& sic satisfiat pœnah,id inquam nō inspicitur,quia satis de te perspectum patensq; est, quod est contra glo.in.d.§.alteri in verb.interfit,infero quod sensus huius.§.&.§. alteri inibi. titu.eod.in verb.quæ sit quantitas,sensus inquam non est, vt inspiciatur quā titas,an excedat modū vlurarum,id.n. est omnino pręter mentem horum.§§. sed mēs est,& sensus, vt inspiciatur quę sit quantitas in stipulationem pœnalē deducta,vt eatenus stipulantis procul dubio interesse videatur,& consequēter in tantum sibi reus vel promissor condēnandus sit,quod est contra exposītionem Bar.& Doct.in.d.§.alteri.Secunda ratio quare valeat pœnalis ibidē,licet principalis non valeat,est quia principalis valere non potest propter defectum interesse stipulatorum, vt dixi,nam etsi eam valere diceremus,frustra esset,cum postea agēs ad interesse consequeretur nil ex eo, quod saltem attenta legis censura eius nil interfuit, ergo,&c.vt.l.hęc stipu.§. Diuus, vt legat.no.ca. nam & si ab initio vtilis fuisset stip. vt ēt actionē produceret, agere tamē non posset,si ex post facto cessaret interesse.l.ex conuentione. C. de pact.l.2.C.de sine censu vel reliquis,ergo fortius si stipulatoris, nil vnquam interfuit,argu.l.patre furioso.ff. q sunt sui vel ali. cæterum in pœnali hæc ratio cessat,quia in ea(vt dixi)verba tam obligatiua quam executiua conferuntur in personam stipulatoris,inq; eius vtilitatem ea stipulatio committitur, & consequenter valere debet, sed opinon ne etiam principalis stipul.continebat,vt alteri daretur,vt ibid.ibi (cæterum vt alij detur)&.d.§.alteri ibi(cæterum si alij detur) ergo in ista obligatione cum sit dandi,& non faciēdi,deberet agi præcise ad dandum,nec deberet succedere obligatio ad interesse, vt l.stipula.non diu.l.2.3.&.4. ff. de verb. oblig. & cōsequenter etiam in ista stipulatione principali non magis deberet ītpici itereſſe, quam in pœnali,sed solum quæ est quantitas in stipulatione comprehēla. Solutio, cum alteri dari stipulor,hæc stipulatio est dandi respectu eius cui stipulor, sed est faciendi respectu mei stipulantis,argu.l.in facto.ff.de condi.& demonstr. quo fit,vt nisi illi alteri detur,tunc ego agere debeam ad interesse . Ad ītereſſe autem, quod in proposito nullum est attenta legis censura agere non possum,& cōsequenter stipul.nulla esse dicitur,nam cum si eam valere diceremꝰ,id sine effectu foret,superest ne valere possit videri , arg.d.§.Diuus, at in pœnali stipulatione cum ipsa datio sit exequēda in personam ipsius stipulatoris, tunc obligatio non succedit ad interesse, imo ad ipsam dationem pręcise agitur,vt dixi, & probatur in.l.fi.ff. de condi.ob cau.l. exempto in pri.ff. de actionibus empt. & quod ex principali nullatenus agere possit ipse stipulator probatū satis est, quod aūt is cui stipulor, agere nō possit, ea ratione fit, quod in illa re nō fuit ortꝰ hinc inde cōsensus, imo nec etiā ex altera parte,nā si promittis mihi Titio dare,tūc voluntatē habuisti nō Titio sed mihi obligādi te,quod patet ex eo quod verba obligatiua ad me directa sunt,item Titius vtpote absens, & ignorans nō potuit cōsentire,nec etiā ratū

ratū habere,quia ratum habere nō possum quod meo nomine nō est gestum, vt no.in.l.mater.C.de rei vē.supest, ergo,vt nec promissor obligaretur. Satis ergo patet,vt licet in terminis.l. stipul. hoc modo sit ead. ratio prohibendi tā pœnalem quam princip. stip. tamen in terminis nostris est lōge diuersa ratio. Hinc īfero falsam esse rationē gl. in. d. §. alteri. licet cōmuniter app . dum ait, quod in.l.stipula.hoc modo concepta, stipulatio erat contra legem, ideo nec valet principalis,nec pœnalis, hic autē non contra legem sed tantum prætер legem,ideo valet pœnalis,licet non valeat principalis,nam imo dico,quod tā hic quam ibi pariter dici potest contra legem esse, quasi fecerit lege prohibente,vt.l.non dubiū.C.de legib.ibi (lege contrahere prohibente) sed alteri stipulari non solū prohibet lex sed etiam vltra procedit dicens, quod talis stipu. fieri nō potest,vt.d.§. alteri, & quod si fiat erit nulla,vt.l.certi.cōdit.§.quoniā in verbo,nulla.ff.si cer. pet. & inde nulla oritur obligatio , vt.l.si ita stipulatus fuero si Titius.§.Chrisogonus,in verb. nullam de ỳ.ob.& taliter stipulās nil agit,vt.§.si quis alij insti.eod. & talis stipulatio nullius momenti est vt.l. 2. §.r. de stip.seruo.& est inutilis, vt.d.§. quoniam in verb.inutiliter, cū ergo lex dicat,quod talis stipula. fieri non potest, quodq; si fiat nulla erit , & nullius momenti ; & inutilis sequitur contra legem apertissime esse, vt.d.l.non dubiū ibi(lege contrahere prohibente)iunctis his verbis (licet testator fieri tantū prohibuerit,nec dixerit inutile fore,ꝙ factum est) idq; etiam patet ex.d.l.stipulatio hoc modo in ver. (inutilis est) nam ibi,non dicitur illam stipu. esse cōtra legem , sed tm̄ dicitur eā inutilē esse,quod etiam dicitur , & de stipulatione alteri facta, vt.d. §. quoniam in ver. inutiliter cum concor. supra alleg. ergo non est cur altera magis cōtra.l.esse videatur quā altera , teneo ergo quod vt in. l.stipulatio hoc modo concepta, ita & hic fuit stipul.contra legem,& ꝙ licet stipulatio cōtra legē fiat,nō ideo sequitur quod tā principalis quā pœnalis desinat valere,nam interdum valet pœnalis,vt.d.§. alteri.

34 Cum ergo quæritur vitiata principali stipulatioe quādo valeat pœnalis;necnē dic,quod si ea.ratio,quę vertitur in prohibenda principali , vertatur & in pœnali , tunc etiam pœnalis desinit valere,vt.d.l.stipu.hoc modo,alias secus, vt in.d.§.alteri secundū quod supra declaraui,pro quo est tex. in.l.contra iuris ciuilis in pr.ff.de pac.iuncta.l.r. in.f. de nouati. ff. vbi cōtractus quem facit pupillus sine tutoris autoritate si tēdat in eius læsionem,dicitur esse contra legem,licet non sit contra bonos, mores nec contra publicam sed tantum priuatā ipsius pupilli vtilitatē,propter quod redditur omnino nullus .l. si curatorē. C.de integ.restit.mino. itaq; cōtractus, qui quauis ex causa inutilis à lege reputatur,is quidem contra legē dicitur esse,sed talis est stipu.alteri facta,vt pro-

35 baui,ergo,&c.Item ex mea princi.opi. infero intellec.ad.d.l.1.§.1. de stipu.ser. in verb.nullius momēti,& ad.d.§. si qs alij in ỳ.nil agit,& ad.d.§. Chrisogo.in ỳ.nullam,& ad.d.§.quoniā in ỳ.nulla, vt procedant nō solum qñ verba stipulationis tam obligatiua quā executiua fuerunt relata ad illum tertium . Quo casu procul dubio nullius momenti esset stipulatio, vt nec natu.oblig. oriretur vt tenet gl. communiter app.ibi in §.si quis insulā.d.l.stipulatio ista in verbo fieri,quam sequi videntur, in.d.§.alteri,Alex. & Ias.sed etiam quando verba obligatiua sunt collata in ipsum stipulatorem,executiua vero in eum cui stipulatur,nam & hoc casu procedunt dd.ll.vt stipulatio etiam adhuc sit nulla,vt etiam nat. oblig.ex ea nō oriatur quo ad forum contentiosum,quo attē to dictæ.ll.loquūtur,licet secus quo ad forum animæ , quod non inspexerunt dd.ll. vtpote à paganis condītæ , quod not.quia est contra Alex.& Ias.ibid. super.d.glo.nihil interest,& contra Iaso. ibid.col.8.in fi.qui diuinātes , violātes, & restringētes aiūt , quod.dd.ll. eo tolo casu procedāt,quo verba tam obli-

Stipulatio princip. qñ vicietur an vicietur pœnalis.

Stipulatio alteri facta tam inutilis est quando verba obliga. referuntur ad ipsū stipulātem, quā foret, si referrēt ea verba ad ipsum tertiū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gatiua, quam executiua fuerunt relata ad illum tertium.

Intell. l. an ĩutilis.ff. de acceptil.

36 Ex mea etiam principali opi. infero.in tell.ad.l.an inutilis.ff.de acceptil. cuius verba sunt,an inutilis stip.(supple secũ dum doct.ratione formę omissæ) vtile habeat pactũ,& ait iuris cõsultus,mini me nisi expressim cautum sit, quod si non valet vt ago, valeat vt melius valere posset,itaq;.l.illa non dubitat an inutilis stip.habeat pactum,nam pro con stãti tenet, quod habeat subse pactum, ex quo in ea interfuit cõsentus duorũ, & ait pactum illud inutile fore,itaq;.l. bene scit,quod in meũda inutili stip. interfuit mutuus cõsensus, & consequẽter pactum,& cõsequenter nat. obl.or ta fuit,illam tamẽ nat.obl. ad effectum perducere non vult,ex eo quod forma legis omissa est:ergo licet potestatem, & vim, quam lex dedit, huic naturali obligationi propter omissam formam ei auferat, & sic quod ad forũ contentiosum sit nullius momenti,cum tamẽ nat. obl. actualiter nata sit,ꝑderit quo ad forum animę,& ista.l. pulchre probat vtrunq; membrum meę op. vt quã do contra formam,vel prohibitionem legis aliquis initur cõtractus,ex illo nihilominus nat.obl.actualiter oriatur,li cet per legem executioni non mandetur etiam illa nat. obl.quæ solum proderit,quo ad obligandũ in foro animę, ex qua.l.iunctis fundam.meæ principa lis.op.infero quod in terminis. d.l.stip. hoc modo concepta, ille promissor in foro animæ ad pœnã tenebitur,si extiterit cõdi.pœnalis stip.licet tutus sit in foro cõtentioso: infero similiter quod quatuor illa pacta quæ prohibentur va lere,quia sint facta super futura succ.ac quirenda, diuidenda, conseruanda,seu amittẽda,talia inquã pacta licet executioni non mãdentur in foro ciuili, obli gabunt tamen in foro animæ propter mutuum cõsensum,ex quo oritur nat. obl.nec obst. quod talia pacta iudicentur esse contra.bo. mor. sicut,& in.d.l. stip. hoc modo,nã dico esse contra.bo. mo.ciuiles,qui non impediunt obligationem in foro animæ contingentẽ ex interuentu nat. obliga. quod intellige in eo, qui cõscius est sibi se cõsensisse.

Stipulatio ĩutilis si est obligatoria non habet vim pacti, secus si liberatoria cũ communi.

37 Sed caue,nã quo ad intell.d.l.an inutilis aliter modo sentio,nam licet sit verus secundum cõmunem literã,de qua ibi per glo. quam literam etiam dicunt omnes maxime Soci. in.l.r. §.si quis ita de verb.in plęrisq; codicibus haberi,ta men secundũ literam Pisanam de qua per gl.ibid.quam veriorem dicit Soci. in.d.§. si quis ita,& quam etiã sequitur Bar. ibi in distinct. dum simul allegat d.l.an inutilis cum.l.si vnus.§.si accepti latio.ff.de pact. ad hoc,quod cum agitur de oblig. dissoluenda,inutilis acceptilatio vim pacti habet,& hanc literã ego quoq; veriorẽ puto, vnde cũ quæ ritur,an ex inutili stip.quæ peccauit in forma,oriatur obligatio nat. & consequenter talis stip.habeat vim pacti,distinguendum est secundũ Bar.in.d.§.si quis ita,nam aut agitur de obligatione dissoluenda, & tunc talis inutilis stip. seu acceptilatio vim pacti habet, & ex ea oritur nat.obl.ita procedit.d.§. si acceptilatio,&.d.l. an inutilis secundum literam Pisanam,de qua per gl. ibi quã veriorem dicit Soc.in.d.§.si quis ita,& ibi eam sequitur Bar. & ego sequor,licet alia litera magis cõmuniter habeatur,aut agitur de obligatione cõtrahẽda,& tunc inutilis stip.vim pacti nõ ha bet,nec ex ea sequitur naturalis obl.secundũ Bar, in.d.§. si quis ita,ita procedit.d.§.si quis ita,&.l.r.§.si eũ.ff. de con sti.pec. secundum eund. quem plerisq; moder. sequũtur ibid. ratio diff. ea est, quod liberatio,quã obligatio,fauorabi lior est.l.Arrianus.ff.de act. & obl.l.fauorabiliores de reg.iur.ff.sed dum Bar. in hoc secũdo membro ait,quod inuti lis stip.vim pacti non habet,verũ dicit, dum autẽ tam ipse,quam alij sentiunt, quod ex ea non oritur etiã nat.obl. errant,nam secundũ meam principalem op.& funda.ibi adducta negari non po test,quin ibi interfuerit duorum cõsen sus,& consequenter tam pactum,quã nat.obl.actualiter interfuerit, est tamẽ verum quod attẽto iure saltem ciuili, illa nat.obl.illudq; pactũ sunt inutilia, nec

nec mandantur executioni, nam licet lex non potuerit obligationis nat.ortũ pactique tacitam interpositionẽ impe dire,potuit tamen eorũ effectus impe dire,cum oblig.illi naturali nõ assistat, nec eius tuẽdæ causa polliceatur vllam act.vel exceptionem, quod etiam satis probatur in.d.l.an inutilis, vbi vt dixi, nõ id quęritur an ex inutili accept. seu stip.obl.nat.oriatur,pactumq; tacitum cõprẽhendatur,sed habito pro cõstanti,quod cõprẽhenderetur pactũ, nascerẽturque obli. nat. quæritur an vtile sit necne illud pactum quo ad effectus iuris? quę nota ad intell.illarũ quatuor legum.ſ.l.an inutilis,&. d.§. si acceptilatio,&.d.§. si quis ita,& .d.§.si eum,licet moderni varient,in.d. §. si quis ita maxime Soci.& Iaſ. itaque in hoc secũdo membro teneo ortam esse. obl. nat. re

oblig.natu. nascit ex cõ tractu facto contra legẽ quæ possit clausulã an nullatiuam contra Iaſ.

38 nõ effectu quo ad ius ciuile,vel quo ad forũ contentiosum, sed proderit quo ad forum animæ vt sup.declaraui,adde quod Iaſ.in.d.l.si nõ sortem in prin.ait, quod si aliqua lege prohibeatur,vel sta tutum resistat alicui cõtractui,& procedat vltra exprimendo, quod si cõtra fiat, id inutile sit,& ꝑ infecto tũc,propter istam adiectionem,seu clausulam annulatiuã fatetur Iaſ. quod cõtractus contra illam formã legis seu statuti factus erit adeo inutilis,vt ex eo non solum effectu,sed etiã re nõ oriatur.obl. nat.idem tenet Iaſ.in.l.cõtra iuris ciuilis in prin. ff. de pact. post.glo.in verb. ob id.& ibi Bar.& alios in.l.non dubiũ C. de legi. tu tene contrarium, vt nat. obl. actualiter oriatur. licet ea orta nul lius sit momenti quo ad forũ contẽtio sum,ex quo per legem nõ mandabitur executioni, nec ex illa pollicetur lex act. nec etiam excep. erit tamen vtilis quo ad forũ,vt dixi animæ, moueor ex mea prin.op. & eius fundamentis.nã.l. non habet potẽtiam impediendi con

L. resistens contractũ nõ effectus facti sed tãtum iuris ĩpedit cõtra Bart.& alios.

39 sensus cõtrahentiũ ex quo oritur actua liter nat.obl.& cõsequẽter in foro animæ Deo obligãtur,adde quod.l.nõ du bium.C. de legib.in verb. pro infectis, intelligitur secundũ Bar.ibi super glo. infectis,quod quando quis facit cõtractum cõtra legẽ,& eius verba,vel contra eius mentem tantũ,tunc talis contractus nõ solum inutilis est,sed etiam habetur pro nõ facto quo ad cõmodũ illius,qui contra legem cõtrahit,quod extẽdit Bar.vt procedat nõ solum quo ad effectus iuris,sed etiam quo ad effectus ipsius facti,sed dum ait talem contractum esse inutilem quo ad effectus iuris,fateor(quia in tex.ibi exprimitur, non solum inutilia habeantur,sed etiã pro infectis) sed dum ait, quod etiam quo ad effectus resultantes ex ipso contractu quatenus est facti iuxta.l.cõsilio in.ſ.de curat.furi.ff. quẽ ad hoc allegat glo.& doct.in.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure.dum inquã ait, quod etiã quo ad effectus ex ipso facto resultãtes est omnino inutilis,id omnino nego ex fundamentis meę op.princip.nam lex non habet potẽtiam impediendi cõsensum contrahentium,ex quo obl.nat.oritur, cuius ratione in foro animę Deo obligantur,quod enim cõtractibus lex dedit,id eis auferre potest,& nil amplius argu.l.nihil tam naturale de reg.iur.ff. quo fit vt actionis,& excep.quas lex ac cõmodat contractibus vt ad effectum, & executionẽ perducantur,istas inquã act.& excep. possit eis denegare, eo ca su quo contra verba & mentẽ,vel con tra mẽtem tantũ legis contractus fit,vt tenuit Iac.Butri.quem refert Bar. in.d. l.non dubium super gl.pro infectis,cęterum quod lex ciuilis vel positiua eis nõ dedit,id eis nõ potuit adimere,quia lia sunt ea quæ sunt facti vel iuris naturalis argu.l.r.§.si vir. ff. de acqui. possess. l.in bello.§.factę.ff.de capt. & post lim. reu.l.eas causas.ff.de capitis diminu.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.vbi late per Decium post alios.§.h.inst.de legit.agn.tu tela, adde quod Bar. in superiore lege si quis pro eo.ff. de fideiu. tenuit,quod si lege caueretur vel statuto,in hũemo dum nullus audeat cum minore vel fœ mina contrahere sine licentia duorum consanguineorũ, tunc cõtractus cõtra factus nec valeret,nec etiã firmaretur per interuẽtum iuramenti, oppositum probari videtur in. d.l. non dubium. C.

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de legibus, vbi generaliter traditur nõ solum cõtractum esse nullum, sed etiã iuramento non firmari, quod generaliter intelligendũ est, siue cõtra verba, et mentem legis cõtractus fiat, siue solum contra legis mentem, nam vt Bar. & Ias. ibid. circa pr. docẽt. l. illa propter verbum (cõmittere) ibi positum, procedit etia si contra mentem tatum legis, & non solum quando contra verba & mentẽ legis is contractus fiat, vñ proculdubio teneo iure ciuili, etiam iuramento non firmari, iure tamẽ canonũ puto contrariũ, per fund. meæ prin. opi. quibus attentis in tali contractu interuenit cõsensus, & cõsequenter obl. nat. quæ ad effectum iure canonũ perducitur, in foro canonico contentioso maxime interueniente iuramẽto, idq; firmatur, per l. filio prętexto. ff. đ minut. rupt. & quod ait Aret. in rubr. ff. de lib. & posthu. & per tex. in. c. statutũ. §. in nullo, de rescrip. in. 6. iuncto pr. illius. c. in verb. pro cõi vtilitate, vbi licet non seruetur forma à iure tradita, adhuc actus tenet, si expressim illi formę renũtiatum fuerit per contrahentes, vt. d. §. in nullo, vel etiã tacita, vt. d. l. filio, sed iuramẽtum operatur, vt dispositio valeat eo modo quo pleniꝰ, & melius de iure põt. l. cum pater. §. filius matẽ de leg. 2. ff. vbi Bar. & alij not. Bart. in. l. nõ dubium, col. 4. de leg. C. & ibi Moder. Bar. in. l. si quis pro eo, nu. 13. de fideiuss. ergo in proposito dicendũ est, huic formæ. & solẽnitati à lege inductæ, & renuntiari posse per contrahentes, & renũtiatum videri per iuram. quod concludit non solum iure canonum, sed ét iure ciuili talem contractum cõfirmari, præsertim cũ negari nõ possit, quin illa solẽnitas fauore principaliter ipsiꝰ mulieris cõtrahentis, vel minorum sit inducta, arg. d. l. filio, ergo, &c. vt p Areti. in rub. ff. de libe. & posth. & adde, q̃ licet talis legis prohibitio, videatur habere vim tantum concilij, arg. l. filiusfa. §. Diui. vbi omnes deleg. 1. ff. l. cum pater. §. mandato. ff. de lega. 2. tamen non habet. sed vim omnimodę prohibitionis. argu. l. Titio, centum in pr. de condi. & demonstr. vbi Docto. ergo in quibus casibꝰ expressa legis renũtiatio nocet, in illis per interuentũ iuramẽti firmatur dispositio, licet renuntiatio nulla fiat, vt sic iuram. æquipolleat expresse renuntiationi.

Iuramento an firmetur pactũ, quod impedit testãdi facul.

40 Adde quod Bar. in. d. l. si quis pro eo, nu. 6. tenet, quod contractus seu pactio per quam auferretur libera testandi facultas: non firmatur iuramẽto eo, q̃ tale pactum est contra bo. mo. l. stip. hoc modo de ỹ. ob. tu considera, quod testamenti factio. i. quod de rebus meis faciendo testa. possim in quemlibet bona mea post mortem meã conferre, id non est iuris naturæ, sed positiui, patet quia mors omnia soluit, & consequẽter simul ac quis moritur rerum suarũ dominium possq̃ que amittit, quæ res attento iure naturæ deberent fieri occupantiũ, argu. auten. de nup. §. deinceps iuncta. l. 1. in p. ff. de acq. poss. quo fit, vt hæc facultas, quã quilibet habet res suas post mortẽ suam in quẽ voluerit trãsferendi facto testõ, hæc inquam facultas iuris positiui non naturalis sit, nec obst. §. per traditionem insti. de rerum diui. ibi (nil enim tam, &c.) nam loquitur in eo qui inter viuos alienat, quiq; quod ipse viuẽs habere poterat, alteri concedit, secus in vlt. vol. in quibus, q̃ post mortem meã habere nõ possum, id alteri concedo, vt. l. 4. de adim. lega. quo fit, vt cum hæc facultas testãdi nõ iuris naturę sed positiui sit, tunc pactũ vel cõtractus per quem impeditur, vel minuitur libertas testandi, licet cõtra bo. mo. ciuiles (. i. contra eos mores, qui de iure positiuo boni reputãtur) sit, nõ tamen sit contra bo. mo. nat. & consequenter, ex tali pacto seu cõtractu nõ desinit actualiter oriri nat. obli. quam ortam fuisse in terminis. d. l. stipul. hoc modo existimo, fateor tamen, quod illa na. obl. cum oriatur ex contractu, cui ius ciuile resistit, certe nil operabit quo ad forum contentiosum ciuile, arg. d. l. non dubium, & gl. app. in verb. conueniet in sæpe dicto. §. alteri, & consequẽter attento iure ciuili, non firmabitur iuramẽto, & iura. sup tali cõtractu

appositio

appositio erit nullius momẽti, sed cum reuera iste cõtractus non sit cõtra bo. mo. nat. vt probatum est, & diximus supra quoad. d. l. si quis pro eo superest, vt iuram. super eo interpositum de iure canonico sit seruandum, cum sine interitu salutis ęterne possit obseruari, vt in. c. cum contingat extra de iureiu. & in. c. licet mulieres de iure. lib. 6. & in. c. quãuis pactum de pact. in. 6. cũ ijs quæ supra diximus, & quod de iure positiuo sit facultas testandi, diximus plene de succ. creati. lib. 1. §. 1. hęc intellige nisi superueniat iusta causa, per quam promissor a sua promissione recederet, puta quia cœpit timere, ne ille eius vitę in fidiaretur, dũ eius hęreditatẽ captabat,

Pactũ de futura successione certo modo diuidenda obligat paciscẽtes in foro animæ.

41 subdit Bar. in. d. nu. 6. quod si in terminis. l. fi. C. de pact. vbi fuit pactum de futura successione certo modo diuidenda iuramẽ. interponeretur, adhuc tale pactum iuramẽto nõ firmaretur, quod similiter attento iure ciuili expeditum puto, quia. l. tali pacto resistit, vt contra bo. mo. ciuiles inito, vt exprimitur in d. l. fi. ergo &c. vt. d. l. non dubium in fi. sed tamen considera quod licet. d. l. fi. possit intelligi tam ex testato quam ab intestato. i. vt siue ad paciscentes hęreditas illa iure cognationis (iuxta. d. l. fi. ibi ex cognatione forte) siue etiã ex testato (iuxta. d. l. fin. ibi vel si forte, & ibi, & si ad hęreditatem vocẽtur &c.)

Pactum de quo in. l fin. C. de pact. non auferebat testãdi facultatẽ, sed inducebat votum cap. mor.

42 deferetur, certus modus in eius diuisione seruaretur, & per hoc videat impedita libera testandi facultas, cũ si paciscentes instituerentur, tũc illo pacto valente hęreditatis acquisitio non fieret, secundum quod testator voluit in suo testamẽto, sed secũdum formã pactionis, tamen verius est liberam testãsti facultatem nõ impediri, cum ille de cuius hęreditate agebatur posset alios hęredes instituere, qui secundum eius vol. succederẽt arg. l. cum ita cũ. l. seq. ff. de condi. & dem. & obiter cõsidera, quod licet in terminis. l. pactum dotali C. de collat. cum conc. pactum de non succedendo intelligatur ab intestato secus ex testato, arg. l. fi patronus nõ alue rit. ff. de bo. lib. tamen in terminis. d. l. fi. pactum illud de futura succes. diuiden da intelligitur siue ex testato siue ab intestato hęreditas (vt dixi) deferetur pactum ergo de quo in. d. l. fi. licet reputetur esse cõtra bo. mo. vt ibi exprimitur, tamen non ideo contra bo. mo. reputatur, quod per illud impediatur libertas testandi, sed quod tristissimi & periculosi euentus pactio talis plena esse videtur, vt ibi in. d. l. fi. exprimitur, & improbus præsumitur, qui solicitus est de hæreditate viuentis. l. 2. §. interdũ. ff. de vulg. cum ergo huic pacto. d. l. fi. resistat propter præsũptionẽ delicti, & periculum delinquẽdi, non propter delictum, quod actualiter esset, superest vt ipreta legis ciuilis præsumptione, cũ iure canonum, & naturę quilibet bonus pręsumatur, nisi contrariũ probetur, vt in reg. iuris in. 6. nec præsumatur delictum vt. l. merito pro socio, certe non est cur iure naturę pactio de qua in. d. l. fi. valere nõ debeat, sicut alia quælibet pactio, & consequenter ex ea obl. nat. oriatur inter ipsos paciscẽtes, qua tenebuntur modũ pactionis seruare, & cõsequenter talis pactio firmetur iuramẽto attẽto iure canonũ, quo iure ad effectũ perducitur omnis nat. obl. pro quo facit, quia est seruandũ iuram. quod potest seruari sine interitu salutis æternæ d. c. quãuis. d. c. licet. d. c. cum cõtingat, sed certe longe verior est op. Bar. & cõmunis, ne ei, cuius de hęreditate agitur iniuria & lęsio inferatur, & ne inducatur votum captãdę mortis, & ne homines inuitẽtur ad delinquẽdũ, quod est contra bonum publicũ, cum expediat reipublicę, ne delicta maneant impunita, facit glo. not. in. l. scire. C. vt in pos. legat. denique absurdũ esset q̃ prætextu iuram. seruãdi delictũ actualiter, & necessario fieret, vel etiã si potentialiter tantũ, seu probabiliter delinquẽdi aperiatur ocasio arg. l. fi. C. vnde vi, maxime cũ impediẽda sint ea omnia, quæ inuitãt nos ad delinquẽdum, glo. app. in. l. scire. C. vt in pos. lega. & ista dispositio iuris ciuilis seruanda est etiã in foro canonum, quo iure nõ reperitur ex presssim immutata, ergo &c. vt. c. cum

expediat

Universidad de Deusto
Biblioteca

expediat de elect.lib.6.l.vñ.C. de inof fic.do. sed licet ista obtineant in foro contentioso tam canonico quam ciuili, tamen in foro animę secus esse puto, nam quin in terminis.d.l.fi.pactionem illam pie,& absque voto captādæ mortis interponi possibile esset,negari non pōt:quo fit,vt si absq; vlla turpitudinis cogitatione pactionē interposuerunt sub cōditione, si ipsis hæreditas illa deferretur,tunc conditione existente iure naturæ teneātur illā hæreditatē inter se secūdū formā pactiōis diuidere nō obstante legis prohibitione, quę cū se fundet in prę sumptione naturaliter obligare nō potest ad nō faciēdum, ēt si prohibitio illa esset canonica,arg.eorū quæ habentur,in.l.2.C.de fideicom. vbi dixi,& ista obtinēt etiāsi iuram.interpositū nō esset, quod si interpositū esset,tunc vltra obl. nat.qua ex vi pacti tenētur,modo etiam vi iuramenti tenenturDeo, cui iurātes obligantur,vt docet Bart.in.l.si quis pro eo.ff.de fide iuss.col.2.in fi. itaq; nisi hæreditatem in terse secundum formā pactionis communicarēt,non solū contra nat.obl.facerent, sed etiam periuri essent in foro tñ cōtentioso etiam canonico non sufficiet tale iura.vt pactio firmaretur, vt dixi,teneo ergo cū Bar.ꝙ quo ad forū cōtentiosum ēt canonicū pactio ista nō firmetur iurō, quod ēt tenēt cōiter doct.in.d.l.fi. & i.l.pactū.C.de coll.& in d.l.stip.hoc modo dū aiunt,ꝙ licet pactum de futura.suc. omittenda iurō firmet,secus tñ est in pacto de futura successione acquirēda vel diuidenda. Sed dū cōiter doct.sentiūt (vt puto) ꝙ ex tali pacto siue iurato siue nō iurato nulla oritur nat.obli. (quod expressim colligitur ex relatione Iaſ.in. l. si nō sorte in prin.ff.de ꝺd.inde.)teneo cōtra eos, nā licet orta nullius sit momēti quo ad effectus fori cōtentiosi,tñ & oritur, & vtilis est quo ad effectus fori animę,itē dum ipsi sentiunt, quod tale iuramētū nō est obligatoriū tanquam contra bo. mo.præstitū,vt in reg. non est obli. de reg.iur.in.6. teneo cōtrariū, imo quod sit obligatorium, intellige quando aliquis non iurasset furtum homicidiūve se facturum, nā tūc peccasset cum iurauit,modo cum frangit iuram. non peccat, nec iurisiurandi fidem violasse videtur argu.c.& si Christus extra de iudeur. *Intellect. l. fi.C.de pac.*

43 reiur.& eorum quæ supra diximus.Et nostra opi.confirmatur ex illa cōmuni opi. quæ haber, quod quādo lex fundatur in præsumptione,nō attenditur in

44 foro cōscientię qui est forus veritatis, vbi vnusquisq; sibi iudex, & testis esse debet,ita tenent Ioan.Andræ.in.capit. is qui fidem de sponsalibus, & ibi Panormita. Petrus de Ancharra.in.c.possessor,colum.11.de regul.iur.libr.6.Bal. in.l.cum quis colum.10.C.de iuris facti ignoran. Calderinus in disputatione incipiente vsurarius emit,colum.fi. Richardus in.4. sententiarum dist. 28. quæstio.1.articul.3. Ioannes de Anania in cap.ex literis de raptori.col.11. idem in.c.in ciuitate,col.8.de vsuris,Antoni. per text.ibi,in ca.inquisitionem de sententia excōmu.rex.in. c. tua nos de spōsali.tenent Abb.Decius,& alij communiter in.c.1.de constitu.vbi Felinus,nu. 40.ergo si duo fratres conuenerunt inter se,vt si tertij fratris morientis hæreditas ex testamento vel ab intestato ex ęquis aut non ęquis partibus ad eos deuoluta esset, certo modo eā inter se diuiderent,licet tale pactum propter periculū, vel præsumptionem delicti & mortis captandæ in foro tā canonico, quā ciuili cōtentioso nō valeat, nec vi deatur producere oblig. etiā natu.nec firmetur iuramento,tamen si ipsi conscij sibi sunt sese acerbum cogitasse nihil in foro conscientiæ obligati manebunt ad illam hæredi. secundum pactū initum diuidendam,non obstantibus legibus positiuis,quæ fundantur in prę sumptione siniſtra,quæ hoc casu re vera non fuit verificata,& sic limitabitur not.in.d.l.fi.C.de pact. *Cōscientiæ forus qd sit.*

45 Superioribus etiam adde,quod Bar. in d.l.si quis pro eo.ff. de fideiu.nu.14. tenet,quod quando dispositio deficit ratione solēnitatis formalis, tunc si iuretur,licet adhuc dispositio nō valeat eo modo quo agebatur,ex eo quod deficit *Stipulatio quæ peccat ī forma obligat in foro anima.*

cit forma quæ dat esse rei,valebit tamē propter iuram. eo modo quo poterit vt.l.cum pater. §. filius matrem de leg. 2. quo (inquit) fit, vt si tibi stipulanti non respondi in præsentia & in continenti,sed ex interuallo,& forte per epistolam,quo casu non valet stip.l.1.§.qui prælens.ff.de ver.ob.tūc si iuram.interponatur,illa stip.licet non iure stipulationis in vim tamē pacti valebit,quod intelligendum est etiā quo ad forū contentiosum arg.eorū quæ Bar.ait in. d.l. si quis pro eo nu. 4. cæterum si iuram. non esset interpositū,tenet Bar. quod stip.illa nullius momēti foret,quod fateor quo ad forum contentiosum ciuile,& etiam canonicum, ex quo in hoc nil video per canones immutatū, cæterum quo ad forū animę secus esset,nā in illa stip. consensus interfuit, & consequenter inde orta fuit oblig.nat. quę obligat in foro animę,& quod Bar. loquatur eo casu quo in tali stipul.interfuit consensus,patet,dum firmat,quod interuenięte iuramēto valeret in vim pacti, ergo interfuit cōsensus,nam eo deficiente tūc nil operaretur iuram.vt docet ipse ibid. nu.15. veritas est,quod in quæstione nostra interfuerit necne vere consus incertum est,nam possumus intelligere ꝙ interfuerit, & etiam quod nullatenus interfuerit,sed cōtrahentes iocari viderētur,ex quo omiserunt formam legis arg. l. non solum.ff. de acti.& obligati.quo fit vt legis interpretationi fiat locus, quæ eo casu quo iuram.interponitur,interpretatur consensum interfuisse arg.d.§.filius matrē, & consequenter promissor pactione tenebitur etiā in foro contentioso,etiā si vere consensum,& animum se obligandi non habuerit,sed iocandi tantū, quod si iuram. interpositum nō fuerit, tunc lex interpretatur consensum defecisse,& consequenter nat.obl.arg.l.1. §.si quis ita. ff. de verb. l. 1. 5. eum.ff. de const.pecunia,ergo forma adeo præsumitur substantialis in re dubia, vt eius omissio regulariter vitiet dispositionē, ita vt inde etiā obligatio naturalis vel nō oriatur,vel orta nullius momēti sit quo ad forū contentiosum,nisi interfuit iur. nam tunc nō loci causa sed ferio.l.prętumit actum fieri,etiam si legis forma omissa fuerit,hicq; ex illo cōsensu præsumpto interpretatur oblig. nat. oriri quæ accedente iuramēto effi

46 cacia habet. Quid autē si lex formam dedit, an actus cōtrafactus qui nō fuit iurat9, aliquo modo sustinen possit,& dic quod aliquādo. l. formam tradit & desiderat ad rei ipsius cōsummationē vel perfectionē,& tunc siue loquatur prohibitiue siue dispositiue,actus contrafactus est nullius,licet.l. vltra no processerit.l.1.§. si quis ita.ff.de verb. obl.l. an inutilis.ff.de acceptil.& in terminis §.precium,&. §. item precio de empt. & vend.inst. adeo vt non firmetur iuramento, Bar.in.l.si quis pro eo nu. 14.ff. de fideiuss. ratio &c. vt. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exibend. vbi forma dat esse rei, aliquando formam exigit tam ad rei probationē ꝙ falsitatis remotionem,& actus contra factus nil est, nec firmatur iuramēto vt sup.diximus, vnde si feci testamētum in quo sex tantū testes interfuerunt,id testamentū non solum in terminis iuris cōmunis nō valebit,sed etiam si interfuerit iuramentum testatoris,non sustinebitur in vim testamēti,vt cum Bar.&. cōmuni opinione differuimus per. l. si quis pro eo col.pe. de fideiussoribus,est tamen verum quod per interuentum iuramenti testator videtur velle tale testamētum valere eo meliore modo, quo potest, & sic valebit in vim codicillorū vt in.l. cum pater.§.filius matrem. ff. de leg.2. & quæ ibi per Bar.Imolam,Paulum & alios vt. §. ostēdimus,quod si solēnitas nō desiderat ad rei, qua de agitur, perfectionē, tunc secundū doct. si loquatur dispositiue,nec subijciat clausulam annulatiuam,dispositio valere non desinit arg.l.1.ff.de lib.& posth. quod si lo

47 quatur prohibitiue,tunc secus secūdū Bal.in.d.l.1.vbi Ias.col.2. Alex.col.1. & 2.vbi Soc.nu.8.Ias.in.l. nemo potest de leg.1.nu.27.lect.1. Bart.nu.20. Bal.not. 4.Fulgo.nota.4.Ias.nu.17.in.l. non dubium. C. de legib.qui doct. tenent expressim *Formæ præmissio,vt vsuet.* *L. dispositiue an prohibitiue loquatur quid referat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

presſim,quod ſi.l.vltra procedat annullando,non valet actus,ſi prohibitiue tãtum loquitur, nec procedat annullando,non aperiunt præter Iaſo. ſed adhuc ſentiunt idem, itaq; Doctores,s.citati, in.d.l.1.ff.de lib.& poſthu. conſtituunt differentiam,vtrũ lex quę formam dedit alicui diſpoſitioni,loquatur diſpoſitiue, vt tunc actus contra factus non ſit ſemper,& ex toto nullus, & ita intelligũt.d.l.1.&.2.ff.de lib.& poſthu.an vero loquatur prohibitiue, vt tunc actus cõtra factus ſemper, & indiſtincte euaneſcat,neq; vllis ſit ad vllũ prius effectũ,& ita intelligũt.d.l no dubium.C.de legibus, quaſi fortior ſit virtus legis prohibẽtis,quã legis diſponẽtis, id ꝙ quodãmodo videtur aduerſari legi virtus legis.ff.de legib9, & nos ipugnauimus. §.4.num.29.lib.1.de ſucc.crea.ſed Iaſo. in.l.ſi non ſortem,tenet contra omnes, vt ipſe teſtatur.ff.de condi. inde. quod & atteſtatur, in.l.Iulia.nu.3.eo.ti.quod oriatur obligatio ſaltẽ naturalis, licet ſit inefficax, etiam quo ad obligationẽ naturalem niſi tantum in foro conſcientiæ, eſtque differentiæ ratio,vtrum id deſideretur ad ꝓbationem eruendãq; veritatis fidem, falſitatemque vitãdã, ⁊quod intereſt rei publicæ) an ad tollẽdam ambiguitatem, vt omiſſio formę, quæ in teſtamentis deſideratur ad probationem totius teſta. viciet actum ex toto, ſecus ſi deſideretur ad probationem alicuius qualitatis, ratio differentiæ, quia primo caſu pertinet ad vitandam falſita. in quo vertitur fauor publicus,at ſecundo caſu pertinet ad vitãdam ambiguitatem in quo vertitur fauor priuatus,ne pereat diſpoſitio,vt in terminis.l.duo ſunt Titi.ff. de teſta.tutela.cum ſimilibus, etenim ſi quid diſpoſitum eſt in teſtamento licet ambigue,æquum eſt valere,cum ex poſt facto poſsit declarari,neq; illa ambiguitas pariat vllã falſitatem aut dãnum alicui aut rei publicę,præterquam ipſi teſtatori & ei,cui ipſe quid relictum eſſe voluit, quibus incõmodius eſſet omnino diſpſitionem infirmam eſſe,quam quod ſit ambigua,cum facilius infirma poſsit declarari,quam ex toto infirmari denuo fieri.l.hęredes palam in prin. & §.1.ff.de teſtamentis.At ſi diſpoſitio legitimis probationibus defecta ſuſtineretur,facile fierent fraudes contra.l. ſi. C.de fideico.§.ſi.inſtit.de fideicõ.hær. quas vitari expedit reipublicæ:infero,

48 quod in.l.1.ff.de lib.& poſthu. ex hæreditio notatim facta videtur,etiãſi vnũ tantum nomẽ exprimatur, licet per illud nomẽ nõ ſimus ſatis certi de perſona exhęredata,quod plane probatur'ibid.in fi.nec me mouet, quod gloſ. ibi quam in ſummarijs ſequuntur Alberi. Bar.Bal.Ang.Imo.Cuma.Paul.Alexã. Areti.Socin.ſuppleant tex.dum modo (inquiunt)de perſona non poſsit dubi-

49 tari.Nam reſp.id non eo pertinere,vt exhæreditio valeat,ſed vt præterea, ꝙ mero iure valeat,poſsit probari, & monſtrari ꝑſona exhæredata,valebit tamẽ mero iure,licet mõſtrata non fuerit,vt ibi,&.l.duo ſunt Titij.ff.de teſt.tut.ibi: non ius deficit ſed probatio,et in.l.Titius.ff.de libe.& poſthu.vbi exhęredatio vniuerſaliter facta mero iure valet etiam in perſona illius, quem teſtator mortuum putabat,licet poſsit reſcindi prętextu erroris teſtantis,ſic & hic mero iure valet exhęredatio, quę fit ꝑ expreſsionem vnius tantum nominis, licet ambiguitate veritas rei geſtæ obũbrari poſsit,quid enim ſi fieret exhæredatio ꝑ expreſsionem trium nominũ, de quibus in.d. l.1. tunc nullus negaret quin nominatim facta videretur, & tamẽ potuit eſſe ambigua, ſi alter filius, in quo tria illa nomina concurrerẽt,reperiret,ſic ergo,&c.ergo aliud eſt quærere an exhęredatio ſit nominata aliud an ſit ambigua. Nam multiplicatio nominum non eo pertinet, vt magis nominata ſit,ſed eo vt minus ambigua ſit, effectus eſt magnus. Primus quia cum ſit rite facta, poterit poſtea teſtator coram duobus teſtibus declarare de quo ſenſit.l. hæredes palam. §. ſi quid poſt &.§.ſed &ſi notã.de teſta.ff. quod non poſſet,ſi minus rite facta eſſet. Secundus,quia filius qui ſe exhęredatum non ignoraret,nõ poſſet tutus in foro conſcientię

Intellec.l.1. ff.de lib.& poſthu.

Exhæredatio nominatim facta ꝙñ dicatur cõtra cõem.

ſcientiæ cum alijs fratribus concurrere. Tertius,quia licet exhæredatio codicillis fieri non poſsit.§.penul.inſtitu. de codicill.poterit tamẽ ambigua ibid. declarari.Infero noue,quod i terminis. d.l.duo ſunt,poteſt per teſtatorem fieri declaratio abſque noua ſolennitate, ergo in terminis. d.l.1. ff.de lib. & poſthu.valebit teſta.in quo filius per vnius tãtum nominis expreſsionẽ exhæreditus fuerit,licet per illud nomen de eius perſona non conſtet, & vtilitas in hoc erit interreliqua,quod teſtator poſtea poterit citra ſolẽnem teſtium numerũ perſonam filij exhæredati declarare,licet contrarium velint gloſ.Bar.Alber. Bal.Ange.Imo.Cuma.Paul. Areti.Alexan.& Soci.vbi ſupra, & reliqui Doct. communiter,idque procedit quia. d.l. 1.proceſsit vlterius ſic declarãdo, alias enim nõ referret vtrũ.l.diſpoſitiue tãtũ an prohibitiue loqueretur,vt docemur lib.1. de ſucceſsio. crea.§.4.

1 *Fideiuſsione iurata an ceſſet benefi.excuſsionis.*
2 *Fideiuſſor ante principalem non conuenitur cũ cõi.*
3 *Excep.non nu.pe.datur in ſolo cõtractu mutui cũ cõi.*
4 *Permutatio olim omnes contractus appellabantur.*
5 *Contractus omnes ſunt nominati aut innominati.*
6 *Diſtractuum alij nominati alij innominati.*
7 *Delictorum quædam nominata quædã innominata.*
8 *Contractuum innominatorum quidam reſpectiue.*
9 *Pactum nudum eſt contractus inominatus ſimplex.*
10 *Actio præſc.Ver. datur in cõtractibus innominatis.*
11 *Actio de dolo quare detur in contractu facio vt des.*
12 *Differẽtiæ inter cõtractus nominatos et inominatos.*
13 *Stipulatio apponitur ſuper contractibus innominatis, vt actio producatur.*
14 *Dandi obligatio non exigit rem fieri accipientis, quãdo deſcendit ex contractu innominato.*
15 *Contractibus in innominatis non eſt actio cõtraria.*
16 *Oblatio quando habeat vim implementi.*
17 *Debitor ſpeciei quando eius interitu liberetur.*
18 *Contractus innominati implementum non cõſtituit in mora.*
19 *Periculum interitus ad quem pertineat.*
20 *Cõdictio ob cauſam nõ eſt in cõtractibus nominatis.*
21 *Emptio differt multipliciter à permutatione.*
22 *Contractus innominatus admittit condi.ob cauſam ampli.8.modis.*
23 *Contractuum nominatorum & innominatorum vera ratio differentiæ.*
24 *Contractus innominatus in multis caſibus non recepit condict. ob cauſ.*
25 *Stipulatio adiecta contractui innominato facit ceſſare condictio.ob cauſam.*
26 *Tranſ.non admittit condictionem ob cauſam.*
27 *Contractus innominatus admittit repetitionem ex pœnitentia ampli.14.modis.*
28 *Pœnitẽtia non datur ſemper in cotractibus innomi.*
29 *Pœnitere non licet in contractibus innominatis iuratis cum Cor. contra Alciat.*

1 Fideiuſsio iurata tollit beneficium preambulæ excuſsionis,ita tenet Bal. in c.ex reſcripto,numero.2. verſicul.item quia iurauerunt.ff.de iureiurando, quem ſequitur Bartol. Socinus, in regula. 134. in prima limitatione,hanc opinionem tenet Ancha.in.d.c. ex reſcripto,licet de Bal. nullam mentionem faciat, & ibi Abb. per illum textum,Alexand. in additio. ad Bar.in. l.Marcellus, in additione ad nume.7.ff.de fideiuſso.idem Alexand. in conſilio.29.numero.38.libro.7.additionator,Abb.in.c. peruenit de fideiuſſo.in additione magna, & ibi etiam in additione ad nume. 6. in alia parua additione,tenet Anton.Corſetus, in tracta.de iureiuran.in.8.quæſtio. numero 37.Marcus Antonius Baueria.i tractatu de virtute iuramenti in princip. nume.23. Roma. in.l.1.§. ſi quis ita,nume. 24.ff. de verb. obligationi.Ludouicus Gozadinus,in conſilio.32.num.14. Hieronymus Gratus,in conſi.28.nume. 16. volum.1.Catellianus Cotta,in memoralibus iuris in verbo, fideiuſſor indẽnitatis,Hyppolitus,in.d.rep. rubrica.ff. de fideiuſſor.nume.9.Ioannes Baptiſta de ſancto Blaſio,in tractatu de arbitris queſtione.79.colum.4. verſicu.5. concluſio.hanc ẽt vbi notabiliter eam examinat,tenet Pala.Rubios.in repetio.c. per veſtras,in.§.12. nume.27. cum alijs qua de re per Thomam Grãmatic.conſilio.170.nume.4.per Iacobum de ſancto Georgio,in.l.fin.ff. ſi certum petatur,nam cum iuramentũ denotet enixam volũ.l. cum pater.§.filius matrem ff.de legatis.2.mens fideiuſſoris iurantis eſſe videtur, vt omnino ſatisfaciat creditori. Et hãc opinionem,vbi dicit ita cõmuniter omnes Doctores tenere tenet Ioannes Hannibal,in reper.l.ſi inſulam,nume.162.ff.de verbo.obligã. hanc eãdem opinionem tenet Cinus.

Fideiuſsiõe iurata an ceſſet benefi. excuſsionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in.l.si ex cautione,numer.6. C. de non numerata pecunia, & ita fuit decisum in curia Tholosana decisio. 130. Tenet Stephanus Aufredus ad decisiones capellæ Tholosanæ decisione.139. Andr. Tiraquellus de reuocan.donan. in præfatione.l.si vnquam,nume.137.versicu. quin etiam qui alios allegat, & hoc casu limitatur regula, quod fideiussor regulariter ante principalem conueniri non potest text. in authē.præsente. C. de fideiusso.& in authen.de fideiussoribus.in.§.si quis igitur, & in. §. non solū collatio.1.in authē.hoc si debitor.C.de pignori.de iu.regio,text.in.l. 9.titu.12. part.5.& .l.229. Abb.& Doct.in. c. peruenit.de fideiuss.laso. in. §. item si quis el.1.num.67.inst.de actio. Stpehan. Aufred.in additionibus ad Decisiones Capellæ Tholosanæ decisione. 196. And. Barba.in.l.stipulationum la.2.in.§.satis acceptio.colum.4.versic.item,glosl.ff. de verborum obligationib. Claudium de Seisello,in.l.decem,numero.4.ff.de verborum obliga. Benedictum de Plūbino in tracta.de discussionibus,numero.4.Petrum de Rauena in suo Alphabetico aureo in verb.fideiussor.fol.42. Curtium Seniorem in consilio.6.num. 3.Hieronymum Gratum, in consili.87. numer.23.volumin.1. & in consilio. 63. nume.43.volum. 2.Vitalem de Cambanis.in tractatu clausularum in clausula finali, Hyppolitum in repetitio. rubri. ff.de fideiusso.numer.7. cum alijs,& in singu.2.& singu.220. Paulum Parisien. in consilio.48.nume.5.libro.1. & consilio.110.eodem volumi.Catellia.Cotta, in memorabilibus verb.fideiussor.

Fideiussor an principale nō conueniri cū cōi. 2

lũtatibus, nullus poterat eam voluntati libertati,& arbitrio suo legem imponere,a qua non liceret recedere.l. si qs in principio testamenti cum ibi notat. per Bar.& alios.ff. de iega.3. itaq; rigorosum durumq; videbatur etiam in actibus inter vnos, vt à cõuentione innominata re integra non liceret recedere,& pœnitere, vt ex superioribus docemur,sed iuri canonico contrariũ vtium fuit decentius,honestius,conducibilius, & sanctius,& magis pium, & religiosi cõuenies saltem interuenẽte iuramento,cui iuri stãdum est in vtroque foro:vnde cum de volũtate prima contrahentium dubitãdum nõ sit, quin talis fuerit,qualis per eorum verba monstrabatur.l. non aliter.ff.de leg. 3.expressius,in.l.Labeo.ff.de supp. leg. l.3.ff.de mil.testamento.l.1.ff. de pact.l. 1.ff.de constitu. pecu.l. non minoré.C. de transact. de qua neq; etiã ipsum ius ciuile dubitabat,licet variari ex post facto,& pœnitere permitteret, quę permissio iure canonico expressim negata est,superest,vt re integra in contractu innominato iuramẽto firmato pœnitere non liceat alterutri contrahentium altero inuito, & hoc casu procedat opini. Corne. contra Alciatum,de mutuo autem consensu non dubie pœnitere liceret, tum quia nõ refert, vtrũ iuramentum expleatur,an vero remittatur, vt.ff.de iureiur.l.non erit.§.fin.& l.remittit.ff.de iureiu.l.1.ibi remisso eodem iu.C.tum etiam, quia & de iure ciuili in cõtractibus etiã nominatis iam perfectis,in quibus non licebat pœnitere,ij de mutuo consensu contrahentium resoluũtur,& licet pœnitere,nec tũc dicitur impedita creatio, & perfectio ipsius cõtractus, sed postquam semel creatus, & perfectus fuit intelligitur resolutus,& finitus.§.fin.in.fi.quib. mod.toll.ob.l.fi.ff.de acceptil.c. omnis res de regu.iur.l. nihil tam naturale.ff. eo.titu. Quid autẽ si ego ex parte mea etiam cum effectu impleui bonẽ meũ offerendo,quem tu accepisti, sed post ea nolebas mulam tuam mihi dare sed bouem reddere, & ex parte tua indubitatum est pœnitentiam non admittendam,quia etsi iuratum non esset, pœnitere non posses.d.l.1.ff. de rerũ permu. l.naturalis.§.1.ff. de prętcri. ver. sed ego possim pœnitere,& possum indubitanter te ex parte tua implere nolente,tum quia mihi iuram.remisisse videris,vt.d.l.remittit.d.l. non erit.§. fina.l. 1.de iureiur.tum & fortius,quia sufficit conditionem iuramẽti semel impleri, licet citra culpam meam implementũ non perdurauerit,argu.l.si quis hęredẽ C.de instit.& subst.l.h.C. de nõ nu.pec. tertio quia vtrinque sub hac conditione iuratũ videtur,si alter ex parte quoque sua impleat cõtractũ.d.l.h. C. de nõ nu.pec.ergo potero vel datum repetere vel agere ad interesse, nõ secus quã si iuramentum interpositũ nõ fuisset.d. l.naturalis.§. 1. licet in contractibus nominatis repetere datum inuito aduersario non possem,vt iam docuimus. In reliquis autem cõibus per interuentum iuramẽti nõ immutatur natura cõtractus innominati,quia iura.regulatur secundũ naturam actus, super quo interponitur,vt in.d.l.fi.C.de non nu.pec.Et licet p interuentũ iuramenti videamur cõuẽtionẽ de permutãdo,vel aliã quãlibet innominatã firmare,nõ tn ita,qn illa cõuentio iurata nõ fuit,ratio differentiæ,quia qn simplex erat cõuentio licet tẽpore couentionis ipsi cõtrahẽtes consentire videantur,tn nõ videntẽ psentire irrenocabiliter remota omni ipe volũtatis mutãdæ,sed secundũ naturam actus videntur interim consentire cum facultate tn libere,& impune pœnitẽdi,si libuerit re integra,nõ sic cũ interfuit iuram. quod inducit firmitatem prędictam,remouetq; omnẽ pœnitendi ipem,& potẽtiam,arg.l.cũ pater. §.filius matrem.ff. de leg. 2. quæ omnia nota,quia in dubio omnis couentio intelligitur esse innominata.l.si gratuitã. ff.de prędscr.ver.& nõ pauci hominum sunt, qui existimãt se celebrare cõtractus nominatos,quibus lex certam formam nõ omnibꝰ etiam peritis fatis nota tam dedit,quã obseruare nesciũt,sicq; innominatos cõtractus prędter mentem non

nõ etiam nominatos vt putabant fecerũt,vnde secundũ naturam cõtractuũ innominatorũ iudicãdi plerunq; sunt, iure autem regio quid iuris dic,vt in.l. 3.tit.delas excep. lib.3. ordi. de iure cano. dic, vt per nos late de succe. creati. §.12.nu.45.cum seq.

1 *Vsurarius manifestus non potest donare ca.mor. cũ cõmuni contra alteram cõmunem.*
2 *Declaratio.l.2.titulo delos juzgadores lib.2.ordi.*
3 *Vxor iure regio sine licentia viri donare ca. mor. non potest.*
4 *Intell.l.55.tauri.*
5 *Vsurarius non codicillatur cum communi.*
6 *Vsurarij testamen. etiam ad pias causas non valet cum Bal. Abb.& aljs contra nouissi.*
7 *Cambia esse licita cum communi.*
8 *Vsura in solo cõtractu mutui cõmittitur cũ cõmuni*
9 *Vsura quid.*
10 *Cambij vsura purgatur per loci interpositionem.*
11 *Vsuræ macula an tollatur ex loci interpositione.*
12 *Vsura quando vltra sortem aliquid capitur ratione laboris.*
13 *Labor mercede dignus.*
14 *Solicitudo mercede digna.*
15 *Periculum est in consideratione.*
16 *Plus & minus dicitur respectu loci.*
17 *Vsura non est, cum conuenit vt accipiens minus red dat, quam recepit.*
18 *Contrahentium votum lucrari.*
19 *Solutiõis retardatio efficit, vt carius vẽdere possim.*
20 *Cambium subiacet rescisioni prætextu læsionis vltra dimidiam.*
21 *Vsurarius contractus in re dubia non est iudicandus cum communi.*
22 *Vsuræ præstantur post moram debitoris ratione dãni emergentis, vel etiã lucri cessantis cum cõmuni.*
23 *Vsura debetur ex mora quatenus interfuit creditoris,etiam si interesse excedat mẽsuram fructuũ rei venditæ & legitimum vsurarum modum.*
24 *Vsuræ post moram debentur,quatenus re vera interfuit cum communi.*
25 *Vsurarum in fraudem facta videtur conuentio,quæ excedit modum eius quod interfuit, ideo non valet nisi quatenus re vera interfuit cum communi.*
26 *Vsura post moram debitoris secundum conuentionem præstanda est, sed postea restituet creditor quod recepit, vltra id quod reuera eius interfuit.*
27 *Mutuum dantes an aliquid inde possint sperare.*
28 *L.1.titulo.8.lib.5.ordi.*

Vsurarius manifestus non pot donare causa mor.cũ cõmuni cõtra alterã cõmunem.

1 VSurarius manifestus testamẽtum facere prohibetur vt in c. quamq̃.§.fi. de vsuris.in.6. vbi cõmuniter tradũt doctis tamen causa mortis donare non vetatur,quia mortis causa donatio,in sui creatione & origine contractui potius quam vltimę voluntati assimilatur,vt ex cõmuni opi. resoluunt Iaso. & Ripa post alios.in.l.2.ff.de legi.ista est cõmunis op.secũdũ Ripam. in.d.l.2.nu.7. vbi Soci.nu.9. Probus in.d.c. quamquã nu.15.Deci.consi.196.in casu propositio nu.4.Bal.in.l.executorem. nu.11.C.de executi.rei iu.Bal. consi. 160. quæritur lib.1. vbi refert collegiũ Mediolani ita cõsuluisse Io.de Anani.in.c.quia in ombus de vsuris,vt refert Deci. vbi.s. & tamen iudicare vsurarius iure regio nõ posset ex sentẽtia.l.2.tit.delos juzgadores lib.2.ordi.dum ait virũ sinistrę opinionis aut infamię nota aspersum non posse iudicare,vt nos intelligimus,sed quantum ad facultatem donãdi causa mortis contrarium tenent glo. in. d. c. quamq̃, & est cõmunis op. secundum Imol.in.l.tã his.ff.de donat.causa mortis.sequitur Bal.consi.294. lib.2.Lapus allegatione.128.licet Anania.variet. in d.c.quia in cõibus, Laurẽtius de Rodulphis in tractatu de vsuris.q.100.& hæc op. tutior est secũdũ Soci. vbi.s.& pro hac op.videtur tex.in.l.discretis.C. qui testa.face.pos.in prin. & hæc posterior op.ab omnibus recepta est,saltẽ eo casu,quo vsurarius vniuersa bona vel maiorem partem bonorũ donasset.argu.l. omnis.§.Lucius.ff. quæ in fraudẽ credi torũ, & etiã eo casu quo talis donatio fieret in testamẽto,quia tũc vltima volũtas iudicatur secũdũ Soci. & Ripam in.d.l.2.quos refert, & sequitur Couar. de testam.in.3.part.rubri.nu.11.vnde infertur quod donare causa mortis non poterit vxor, quæ sine licẽtia mariti ex forma statutiveuita sit cõtrahere,nã ita tenent Ripa.nu.10.in.d.l.2. qui hanc dicit cõmunem sententiam,& ibi Alex. col.fi.Ias.i.§.1.inst. de acti.col.4. Areti. & Alex.in.l.2. in prin.ff. de verb. oblig. Abb.cõsi.40.lib.2. Ancharra. cõsi.384. quos refert & sequitur Didacus de Couar.vbi.s. vnde infert extensionem ad tex.in.l.55.tauri,quę vetat vxorem contrahere sine licentia viri, vt procedat etiam in donatione causa mortis, quã secundũ eum sine licentia mariti vxor facere

Declaratio.l.2. titu. delos juzgadores lib. 2. ordi.

Vxor iure regio sine licentia viri donare ca.mor.non potest.

Intell.l.55. tauri

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere nõ poterit,non magis quam reliquos contractus,ſtat ergo quod vſurarius manifeſtus non poteſt facere teſtamẽtum niſi ſecundũ formam & obſeruationem. d.c.quãquam,quod procedit non ſolum in teſtamẽto ſed etiã in donatione cauſa mortis, vt iam diximus. Tertio procedit etiã in codicillis quod facere non poterit,no magis quã teſtamentũ,iſta eſt cõmunis op. quam tenent glo.Io.An. Dominicus,& Franciſ.in.d.c.quãquam,idem Franciſ.in rubri.de teſtamẽ. in.6. nu.34. Anani. in.c. quia in ommibus de vſuris. nu. 13. Felinus in.c.tranſlato.de cõſtitu.col.ii.Anto.Burgenſis in.c. ad noſtram. col.3. de empt.& vendi.Barba.conſi.33. lib.2.col. 6. quos refert, & ſequitur Didacus de Couar.lib.3.variarum reſolutionũ. c.3. 6 nu.9. Quarto procedit etiam in legatis relictis ad pias cauſas, quæ non valent, non magis quã reliqua legata,ita tenẽt Bar.nu.30.i.l.j.C.de ſacro.eccl. vbi Bal. nu.6.& Abb.in rubr.de teſtam.col.ii.& Franciſcus in rubr.de teſtam. lib.6. nu. 35. contrariũ tenet Didacus de Couar. in.d.c.3.in.f.poſt Dominicum,quem refert,ſed prior op. verior eſt,& poſterior nullo iure probat, quia pietatis cauſa,licet relaxetur ſolẽnitas teſtandi.ca. relatũ.1.c.cum eſſes de teſtamentis,nõ tamen augetur teſtandi poteſtas,vt. d. iuribus: vſurarius autẽ manifeſtus quis eſſe dicatur,declarat ipſe Didacus,vbi 5.nu.4. qui late,docte,& pulchre loquitur in hac materia vt in reliquis, ſi tamen vſurarius prius fecit teſtam. deinde præſtitit cautionem de qua in. d. c. quãquam,an id teſtam.valeat, tradunt Bart. & alij in.l.ſi filius. ſa.ff. de teſtam. Illud autem vehementer a noſtris ſæpe cõtrouerſum fuit,an teſtamẽtũ facere poſſint illi mercatores ſeu negotiatores,qui victum modumq; viuendi quę runt ex cambiorum negotiatione,quæ cambia quibuſdam noſtrorum videbãtur turpitudinem vſurarum ſecum trahere,alijs autem non ita videbatur,& cum ob ſalutem animarum totiuſque reipublice gubernationẽ ſummus Cęſaris ſenatus anno domini. 1555. vellet hanc rem lege lata componere, iuſſus fui hac de re ſententiã dicere, quæ quia paucis admodum non videbatur poſſe enarrari,eã ſcriptis ſic tradidimus. Cãbium par eſt cotractibus innominatis, de quibus egimus, ergo acturi de eo genere negotionis quod vulgo cambium nuncupatur (qua voce & nos in reliquum vtemur) in primis admonẽdi ſumus duabus tantum cambiorũ ſpẽciebus,quę reliquis frequentiores ſunt operam daturũ me, vt quoad fieri poterit doceamur eæ cambiorum ſpecies iure in republica noſtra recipiẽdæ ſint, an vero exulare debeant,eiuſq; inſpectio partibus tribus conſtabit,primum enim ſpecies ipſas exponemus,deinde vt iure meritoque recipi poſſint autoritatibus,primũ deinde rationibus oſtẽdemus, poſtremo argumenta, quæ his aduerſari videbuntur diſſoluemus.

Vſurarius nõ codicilla tur cum cõ muni.

Vſurarij teſtam. etiã ad pias cauſas nõ valet cũ Bal. Abba.& aljs contra nouiſſi.

Cãbiã eſſe licita cũ cõ muni.

7 Ad primam partem condeſcendendo dedi cẽtum campſori,vt.90. Romæ daret,quo caſu plus in præſentia numerarem,quã poſtmodũ recepturus ſim. Rurſus cẽtũ Titio Pintię numerauı,vt duo ſupra centũ Hiſpali redderẽtur,in vtra que ſpecie quæritur,an tale lucrum fieri poſsit,an vero vſuram ſapiat,& vtrã que imaginem ſimul pariterq; attingemus, quia inter ſe non multum differunt,licet poſterior non tam expedita plana receptaque vt prior ſiet,& quod in vtraque ſpecie id lucrum fieri iure poſsit, ſentit.glo.in.l.3.C.de inſtit. act. quam ſequuntur Bal.ibi. & etiam Sali. & Fulgo. dum ait,cætera dic.vt in glo. tranſeunt cum. d.glo. ſimpliciter no re probãdo,vnde approbare videtur Placenti. Cin, Butriga. Ioan. Fauer, Pet. de Bela Per, Odofre. Bar. Ang. Paul. Alberi.ibidem eam ſequuntur,& dicit not. Floria.in rubri.ff. de vſur. Balan.l.2. C. de vſur. rei iudi. vbi firmat cambium eſſe permutationem nõ mutuum, Bal. in rubr.C.de non.num.pe. Sali.in auth. ad hæc.C.de vſuris nu.10. Alber.in ſuo reper.verb.cambiũ, Laurentius de Rodulf.in tract.de vſur.3.parte pri.q.1.col. 2. Tomas Deuio in tracta. de cambi. Lugdunẽſibus in tertio termino, Chriſtophor.

ſtophor.de Vallalo in tractatu de cambi.capit.19.Ambroſi. Deuignat.in tractatu de vſuris,numero.282.Bald.conſili.348.factę fuerunt.volumi.Alexan. conſilio.61.volumi.2.columna.fina.Paulus Pariſi.conſili.91.volumi.1.nume.4. Guilielmus Bont.in tractatu de cambi. in pri.numero.158.Bald.in cap.1.de plus. pet. & ibi eius additionator Baldus in quæſtione incipiente,ſtatuto cauetur, quod fœnerator,in pri.laſ.in.l.cunctos populos.C. de ſumma Trinitate,& fi. lectura.1.numero.64.laſ.ibidem lectura.2.numero.39.qui refert idem tenere Ananiam in capit.nauiganti de vſuris, & refert Archidiacon.in capitu. 1. 14. quæſtione.3.Ioan. Calder. conſilio. 11. poſito ſub rubric.de vſuris,& eſt communis opinio ſecundum laſo. in dicta lect.2.& ſecundum Hieronym.Lucen. vbi ſupra eſt opinio indifferenter recepta,tenet Lauren.de Rodulph. in repeti.cap.conſuluit,de vſuris par.2.q.26. & quæſtione.27.& part.3.q.1.Silueſter de Prierio, in ſumma ſummarum ſub rubri.de vſuris.9. quæſito,quem refert Hierony.Lucen. vbi ſupra,frater Dominicus de Soto in tractatu de iuſtitia & iure libro.7.quęſtione.1.articul.2.& Bald.in locis ſupra citatis, contractum cambiorum interdum neceſſarium,interdum quaſi quintum quoddam,elementum iure gentium neceſſarium, & conducibilem dicit.

Vſura quid

9

Vſura in ſolo cõtractu mutuj cõmittitur cũ communi.

8 Hæc pars in primis probatur ſic,vſuræ vitium in conractu mutui proprie cõmittitur non in reliquis cõtractibus,ita tenet Dur.de Rodulf.in tract. de vſur. par.3.q.1.col.2.& eſt communis opinio ſecundum Hierony.de Luca,in tracta. de cambi.q.vltima,nume. 48. quam & ipſe ſequitur,idemq; firmat idem Rodulf.in dicto tracta.in princi.nume.10. poſt Rofred.& Ioan. Andr. & Raine. quos ipſe allegat,idem tenet Ambroſi. de Vigna.in tracta.de vſur.ĩ princ.poſt Rofred.& Raine.& Sanct. Tho. quos refert.Idem ſentit Abb.in rubric.extra de vſuris,& in capi.fin. eo. idem tenet gloſſ.in capit.conqueſtus,extra de vſuris,quam ſequitur totus mundus ſecundum Socinum conſilio.88. nume.9. volumine.2.hanc gloſſ. omnes ſequuntur ſecundum Decium conſilio. 119. num. 3.& eſt communis opinio ſecundũ Socinum conſilio.176.volum.2.quam dicit communem in dicto conſil. 88.numero.6.& iterum,nu.16. idem nouiſſime firmat noſtræ tempeſtatis Theologorum diſſertiſsimus frater Dominicus de Soto in tractatu de iuſtitia & iure,libro.6.quæſtione.1. articulo.1. idq; conuincitur ex diffinitione vſurę,quã ipſe ibidem ex omnium veterum ſententia ſic colligit,vſura eſt,vlus precĩ mutuatæ rei, precium autẽ rei nõ mutuatæ ſed in alium quam mutui contractum deductæ, vſura non eſſet,quod ſi in tali precio rei non mutuatę aliquod vicium reperiretur, tunc id non vſuræ ſed aliud vicium diuerſum eſſet,ſed cãbium non eſt contractus mutui ſed eſt contractus emptionis, vel permutationis,vel contractus innominatus, do vt des,ſecundum Laurentium de Ro. in tract.de vſuris.3.part.colum.2.quæſtione.1. tenet Bald.in.l. 2. C. de vſuris rei iudicatę,idem Bald.conſilio.348.factæ fuerint numero.6.volumi.2. Thom.de Vio in tractat. de cambi.c.3. ſentit Hierony.Lucen.in tracta.de cambi.2.3.colum.4.cum ergo vſura in contractu tãtum mutui committatur, cambium autem non ſit mutuum,ſed tranſeat in aliam ſpeciem contractus, ſequitur in cambio vſuram non committi,ex eo quo plus minus ve reddatur quam numeratum ſit, idq; euidenter patet, nã inter cætera quæ ad mutui conſummationem deſiderantur,oportet pecuniã eſſe numerantis,vt in.l.2.§.appellata.ff. ſi certum petatur,in prin.inſtit. quibus modis recontrahitur oblig. at in duabus cambiorum ſpeciebus ſupra relatis nullus ſanus dixerit oportere numos eſſe tradentis,quinimo cambium ipſum perficietur,ſimulac cõuenerint inter ſe debitor & creditor, pecuniaq; debitoris per creditorem, vel alium eius nomie numerata fuerit, ſiue illa cre

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditoris sit siue aliena. Rursus vt mutuũ contrahatur, oportet pecuniam fieri accipientis in dicto.§.appellata, &.d.pri. instit.quibus modis recontrahitur oblig.at in cambio similiter nõ reperitur lege, vel cõsuetudine receptum, vt ad cambij perfectionem oporteat numos fieri accipientis, videtur enim sufficere sola numorum receptio cum præcedẽti conuentione, quamuis numi non statim fiant accipiẽtis. Præterea in mutuo desideratur quod æque bonum reddatur.l.cum quid.ff. si certum petatur, id quod in cãbio necessum esse nõ reperitur, quid eñ si cambij noie numerata fuerãt scutaaurea mille, quę faciunt sũmam tãtũ marabetinorũ. CCCLM. quamuis vulgari omnium ęstimatione quodlibet hodie scutum vndecim argenteis, vel forte pluris æstimatur, & debitor reddat marabetinorũ. CCC. LM.tantum certe is debitor huic cambio satisfecisse videtur, mutuo autem fecisse satis non forte videretur, cum in mutuo par bonitas rei reddirę desideretur, in cambio autem id neque iure cõstitutum, neque vsu præscriptum reperiatur. Præterea conuentionum quibus homines inter se vtuntur variæ innumereque sunt species, & plures numero quam vocabula. l.4 .ff. de præscriptis verbis: harum autem conuentionum perpaucæ sunt, quæ nominatę dicuntur, vt traditur per text. ibi in.l.iurisgentium, in pri.ff. de pactis, vt autem nominatę dicãtur, tria simul cõ currere oportet, vt & nomẽ habeãt, id que à lege impositum sit, quodque id nomen sit specificum, & tanquam specifico sit à lege accommodata actio, vt inde sequatur vis atque potestas executionis, vt traditur per omnes, in dicta.l.iurisgentium in pri. hinc est, quod permutationis contractus licet habeat nomen, idque nomen sit à lege impositum: tamen dicitur contractus innominatus, quia id nomen non est specificum, nec huic contractui dum esti terminis solius conuentionis reperitur actio aliqua accommodata, vt per totum.ff. &.C. de rerum permutatione, quinimo etiam post rerum hinc inde interuentum non datur vlla actio specifica, sed quædam generalis condictio, vt per titulos supra dictos patet in omnibus legibus. Quo fit vt cum cambiorum negotiatio neque nomen, q̃ habet, fuerit impositum à lege, neque aliqua specialis actio sit accommodata, contractus nominatus intelligi non possit sed contractus innominatus, do vt des, & generaliter receptum est, vt cum de alicuius conuentionis natura dubitatur, tunc contractus innominatus existimandus sit potius quam nominatus, vt per omnes, in.l.si gratuitam per textum, ibi.ff. de præscriptis verbis, cum ergo cambiorum species supra relatæ modernis temporibus sint inuentę, veteribus autem essent incognitę, neq; reperiantur in numero conuentionum seu contractuum nominatorum, & longe distinctæ sint a mutuo, & reliquis contractibus nominatis, supereſt, vt in eis vitium vsuræ committi non possit, quod si in eis aliquod vitium interfuerit, tunc erit vitium non vsuræ, sed aliud diuersum: in omni enim contractuum genere plura quotidie vitia reperiuntur, & committuntur.

10 Deinde probatur sic interpositio loci facit, vt licet vltra sortem aliquid detur, non sit vsura sed interesse loci reputetur, ita tenet Baldus in.l.rogasti, in. §.si tibi.ff. si certum petatur, sed in duabus cambiorum speciebus supra relatis est loci interpositio, ergo cessat vsura, & præsumitur ex loci interpositione tantum interesse creditoris, quantum vltra sortem additum

11 est. Idque viua ratione ostenditur, quia omnium rerum æstimatio non in omnibus locis par est, sed alibi vilioris precij est, alibi vero maioris, vnde si plus Hispali recepturus sim quam Pintiæ numeraui, intelligendum est, quod id genus mercium in quod pecunia Hispali recipienda conuertenda erat maioris precij, ibi erat quam

Cãbij vsura purgatur p loci interpositionem.

vsuræ macula an tollat ex loci interpositione.

Pintiæ

Pintiæ, vbi pecunia numerata credita, que fuit, vt in.§.plus institut. de actio. vbi text.ait hanc vtilitatem maximam esse, ergo non pecunia pecuniam parit sed locorum distantia seu diuersitas, nec sola temporis dilatio fuit in causa, vt vltra sortem aliquid daretur sed magis loci interpositio, quę tollit omnem maculam, & suspicionem vsuræ secundum Dominicum de Soto in tractatu de iustitia & iure libro.6. quæstione.3. articulo.1.id quod ex dicto.§.plus aperte probatur.

Vsura quãdo vltra sortẽ aliqd capitis rone laboris.

12 Tertio probatur sic, in ijs duabus cambiorum speciebus constat inesse laborem creditoris pecuniam numerantis, etenim necesse habet mittere nuntiũ seu mandatarium ad locum solutioni destinatum, vt pecuniã recipiat, vel habere institorẽ, vel factorem qui pecuniam ibi recipiat, & propter talem laborem iure percipit aliquid vltra sortem, iuxta illud dignus est mercenarius mercede sua, & per totum. C. &. ff. de operis libertorum, & quia labor nõ est, vilioris pretij quam pecunia, vt.ff. pro socio.l.si non fuerit, & in.§.de illa insti. de societate quinimo opera, & labor longe precioſior reputari debet, quam pecunia. argumẽ. tex. in.l. in seruorum. ff. de pœnis, & iuxta illud Ouidij.

Ocia corpus alũt, animus quoq; pascit illis: Immodicus cõtra carpit vtrunq; labor, Me quoq; debilitat series immensa laborum, Ante meum tempus cogit

Labor mercede dign⁹.

13 & esse senem. & nobiscum expresse tenet Abb.in.c.conquestus de vsu. vbi firmat, quod ẽt ĩ mutui cõtractu & ob laborem creditoris aliquid vltra sortem capere concessum est, id quod in cambijs longe facilius admittendum est, in quibus vsura committi non potest, cũ non assimiletur mutuo, in quo tantum vsura committitur, vt ex superioribus docemur, nec leuis cuiquam videri debet labor creditorum in rationibus cõputandis, earumque exemplaribus documentisq; huc atque illuc mittendis: ad quorum expeditionem ij creditorũ non leuem librorum vim habere solẽt. Adde quod mercedem pro industria accipere omni iure licet.l. inter artifices de solu.§.de illa instit. de societ.l.si non fuerint.ff. pro soci. sed in cambiorum negotiatione est summa industria & subtilitas, ergo precio, & mercede digna. Quarto probatur sic, vbicunq; aliquid expensum est, expensarum ratione permittitur aliquid vltra sortem capere, vt patet in erogatione quæ fit in rebus dotalibus, vt per totum.ff. de impensis ĩ rebus dotalibus factis, & in litiũ expensis, vt patet in.l.sancimus cũ vulgatis. C. de iudiciis, qua ratione maritus qui substituit onera matrimonij, & moram passus est, in dote recipienda, potest petere vsuras propter expensas matrimonij, vt infra dicemus, verũ in ijs duabus cambiorum speciebus cõstat impensam fieri oportere in nuncijs eo mittendis, vbi solutio facienda erat, vel in institoribus ibi habendis, ergo, &c.

Solicitudo mercede digna.

14 Quinto probatur sic, cura & solicitudo in summo precio, & æstimatione esse debet, vt in.l.qa poterat.ff. ad Trebellianum, ibi quorundam negotia timentium, & in.l. qui autem in principio, & in.§.sed & illud. ff. quæ in fraudẽ creditorũ, & iuxta illud Statij, Suppliciũ exercẽt curæ, & iuxta illud Ouidij, Cura quoque interdum nulla medicabilis arte, & iuxta illud Menesiani, Soluite mortales animos curasque leuate, sed quanta solicitudo, & cura in huiusmodi negotiationibus insit, quantoque precio digna, nullus ignorat, quę vltra sortem sua mercede digna est, ergo, &c. Vexatio damno, et interesse assimilatur, vnde minor ad effugiendam vexationem restituitur, vt in.l. cum lege .ff. de arbitris, & in.l. minores. ff. de minoribus notat glos. in.l. quia poterat per textum, ibi. ff. ad Trebellianũ, quantas autem vexationes in huiusmodi cambijs sustineant creditores, ante quam recuperent quę numerarunt, nullus ignorat ergo, vt aliquid vltra sortẽ propter damnum sibi illatum possent consequi (vt illico dicemus) ita quoq; & propter talem vexationem quæ dãno, & interesse assimilatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Periculū est in cōsideratione.

15 Periculum precio, & intereſſe par eſt, vt in.l.periculi.ff.de nautico fœnore,et in.l.ſi iactū retis.ff.de actione emp.ſed quantum periculi ſubeant huiuſmodi creditores, dū huc atque illuc ſuas pecunias mittunt (imminet em̃ fuga ſeruorum vel mandatariorum, quibus pecuniæ creduntur perferendæ incurſus latronum, perfidię, vel impotentia debitorum) nullus abnegabit, ergo cum tale periculum damno,& intereſſe aſſimiletur, par eſt, vt huius,periculi rōne vltra ſortē aliqd capi poſsit, nō ſecus q̄ pro dāno,& intereſſe illato caperetur.

Plus & minus dicitur reſpectu loci.

Plus & minus dicitur reſpectu loci 16 non aliter, atque ratione quātitatis in l.i.§.ſi quis ſimpliciter, & vtrobique p modernos.ff.de verbo. obligatio. &.§. plus inſtit.de actio. ergo per loci interpoſitionem creditor, qui aliquid vltra ſortem pactus eſt, non videtur plus accepiſſe, quaſi illud,quod additur quantitati,ſit compenſandum cū damno cōtingenti ex loci diſtantia, quæ rebus et quantitatibus exęquatur,vt in.d.§.plus verſicu.ideo autem.

Finis omnium contractuum eſt humanis neceſsitatibus ſubuenire,vt in.§.ius autem gentium, inſtitu. de iure naturali, ſed per interuentum cambiorum humanis neceſsitatib9 ſubuenit, adeo vt quaſi quintum elementum hanc negotiationem vtilem eſſe dixerit Bal.vt diximus primo fundamento,ergo,&c.

Vſura non eſt cū cōuenit, vt accipiēs minus reddat quā recepit.

Vt cōuenire poteſt quod accipiens mi 17 nus reddat,quam recepit,vt in.l.rogaſti.§. ſi tibi.ff. ſi certum petatur,neque ibi committitur vſura,ita etiam conuenire poteſt,quōd reddat plus quam recepit ,nec per hoc cōmittitur vſura, tū quia contrariorum par potentia eſt,tū quia quod vltra ſortem capitur cū reliquis incommoditatibus de quibus ſupra compenſandum eſt,quo argu. vtitur Ambro.de Vig.in tractatu vſur.vlti.part.nume.283. Nunquam contractus reprobat̃ ex parte boni ſed ex parte mali.l.ſi. C. de in integrum reſtitu.l. non ſolum.ff.eo.l.non idem de procuratori.ergo, ſi per cambij interuentum ſubuẽtum eſt debitori, quæ inuidia eſt, quod creditor aliquid lucretur, quod ſi dixeris damnum patitur debitor,reſpondeo id negandum,quia licet ei bonum eſſet remedium, opemque inuenire gratis, tamen melius eſt precio aliquo opem inueniſſe,quam neque gratis neq; precio,eſt enim bono meli9, vt not.ff.de iuſti,& iur.in. l.i. eſtque ordo voluntatis,vt in ſimil.per tex.in princ. inſti.de dona.Finis contrahentium eſt, vnum quemq; ſuam conditionem me

Cōtrahentiū votū lucrari.

18 liorem facere,aliquidq; lucrari, vt in.l. ſi voluntate. C.de reſcin.vend. idq; nō peculiare in cābio eſt, ſed omnib9 cōtractibus cōis ordo, vt ibi, ergo vt in reliquis contractibus animus lucrandi vitio non datur, ita & in hoc cōtractu vitio dari non debet nec mouet illud mutuum dantes nihil inde ſperātes,nā id mutuo tātum procedit, quod ſui natura gratuitū eſſe debet, vt p gl.in. c.cōqueſtis de vſur.Deci.pſ.116.tex. in.l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer.pe.ſecus ī cābio reliquiſq; ptractib9,q ſui natura gratuiti non ſunt,in quibus nullo iure ſpes lucrandi reprobata inuenitur, cambium autē nō mutuo par eſt, ſed vel emptioni, vel permutationi,vel contractui innominatō,do vt des,aſſimilatur,ſecundum varias opiniones.ſ. relatas,mutuo autem aſsimilari oēs fere abnegant.

Scienti nō fit fraus neque dolus.l.cum damnationis.C.de tranſac.& in regula iuris,ergo q ſcienter plus ſorte reddere voluit,is nō lędit̃r, quādo ſua volū tate lędit̃r,id em̃ portat leuiter, quod portat quiſque libenter. §.præterea vbi glo.inſt.de actio. ſimiliter qui errore indebitum dedit,repetit per totum. C.&.ff.de condictio.indebi. qui autem ſcienter non repetit. l. cuius per errorem de regulis iuris, neque ad rem pertinet, quod qui cambij nomīe recepit, neceſsitate compulſus recepiſſe videatur, vndeei ſubueniendum ſit nam reſpondeo hanc neceſsitatē eſſe non prę ciſam ſed cauſatiuam,quę non præbet reſtitutionem,nec ſolet eſſe in conſideratione.l.fideicōmiſſa. §. ſi rem delega. 2.l.rem legatam de adim. leg. & omnis alienatio,vel obligatio ex ſimili neceſ-

ſitate

ſitate fieri intelligitur, nec tamē p hoc datur vllus recurſus,vt dd.ll. ergo, &c. Minus malū permittitur,vti maius malum vitetur, nam ex duobus malis minus vt iuribus vulgatis eſt eligendum, hinc lupanarium permiſsio, & adulterorum occiſio, et ſimilium,ſed poſt quam cambia permiſſa fuerunt ad extraneas regiones, non autem infra regionem noſtram de loco ad locum, oībus notum eſt, quam plura mala nata fuerint, vt à primordio huius annotationis ſermone vernaculo monſtrauimus ergo,&c.

Solutiōis retardatio efficit, vt carius vendere poſsim.

Carius vendere poſſum propter dila- 19 tam ſolutionē ſaltem res non conſiſtētes in pondere, numero vel menſura, Bald.in rubrica.C.de vſur.Anchara.in diſputatione incipiēte antiquis, & modernis temporibus, Socinus 9ſilio.88. numero.5.volumi.4. Decius conſi.119. colum.2.ad fin.Socin.conſilio.130. numero.15.volumi.4.& conſil. 176. colū. 2.volum.2.ergo facilius in cambijs,vbi eſt præter dilatam ſolutionem loci interpoſitio, labor,periculum impenſa, & reliqua de quibus ſupra idē permittēdū eſt. Cum ceſſat ratio finiſque, qui legi condēdę cauſam dedit, tunc licet l.non ceſſet ipſo iure,vt in.l. proſpexit ff.qui, & aquib9: tamē ab habente poteſtatem legis condendæ talis. l. deberet abrogari,vt in princi. C. de caducis tollendis,ibi:vt quod belli calamitas introduxit,ęquitas pacis ſopiret.l.final.ff. de hæredibus inſtituendis, ſed in comperto eſt,quod poſtquam extra regionem noſtram exulare cœperunt cambiorum negotiationes,tunc cambia exercita ſunt,non ſecus quam ante ſolebant,ſed in eo tātum mutatio eſt:quod ante cum modico damno debitoris exercebantur,nunc autem grauiſsimis vſurarū molibus vexantur:quo fit vt creditorum animæ magis periclitentur,et debitorum facultates facilius breuiſque peſundentur, ergo omni ex parte ea prohibitio pernicioſa eſt,eiuſque abrogatio cōducibilis expetibilisq; tam æternarum rerum ratione quam caducarum.

Cābiū ſubiacet reſciſſionis prætextu læſionis vltra dimidiam.

20 In omni contractu tam bonęfidei quā ſtricti iuris, tam nominato quam innominato procedit ſecundum omnes ibi. l.2. C.de reſcindenda venditiōe,vt qui enormiter læſus ſit reſtituatur,tunc ſic ſi debitor in cambijs leuiter læſus ſit, tunc ea læſio iure cōmuni deſpicitur, lex ſcio.ff.de minoribus ſi grauiter tūc ſubuenitur ex iure cōmuni in hoc contractu non aliter atque in reliquis, ergo quid mali hic potius quam ī alijs inuenimus,cum quo ad animam vſurarum ſuſpicio nulla ſit, vt ſupra oſtendimus. Si omnia ſuperiora quem nimis formidoloſum timidumque quietum reddere nequeant,tunc ſaltem non poterunt non reddere dubium, vt in ambiguo ſit,an cambiorum negotiatio,vſuram capiat necne: tunc ſic in re dubia contractus vſurarius non eſt iudicandus,vt dicunt Bald.Alexan.Iaſo.& Decius in.l.rog.§.ſi tibi.ff. de pactis,A-

Vſurarius cōtractus ī re dubia nō eſt iudicandus cū cōi.

lexand.conſilio.221.numero.6.volum. 21 2.Decius conſilio. 119. numero.3. ergo ſi non ex capite certitudinis ſaltem ex capite ambiguitatis contractus licitus dicetur ex forma ſui.

Poſtremo ſi quis tam trepidus eſſet,vt nec ex omnibus ſuperioribus quieſcere poſſet,tunc ei ſatis faciet non dubie ille caſus à nullo vnquam nō probatus ecce enim qui debitor eſt alicuius quātitatis, ſi is in ſoluendo moram fecerit creditori,tenetur à tempore morę ad vſuras propter intereſſe creditoris præſtandas,ita tex.in.l.curauit.C. de actio. empti.& venditi.vbi traditur per omnes.dd.& traditur per omnes in.l.2.C.

Vſuræ præſtantur poſt morā debitoris ratiōe dāni emergentis, vel etiam lucri ceſſantis cū communi.

22 de vſuris, & per omnes incapi. conqueſtus extra de vſuris, quod dupliciter intelligitur. Primo in intereſſe damni emergentis (quod omnes admittunt) deinde etiam in intereſſe lucri ceſſantis ſecundum Alexandrum, conſilio. 221.numero.1.&.8.volumine.2. & ſecūdum Decium conſil.116. Corne. conſi. 166.volumi.4.Abb.in capi.conqueſtus de vſur.poſt Ancharra.ibi & Innocen. in capi.ſacro de pactis, quos ipſe refert & nouiſsime frater Dominicus de Soto in tractatu de iuſtitia & iure.lib.6.q.

1.articulo.3.in fine,& Ioannes de Medina,vbi supra, idque intelligitur non solum quando tantum creditoris interfuit,quantum erat valor estimatioque fructuum,quos forte debitor ille perceperat (veluti si centum debebam ex emptione prędij,ex quo fructus percipiebas) sed etiam si longe pluris interfuit creditoris, vt tenent Socin. consilio.133.nume.3.volumi.1.post Bald.in.l. 2.C.de vsur.Salice.in.l.sed si reipublicę.§.fina.ff.de vsuris, Socinus consilio. 176.in pri.volumi.2.post Anchar.in ca. peccati veniam de regulis iuris, libr. 6. & post Ananiam,in.c. cõquestus de vsuris idem Socinus consilio.88.nume. 8.volumi.4.Decius consilio.119.nume. 3.quanuis aliud sentiat Alexan. consil. 59.nume.4. volumi. 1. huius, quod rei. Ratio illa est,quod secundum eosdem is debitor ad'interesse tenetur nõ tam ratione fructuũ, quos percepit, quam ratione perfidię,quę siue ipse plus fructuum, ꝓcipiat ex fundo siue min9 par est.Præterea cum de itereſſe agitur,nõ illud inspiciendum est,quantum creditoris interſit possidere fundum quem à se alienauit, & abdicauit,sed quantũ eius interfuit habere precium,quod ex fide,et cõuentione habiturus erat:sed & si tale interesse excedat eum vsurarum modum,quem legitimũ leges ciuiles arbitrabantur,adhuc idẽ dicendũ erit secundum Alexand.in consili.221. numero.1. &.8.volum.secundum Decium consilio.116.Corne.consi.166.volumi.4.Abb.in cap.conquestus de vsu. & ibi Ancharra. & Innocen.in capi.sacro.de senten.excommunica.idque ex mente omnium procedit ex quacunq; causa,vel titu.debitum illud procedat vñ fit, vt licet debitor ille sit ex causa, mutui,tamen simul ac moram in mutuo reddendo fecerit,statim à tempore morę in posterum teneatur ad vsuras,quatenus excreuerit interesse creditoris,id quod prętereaq̃ quod esse videtur ex mente & sententia omniũ,tenet in specie Abba.in cap. conquestus de vsur.Bal.in.l.rogasti.§.si tibi.ff.si certum petatur, & tenet Dominicus de Soto in tractatu de iustitia & iure, libr. 6.q.1.artic.3.quo fit,vt etiam si cambiorum negotiationem absque præiudicio viri fatemur mutuo ęquam paremque esse,quod vt diximus omnes abnegant:tamen postquam debitor moram feciſſet,tunc sine dubio ad vsuras propter interesse creditoris teneretur, vnde si Pintiæ dedi centũ tibi, vt Hispali j.decẽ dies mihi actorive meo à te istoreve tuo darẽtur, ꝙ si aduersus ea factum esset, tunc à tẽpore moræ.1. post decem dies præteritos tenereris duo mẽstrua præstare ꝓpter meũ interesse, certe non dubie videtur te post morã obligatum ad duo illa menstrua pręstãda, etiam vltra sortem vsurarum nomine propter interesse. Quatre duę sunt inspectiones,prima an tenearis ad tale interesse, vel vsuras præstandas, altera an etiam tenearis ad tantum interesse, vel vsuras,quantum ab initio cõuenit: & quod ad vsuras tenearis iuxta mensuram eius quod reuera interfuit creditoris,oẽs admittunt, vt per Bal.Alexã. Ias.& Deci.in.l.rogasti.§.si tibi.ff.si certum petatur.Socin.consi.88.nu.6. volum.2.post Anchar.in.c.peccati veniam de regul. iur.Decius,consi.183.& consi.119.Soci. consi.130.volu.4.& consil.179.num.2. volu.2.Quod autem debitor post moram teneatur nõ solum ad id,quod reuera interfuit creditoris,sed etiam ad omne id quod conuenerat, quod forte longe pluris erat quam verum interesse, id licet tenuerint Anch. & alij quos referunt moderni supra allegati: tamẽ magis communis opinio est ,quod illa conuentio non valeat , quasi in fraudẽ vsurarum facta intelligatur , & consequenter quod creditor non quantum conuenerat consequatur,sed id tantũ, quod eius reuera interfuisse probauerit:sed posterior hęc opinio satis dubia atque periculosa est tũ,quod in re dubia nunquam debemus interpretari,vt conuentio videatur vsuram sapere, vt in specie docent Alex. Bald.Ias.& Deci.in.d.l.rogasti.§.si tibi.ff. si cert.peta. Alexan.consi.221.nume.6.volu.2. Deci.consilio.119.nume.3.ne cõ.l.merito. ff. pro socio delictum præsumatur, tũc etiam quod quantum cuiusque interſit à primordio conuentionis certum esse potuit,ſ vt si creditor quod sub vsuris debebat ex pecunia ab isto debitore collecta soluturus erat) postremo quia probatio eius quod cuiusq; interſit subdifficilis est, vt ait text.in.§. non solum instit.de verbo. oblig.quo fit, vt à primordio conuentionis designatam esse quantitatem eius,quod interfuit, ꝙ ve interfore creditur,id nõ tam in fraudem vsurarum factũ intelligatur, quã vt vexatio onusque huiusmodi difficilis probatiõis euitetur,vel quod iam tunc à primordio quantum interfuturum esset perspectum notumque contrahentium erat, cæterum hæ opinio- 26 nes,& varietates potuerunt conciliari,vt talis conuentio non valeat in vim conuentionis, & tunc procedat communis opinio:valeat tamẽ in vim probationis, & confessionis, & tunc procedat opinio contraria,eritque magni effectus,quia secũdũ hoc debitor potuerit probare non tantum interfuisse creditoris, quantum ab initio cõuenerat, id quod non posset,si ea conuentio in vim conuentionis valeret,quæ conciliatio videtur ex mẽte,& sentẽtia omnium:id quod tenet Dominicus de Soto in tractatu de iustitia & iure lib.6. q. 1.articul.3.tunc sic si cambium contrahatur,vt alibi solutio fiat, quam vbi pecunia numeratur,id cambium est gratuitum,quandiu eo commode iri mittiue possit, quo solutio confertur, vt si forte post id ipsi9 solutio differat,tunc certum quid annuũ menstruumve vltra sortem propter interesse creditoris moram pasi prętetur, tum id cambiũ nullo colore nulloque iure improbari poterit. Ad vltimam partem deueniẽdo in qua agẽdũ est de confutãdis diluendisque argumentis,quæ superioribus aduersari videntur,in primis si dixeris id cambium suspectum esse propter spem lucri faciendi , quã à primordio talis conuentionis concepisse creditor videtur,respondeam, quod spes non est certitudo, lucrum autem vltra sortem tunc demum improbatur,quando est certum,& indubitatum,non qn stat sub spe dubia,& icerta.Et illud mutuum dantes nil inde sperantes,intelligendum de spe certa, & indubitata secũdum terminos conuentionis, veluti si conuenit, vt post mensem debitor sortem redderet, & præterea aliquid tunc is creditor certum indubitatumque secundum terminos conuetionis sperat,secus si secundum terminos conuentionis certum non sit, sed & illud mutuum dantes non pręcepti sed tã- 27 tum consilij vim exhibet, vt late docet Theologorum ocalatissimus frater Dominicus de Soto, in tractatu de iustitia & iure,libr.6.q.1.articul.1.Præterea illud in mutuo tantum procedit, vt diximus, nos loquimur in cambio, quod mutuum non est : præterea illud vbi non est labor creditoris,nos in cambio vbi maximus est labor: præterea illud vbi industria nulla est, nos vbi maxima est mercede precioque digna:illud vbi periculũ creditoris nõ est, nos vbi maximum est : illud vbi creditoris impensa nulla est, nos vbi maxima est: illud vbi creditoris vexatio cura solicitudo non est,nos vbi hæc omnia interueniunt:ergo cum ad tollendam consequentiam sufficiat dari vnam instantiã vt per glo.in capi.sicut vrger.1.q. 1.gl. vbi late Sas.in.l.creditori.ff. de oper.nountia.fintque hic tot instantiæ, aliæq; quam plures, quę ex superioribus colliguntur,plusquã manifeste videtur hũc casum intrepide admittendum.

Denique illud notãdum est , quod etsi à quibusdam perditis hominibus huiusmodi cambia fiant mẽte deprauata,id nobis impedimento esse non debet,cũ nullus sit tam vtilis,tam necessarius,tã sanctus,tã iure gẽtiũ vetustissimo receptus ꝓtractus,in quo quotidie nõ fiat ab id genus hominibus variæ fraudes, verum ob perditissimorum hominum mores deprauatos reliqui boni,& iusti non deberent cõmercijs ad onerosam hanc vitam quærendam,transigendãque necessarijs carere, neque is contractus exulare,non magis quam reliqui

Vsura debetur ex mora,quatenꝰ ĩterfuit creditoris, ẽtsi interesse excedat mensuram fructuũ rei vẽditæ,et legitimũ vsurarũ modum.

Vsuræ post morã debẽtur quatenus re vera interfuit cum cõmu.

Vsurarũ in fraudẽ facta videtur cõuentio, q̃ excedit modũ eius, ꝙ ĩterfuit,ideo nõ valet ni si quatenus reuera ĩterfuit cũ cõi.

Vsuræ post morã debitoris secũdũ cõuentionẽ præstãda e sed postea restituet creditor.ꝙ recepit vltra id ꝙ reuera eius interfuit.

Mutuũ dãtes an aliquid indc possint sperare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui iure gentiũ neceſſarij ſimiliter exiſtimantur, itaque id vicium nõ contractus eſt, ſed perſonarum, quibus vt reliquis legum tranſgreſſoribus puniẽtium legum imminet formido, ita fere in terminis noſtris reſpõdit Hierony. de Luca in tractatu de cambijs in vlti. termino, nu. 47. poſt Diuum Auguſt. quem refert ſuper Pſalmo. 70.

Sed & illud nõ eſt prætermittendum, quod cũ in regione reipublicaque noſtra vetitũ nõ ſit cãbire, hinc ad regiones regnave extranea, alienaq; ab imperio ditioneque noſtra (quale eſt, ad Flãdriam Genuamq;, & ſimiles regiones) vix vlla nõ ſolum vehemens ratio, ſed nec etiam leuis occaſio iueniri poteſt, ob quam vetitum ſit inſpecta animarũ ſalute cambire ab altero huiꝰ regionis oppido ad alterum, præſertim ſi inter ſe hęc loca longe diſtarent: etenimque differunt tanquam plus & minus non differunt in ſpecie. l. ſi. vbi gl. Bar. & alij ff. de fundo. inſtru. vnde ſi inter cętera, quæ hanc cambiorum negotiationem legitimam faciunt, ipſa loci interpoſitio in cauſa eſt principali ac potiſſima, vt ex ſuperioribus docemur, plusq̃ manifeſtum eſſe debet locorum diſtantiã breuiorem eſſe, aut longiorem non eo pertinere, vt licitum illicitumve ſit cãbium, ſed vt intereſſe, pretium, merces lucrumve cambij plus minusve augeatur, creſcat: dilatetur, neq; ad rem pertinet, quod valor æſtimatioq; monetarum non idem parq; forte erit in reliquis alienæ ditionis regionibus, vt in noſtra eſt, vt huiuſmodi valoris monetarum varietas iuſtum cambiorum intereſſe lucrumque pariat, nam reſpõdetur de huiuſmodi varietate nobis nõ eſſe factam fidẽ, nec ſi facta fuiſſet iter eſſe iuxta talis varietatis terminos moderatur, regulatur, cõmenſuratur: nec ſi talis diuerſitas inter regionẽ noſtrã, et aliquã aliam eſſet, ſequeretur, quod talis diuerſitas inter noſtrã & reliquas omnes pariter detegeretur, & tamẽ pariter atque exęquo id cambium ad oẽs extraneas regiões permiſſum eſt. Nec me mouet, quod cum vetitum ſit e regione noſtra in reliquas extraneas pecuniam numeratam traducere, ideo p literas neceſſum ſit in ijs regionibus negotia noſtra expediri, & cõſequenter per vſum cambiorũ, nã ingenue agnoſcimus, quod rerum terreſtrium agẽdarũ, ex hac cauſa creſcit vtilitas: verũ cũ anima ſit cunctis rebus caducis terreniſque præferenda. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. et ſump. fu. & iuxta illud, qd prodeſt homini, ſi totum mundũ lucretur, animæ vero ſuę detrimẽtum patiatur: euincitur plane vtilitatis rerum caducarum facilioriſque expeditionis augmentum paruipendendum, nihilique æſtimandum eſſe, ſi ob id animis detrimẽtum incuderetur. Itaque ſi id cãbiũ, ob hanc vtilitatem iuſtum licitumque fatemur, reliqua cambia quę licet non tantam: tamen grandem vtilitatem expediendis negotijs præbent, damnare non poterimus.

Stat ergo ex ſuperioribus (ſi non fallimur) ſatis abundeq; defenſss duas illas cambiorum ſpecies de quibus differimus. Quæ cum iam diu aliqua ex parte exulauerint, totq; mala ob earũ exilium (vt à primordio huius operis peculiari ſermone enarrauimus) regioni, reipublicæque atq; principibus noſtris ingruerint, non inutile, nõq; iniquum, nonq; à religione alienum videretur, ſi horũ cãbiorũ vſus noſtris reſtitueretur. Concluditur, tandem cambium in ſpecie propoſita nõ eſſe mutuum ſed permutationẽ, vel contractum innominatus, do vt des, & conſequenter vſura in eo non cadit.

Rurſus concluditur, quod etſi cambiũ eſſet mutuum, adhuc licitum eſſe cambij intereſſe, quia capitur nõ ratione mutui vel temporis, ſed ratione expẽſarũ ratione periculi, ratione laboris, ratione ſolicitudinis, ratione vexationis, ratione induſtriæ.

Tertia concluſio cambiorum contractũ tam vtilem tamq; iuregentium neceſſariũ ob negotiorum expeditionẽ eſſe, vt à quibuſdam veluti quintum elementum vocitetur.

Quarta concluſio cambire ab altero, oppi

oppido huiꝰ regionis ad alterũ eiuſdẽ regni licere, non aliter atque liceret ad regna diuerſa, nręq; ditioni nõ ſubiecta, vt vel vtrunque liceat vel neutrũ.

L. 1. tit. 8. lib. 5. ordina. 28 In ſumma cambiorum negotiatio lege regia recepta eſt. l. 1. titul. 8. libro. 5. ordin. qua in re illud memorabile eſt, huius negotiationis exercendæ facultatẽ non poſſe locari etiam per interuentũ iuramenti, & hac in re iuramentum relaxari per principem ſecularem, vt. d. l. 1. per quam ampliatur. l. fi. ff. qui ſatisda re cogantur: ſtat ergo ex ſuperioribus cambiorum negotiationes in caſibus quibuſdam eſſe licitas, ĩ alijs vero ſuſpectas & vetitas, vnde qui huiuſmodi cãbiorum negotiationem exercent non ſemper teſta. facere poterunt: nam ijs caſibus quibus illæ negotiationes illicitę ſint teſta. facere non libere poterũt, ſed demum ſub diſtinctione. c. quamquam. §. fin. de vſuris, in. 6. In reliquis autem criminibus licet ante ſententiam delinquens teſtari poſsit. l. qui à latronibus. §. fi. ff. de teſta. tamen fallit, ſi ſit tale crimen, quod inferat bonorum publicationem ipſo iure argum. l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & l. eius qui. ff. de teſtam. vnde is ſi de facto faceret teſtam. in foro animæ teneretur, quia de bonis quæ iã fiſci erãt nullo iure diſpoſuit.

1 *Reſtitutio ob læſionem enormem datur, licet fiat vẽditio iudicis autoritate per ſubaſtationẽ ingẽs quæ.*
2 *Intellect. l. 1. C. de prædi. decu. lib. 10.*
3 *Venditio quod fiat neceſſitate rei familiaris non facit, vt pro læſione infra dimidiam detur reſtitutio cõtra communẽ idem in foro conſcientiæ contra cõem.*
4 *Venditone partium conſenſu à iudice approbata ceſſat reſciſio prætextu læſionis vltra dimidiam ſecandum communem, nos contra cum nouiſſi.*
5 *Venditio ne reſcindatur ob læſionem vltra dimidiã remedium.*
6 *Maioratui non præiudicat ſententia dicta ex placito partium.*
7 *Maioratui nocet ſententia dicta ex placito partium accedente regis confirmatione.*
8 *Maioratui etiam facto ſine licentia principis idem noceret.*
9 *Reſtitutio ob læſionem vltra dimidiã datur in trãſactione ingens pugna.*
10 *Reſtitutio ob læſionem vltra dimidiam ceſſat data ſcientia læſi cum communi.*
11 *Locationi quando adfuiſſe videatur læſio vltra dimidiam contra nouiſſi.*
12 *Reſtitutio ob læſionem vltra dimidiam datur etiam poſt conductionem finitam cum Pinello contra Deciũ.*
13 *Reſtitutio ob læſionem enormem datur licet iã optio nis locus non ſit.*

Reſtitutio ob læſionem enormẽ datur licet fiat vẽditio iudicis autoritate in ſubaſtatione ingẽs quæ.

1 EIcet reſſit vẽdita in publica ſubaſtatione iudicis mãdato, habet locum remedium. l. 2. C. de reſcind. vend. ita pbatur in. d. l. ſi quos. C. de decurio. lib. 10. pro qua opin. eſt tex. in. l. 4. tit. 7. libr. 5. ordi. hanc opin. tenet Bar. in l. 1. nu. 1. C. de præſcr. triginta vel quadraginta anno. quem ſequitur Ioã. de Imola, in. l. pretia rerum nu. 3. in. 2. col. ff. ad. l. Falcidiam, idem Imol. in. l. ſi quis cum aliter, num. 7. ff. de verb. obli. Abb. in. c. cum cauſa nu. 6. de empti. & venditio. hanc opi. tenet etiam Pantaleon de Crema. in repeti. l. 2. col. 24. & 25. in. 8. & 9. limita. C. de reſcin. vẽ. eandem opinionem tenet Alex. in. d. l. pretia rerum nu. 8. & in. d. l. ſi quis cum aliter, nu. 15. idem Alex. in additionib. ad Bar. in l. 1. C. de prædi. decurionum lib. 10. Rom. in. d. l. ſi quis cum aliter, nu. 9. & 10. eandem opi. (vbi eã latiſsime examinat) tenet Arias Pinellus, in. l. 2. C. de reſci. vend. par. 2. nu. 18. qui hanc firmat eſſe cõem Claudius in. d. l. ſi quis cũ aliter, Antonius Burgenſis. nu. 27. in. d. ca. cum cauſa de empt. & vendi. Angelus in. §. ſi quis agens inſt. de actio. Pantal. de Crema in. d. l. 2. C. de reſci. vẽdi. nu. 108. Rebufus in. 2. tomo ad conſt. Galliæ pag. 186. Hieronymus Cagnolus. in d. l. 2. q. 23. Fabianus de empti. & vendi. q. 8. Martinus Nauarrus in. ca. nouit de iudicijs not. 6. nu. 91. Petrus Aduen. in regula. 187. nu. 10. Calcaneus cõſilio. 27. prope finẽ, Iaſ. in. §. ſed iſte nu. 107. inſti. de actio. Tenet Vincentius de Herculanis in. d. l. pretia rerum in. §. corpora col. 9. verſi. circa quintũ. ff. ad. l. falcidiã. Contrariam opi. tenet Bar. per tex. ibi. in. l. 1. C. de prædijs decurionum lib. 10. ibi nec immoderatus venditor, nec emptor iniuſtus inueniatur, idẽ ſentit idẽ Bar. in. l. ſi quos ſpontaneos. C. de decurionibus. eod. lib. quam opi. Bart. ſequitur Ange. in. d. l. 1. C. de prędijs decurio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,&.§.vnde Marcellus,&.§.si locupletem.ff.de minoribus.l.fi.C. de in integ. rest.cũ glo.l.sancimus. C. de admi. tut. §.pe.inst.quib.alienare licet,& quia factum legitime.vt. d.l. sancimus,&.d.c. factum legitime, & quia ipsorũ minorum id interest,nam aliter non inuenirent,quibus cum cõtraherent,& quasi hominũ cõmercium eis interdictũ videretur,vt ibi quod &c.tenendo istam partẽ ad tex.in.l.patri.§. item ex diuerso.ff.de minoribus,resp.quod loquitur quãdo ab initio fuit deceptio,tũc enim si minor vendidit viliori precio, quam par erat, datur restitutio ad rem suam recipiendã,nec preciũ reddit,nisi quatenus fit locupletior:nõ sic,quãdo initiũ cõtractus bonę fidei ratio,& æquitas tuetur,quia æquo precio processit, tũc enim nec minor reuertitur ad rem suam, nec est agẽdum de precio integro,vel nõ integro reddẽdo.item ad.l. 2.C.si aduersus soluti.vbi postquã adolescẽti authore curatore solutum fuit, dicitur in præsidis cognitione essẽ, an detur restitutio:resp.q̃ procedit quando minus rite facta fuit solutio, quod in casibus accidere potest vt in. l. sancimus.1.& in.l.constitutionem.C.de admi.tutorũ, vel quando etiã in ipsa solutione lęsio interfuisset, veluti in quantitate,aut qualitate,aut causa, aut loco, aut alio modo diminuta esset solutio, argu. l. Lucius Titius curator.§. tutelę. &.§.fi.ff.de admi.tutorũ iuncto.§. plus cum.§.seq. inst. de act. aliter enim si ex integro, & rite fieret solutio, statim na sceretur liberatio integerrima,neq; ex post facto daretur restitutio.d.l.Lucius §.tutelę verb.ipso iure,& ibid.§.fi.v̊bo. ipso iure,&.l.in pupillo.ff.de solut.probatur ratione,nam longe melius est pignori incũbere, quã in personam agere,ficque si minori cum authoritate curatoris solui,quod ei debebam,hic ipse lęsus in suo recipiendo non est, sed ius, & conditionẽ suam meliorẽ fecit,quia melius est pignori incumbere &c. ergo cõtingit ipso iure liberatio. d.l.1. C. si aduers.sol.d.§. tutelę.d.§.fi.d.l.in pupillo, & consequẽter cessat restitutio, licet pecunia soluta,ex post facto casu, vel culpa, non tamen soluentis pereat, vel deminuatur,vt.d.§. non semper, & d.§.sciẽdum,&.d.§.item nõ restituitur d.§.vnde Marcellus.d.§.si locupletem, &.l.fi.C.de in integr.resti. & quia magis subuenitur soluenti, cum faciat ex necessitate,quam sponte contrahenti, & in hac materia vt probat. l. quod si minor.§. restitutio,vbi per glo. & omnes. l. ait prætor.§.permittitur.vbi glo. & omnes.ff. de minorib. & in reliquis materijs. l. si fideiussor. §. si necessaria, vbi multa per Ias. ff. qui satisd.cog. sed sponte cõtrahenti non objicitur restitutio, si initio minor lęsus non fuit, licet postea lęsus reperiatur,vt. dd.ll.ergo longe minus objicietur soluẽti sine vlla læsione,& fraude, licet postea mi- 4 nor lędatur.ad.l.etiã.C. si tutor vel curator interuenerit resp. quod procedit quando minor fuit lęsus,vt dictum fuerat in.l.præcedẽti eiusdem tituli,& idẽ est in terminis.l.fiquidem. C.de prædi. minorũ,vbi læsio interfuit, aliter enim cessaret restitutio, vt in specie tenent Bart.in.l.si fine.§.interposito. ff. de admi.tut. Pinellus de resci.vẽdi.l.2.par.3. c.1.nu.28. Moli.de cõmer.q.37. nu. 285. licet cõtrarium, & male teneãt magis communiter doct.dum generatim hrmãt, quod pecunia minori soluta cum interuentu etiam curatoris, si postea culpa,vel casu pereat,minori datur restitutio contra soluentem, vt sic plenissima securitas non videatur contigisse,ita tenuerunt glo.& doct.communiter in.d.l.1.C.si aduer. sol.glo. & cõmuniter doct.in.§. pe. inst. quibus ali.licet glo. & communiter doctores in. l. ait prætor.§.permittitur.ff. de minoribus, Barto. & Sali. in.d.l. si quidem, Gozadinus cons. 44.nu.14. nec ad rem pertinet tex.in.d.§.permittitur, vbi desideratur præceptum iudicis in solutione facienda adulto,vt sic cesset restitutio, nam illud verũ, quãdo is non habebat curatorem,alias secus,vt ibi pater.

Minori cũ authoritate tutoris si fit solutio, cessat restitutio cum multis contra commu nem.

5 Ex superioribus quę diximus in tertio casu apparet veriorẽ esse,d. cõmunem op. Bart. & docto.in.l.1. C. si aduersus credi.

Minor si vẽdit fundum viliori precio restituitur ad rem, nec restituit preciũ, ni si quatenus aduersarius p̃bat in rẽ eius versum fuisse cũ cõmuni contra multos.

credi dum tenent, quod si minor mihi vendidit fundum viliori precio, & sibi restituto objiciam, vt precium reddat, tũc ego tenear, eum minorem saluum habere precium probare, nec id onus minori incumbere, veriorem inq̃ esse eam cõmunem op.quam.d.communis op.glo.Bart.& aliorũ in.l.prædiorũ.C. de prædi.minorũ distinguentium vtrũ cõtractus esset ipso iure nullus, vt tũc minori non incumberet onus probandi, secus si esset firmus, sed verius esse apparet non minori, sed eius aduersario vtroq; casu incumbere onus probãdi,vt ex superioribus docemur.

De eadẽ re contra Molineum.

Item apparet euidentius errasse Molineum vbi supra,dum vtroq; casu minori incumbere onus probandi contẽdebat,cum in vtroque casu cõtrarium verius,& receptius esse ostenderimus.

Pecuniam mutuo dedi adolescenti minori. 25. annis, quã ab eo repetebam, is restituitur aduersus hanc obligationẽ, vnde constat nõ teneri ad totam pecuniam mihi reddendam,sed tantũ ad eã pecunię partem, quæ apparuerit versam fuisse in eius rem, & vtilitatem.l.1. &.2.C.si aduer. credi. l. quod si minor

Minoris in rem mutuũ receptũ versum fuisse an ipse an aduersarius probare teneat : ingens quæ.

6 §. restitutio. ff. de minoribus,non leuis cõtrouersia est vter eorũ teneatur probare pecuniã versam fuisse in rem minoris,& hac in re sunt varię sententię, prima fuit eorũ, qui existimant referre, vtrum mutuũ esset gratuitum,an vero esset fœneratitium.i. sub vsuris contractũ, vt si sit fœneratitiũ, quasi in odiũ fœnerantis ipsi creditori incũbat onus probandi pecuniã versam fuisse in vtilitatem minoris, non sic si mutuũ esset gratiosum,& sine vsuris,nam tunc,inquiunt, ipsi minori incumberet onus probandi eam pecuniam in rem ipsius versam nõ fuisse, sed illam sele,vel culpa prodegisse, vel casu amisisse, ita distinguũt.gl.in.l.1.C. si aduers.credi. vbi Cinus Bart.Bal.Alberi. Ang.Paul.Fulgo.Iacobinus de Ianctο Georgio nu.5. & rursus nu.7.& ita tenent doct.secundum ipsum & Fulgosi. Alex.in. l. ciuitas nu.11.ff.si cer.pet.Ias.in.l.nã & postea.§.si minor nu.21.ff.de iureiur. vbi fit mat doctores ita tenere,Decius in.l.singularia.ff.si cer.pet. nu.21. Ripa.in.l.si is qui bona nu.12.ff.de pignori.Matthęus Afflictus lib.2. cõsti.rubr.3.nu.20. eſtq; receptissima op.secundum Molineum de vsuris.q.37.nu.280.& est eius op. secũdũ Pinellum nu.31.in.l.2. C. de resci. vendi.par.3.c.1.& hæc opi. tenetur per doct.secundũ Bart.in.d.l.1.C.si aduersus creditorem.

Altera fuit opinio eorũ,qui verius esse voluerũt,vt.d.l.1.& totus ille titulus.C. si aduersus creditorẽ procedat generatim, & indefinite in quocunq; mutuo, siue vsurario, siue gratioso, vel gratuito,vt si creditori mutuũ repetenti minor objiciat lęsum se fuisse,nõ incũbat ei onus probadi læsionẽ,sed potius creditori onus probãdi pecuniam versam fuisse in rẽ minoris mutuũ accipientis, ita tenẽt Salicetus i.d.l.1.C.si aduersus credi.nu.3. qui ita tenere doctores asseuerat,tenet Imola i.c.1.col.7.de depositο Curti.i.d.§. si minor ad fine Matthe felanus not.58.Ioannes de Platea in.l.1. veri.hoc autem.C.de venden.reb.ciui. Alciatus in.l. ciuitas nu.16.ff. si cer.pet. Socinus cons.115. circa primã quæstionem nu.13.lib.1.& ita tenet gl. in verb. docuit in.d.l.nam & postea.§.si minor, quam sequitur Signorolus ibi in repet. nu. 11.& reliqui omnes,ibi simpliciter transeunt cum glo.

Tertia fuit opinio Molinei, qui tuetur creditorẽ, vt siue gratis,siue sub vsuris mutuum minori dedit, si sibi repetenti minor dicat se læsum, restitutionemq; imploret,probare debeat læsionem,ita Molineus de comer.q.37.nu.280.

Quid dicendũ?& sane loge verior est opinio secũda.s.relata, vt tã in mutuo fœneratitio, q̃ in mutuo gratioso, creditor qui minori mutuã pecuniã dedit, eamq; ab eo repetit, non audiatur, nisi eam versam in eius rẽ,& vtilitatẽ probauerit, hoc in sui generalitate probat d.l.1. &. d.l.2. probat tex. in. l. patri. §. itẽ ex diuerso.ff. de minoribus, & in.l. si fine.§.interposito.ff.de admi.tuto.p̃baturq; multis & iuribus, & rationibus, de quibus.s. q̃ hic repetere nõ expedit.

Minor

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 *Minor contra sol.curatoris autoritate receptam, si læsio abfuit,licet postea emerserit, non restituitur contra communem.*
2 *Intellect.l.1 C.si aduer.sol.*
3 *Minor contra sol.etiam iudicis autoritate factã pòt restitus contra communem.*
4 *Intellect.l.ait prætor.§.permittitur. ff. de minorib.*
5 *Restitutionem nec tollit,nec inducit iudicis interuẽtus contra plures.*
6 *Concilium Bal.& Paul.explosum.*
7 *Minor restitui potest contra restitutionem hæreditatis sibi minus itegre factã tutore autore cõtra cõem.*
8 *Minor nunquã restituitur per læsionem postea emergentem contra plures.*
9 *De eadem re noua declaratio.*
10 *Iudicis impulsu quando restitutio facta videatur cõtra Paul. & Iacobinum.*

Minor contra sol. curatoris autoritate receptam, si læsio abfuit,licet postea emerserit, non restituitur, cõtra cõem.

1 ADolescenti ,curatorem habenti centum, quę ei debebam, soluti autoritate & interuentu curatoris,ea pecunia postea amissa est, is minor per in integrum restitutionẽ eam à me iterum petere poterit,ita tenent Placentinus in summa, & Azo.in summa.C. si aduersus soluti.& ibi Accursius, Ioannes Fab.Odofred.Iaco.Butrig.Petr.de Bellaper.Cin.Bar.Bal.Ang.Sal.Raph. Fulg.Paul.Are.& Iaco.de Sancto Georgio,quorum non pauci hanc dicunt receptam sententiam,idem tenent gl. & cõmuniter Doctores in.§.pen.inst. quibus alienare licet vel non, idem glos.& cõmuniter Doct.in.l.ait prætor.§.permittitur.ff.de minoribus. Innoc. & Hostiensis,in.c.1.depositi.sentit Bal.in.l.2. de re iudi.& in.c.1.de ord.cog.glo.fi.& ibi communiter Docto.in.l. si quidem C.de prędi. minorum.
Mouentur omnes per.l.1.C.si aduersus soluti.quam legem Paulus & Iacob.ibi aiunt videri contra omnẽ æquitatẽ, nã qui soluit tutore vel curatore autore, & per hoc consequitur plenam liberationẽ,quomodo punietur ex amissione postea contingente?ego sane existimo nullam esse legem rationis expertem, eamq; legem irrationabilẽ oĩno, & e corpore iuris delendam,& exulari iubendam esse ab omni republica,si disponeret(quod scribentes falso opinantur) vt qui ex integro soluisset minori cum autoritate curatoris, ab hoc iterũ ea pecunia exigeretur, eo quod postea amissa esset, sicq; vt præfata conclusio ea lege nõ probetur, postea docemur, quod autem in se vera nõ sit,probatur legibus & rationibus,in primis est contra.l.fi.C.de in integ. restit. & contra.l. quod si minor.§.non semper.ff. de minoribus.l.verum.§.Iciendum,&.§ item nõ restituitur, &.§. vnde Marcellus,& §.si locupletem eo.tit. l.nam & postea. §.si minor.ff. de iureiur. in quibus caue tur initium cõtractus seu distractus inspiciendum esse, qui si ex parte minoris frugaliter gestus est, & ex parte aduersarij bona fides sine læsiõe iterfuit, nihil amplius exoptãdum est, nec si ex post facto læsio emerserit minorem restituendum, non magis quã si læsus nõ esset,sic & in specie nostra is minor restituendus non est occasione læsionis postea emergentis . Secundo liberatio est longe fauorabilior quam obligatio. l.Arrianus.ff.de act.& obligati.ergo id facilius admittendum in fauorem huius solutionis,quam i reliquis causis,vt sic contingat vel cõseruetur liberatio. Tertio in hac materia magis subuenitur faciẽti actum ex necessitate, quam si ex voluntate spõtanea faceret. l. quod si minor.§. restitutio. ff. de minoribus, vbi notant gl.& omnes Doct. sed is necessitate coactus soluit,ergo, & c.sic & subuenitur ei, qui necessitate coactus fecit, in multis casibus enumeratis per Ias.i.l.si fideiussor.§. si necessaria,ff. qui satisdar.cogant.l.si filius qui patri.ff.de vulga.vbi per Doct.Soci.in.l.conditionibus pupillus.ff.de conditio.& demõ. per nouissimos in.l.Gallus in prin.ff.de lib.& posthu. Quarto nullorum magis interest,quam ipsorum minorũ huiusmodi iniquitates nõ admitti, aliter emẽ neminem inuenirent,quo cum contraherẽt,sicque quasi omnia comercia eis interdicta viderentur,vt.d. §. non semper. Quinto res sua cuique non in dãnum alterius perire & solet,& debet.l. quæ fortuitis.C.de pigno.actio.l. si ex legati causa.ff.de ver.obli.l.quod te mihi,cum ibi notatis.ff.si cer. pet. ergo cũ per so-

per solutionẽ, ea pecunia soluta ipsius minoris facta fuerit,sibi tantũ non etiã debitori soluẽti perire debet.Sexto factũ legitime retractari nõ debet, licet casus postea euenerit,& c.c.factũ legitime de reg. iuris.in.6.l.ancimus.1.C.de admi.tuto. Septimo minores non sunt alieno incõmodo locupletãdi. l. pe.§. fi.ff.de rebus eorũ.Octauo iuris dicẽtis propositum fuit hominibus frugi minores exæquare, pareiq; reddere, non etiam potiores. d. §. si locupletem, sed id cuique diligẽtissimo patrif. euenire posset,ergo & c.Nono id probat.l.Lucius Titius curator.§.tutelę, vbi aperte contra tutores vel curatores recursus minori hoc casu datur , nõ etiam cõtra debitorẽ iam liberatũ, facit.§. fi.d.l. ad idem.l.pe.C.ad Treb.

Intell.l.1.C. si aduer.sol.

2 Neq; ad rem pertinet.d.l.1. si aduersus sol.a cuius intellectu male accepto nostrorum interpretũ effluxit error,nam ibi quod tutor ratione tutelę gestę debebat pupillo,ei iam adolescenti soluit curatoris autoritate, ait lex cõtingere liberationem ipso iure, quod & dixit d.l.Lucius.§.tutelę,&.§.fi.&.l. in pupillo.ff.de soluti.verũ vt in reliquis cõtractibus , & distractibus, licet mero iure valeant,tamẽ causa cognita dari potest restitutio,ita quidem & in dicto casu, licet solutio mero iure valeat,tamẽ causa cognita dabitur restitutio,verum vt in reliquis causis ita demũ causa cognita datur restitutio , si læsio interfuerit d.l.minoribus,&.d.l.verũ.§.Iciendum, &.§.item non restituitur.§.vnde Marcellus.§.si locupletem,&.d.§.non semper,&.d.§.si minor,ita quoq; in terminis illius legis dabitur restitutio,ita demum si læsio interfuerit, & non aliter, & hoc est quod venit in causæ cognitione.Læsionẽ autẽ interuenisse oportet tempore & primordio ipsius solutionis factę, non secus quã interuenisse in reliquis cõtractibus oportebat tempore contractus celebrati,in quibus vt læsio postea cõtingens non præbet restitutionem minori, nec nocet eius aduersario, ita & in dicta solutione, quæ ex integro facta fuit,læsio postea emergens nec restitutionis beneficium præberet minori , nec eius aduersario noceret,vt in omnibus iuri. supra allegatis:ilq; est planus,nitidus, & vere originarius illius legis intellectus, quẽ nullus vnquã scribentium, in quorum scripta inciderim,percepit. Neq; ad rẽ pertinet, quod ipsi aiunt imputãdum esse debitori soluenti,quod iudicis authoritatẽ adhibere potuit, idq; prætermisit, nam sic etiã possemus dicere imputandum esse ei,quod illi solutioni multe testes potuit adhibere , & duos tantũ vel tres adhibuit , nã tex. in.l. ait prætor.§. permittitur.ff. de minoribus, q̃ doctoribus præbuit huius allegationis occasionẽ , ideo exigit iudicis authoritatẽ, q̃ curatoris authoritas deficiebat , qui tex.planè æquiparat interuẽtum & authoritatẽ curatoris iudicis authoritati, vt ille tex.etiam solus nostrã opinionẽ satis ac satis tueretur , & si alia iura deficerent , tãtum abest vt partem cõtrariam tueatur , quod si dixeris in terminis.d.l.1.C.si aduersus solutionẽ,si restitutio non daretur ob lęsionem postea emergentẽ,quam aliam ob causam dari posset,cum minor in solutione recipienda nõ lędatur , cum plus cautionis in rem sit, quam in personã,vt in regula iuris,& melius sit pignori incumbere,quam in personam agere,vt dictum est,& multa accidere possent,propter quæ nõ capias.ff.de acq.rerũ dominio. l.adeo in.§.fere.& inst. de rerũ diuisione.§.fere cum.§.sequẽti,vnde is minor in solutione recipiẽda ius suũ , suamq; conditionem non potuit non efficere meliorẽ , tantũ abest vt lęsus videatur, præsertim cum locupletior factus intelligatur , eo ipso quod pauperior factus no sit.l.in pupillo.ff.de soluti.ergo cum in.d.l.1.dicatur ex causa restitutionem dari,nec ex pecunia recepta læsio vlla emanare posset,sed tantũ ex pecuniæ receptę amissione cõtingente,necesse est intelligere, vt ibi ea amissio postea emergẽs legitimam restitutioni causam præbuerit,sed ad hanc rationẽ, quæ reuera nostrorũ plęrosq; decepit, coegitque hanc sententiam (quam & ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſi impiam iniquamque eſſe fatentur) ſequi facillima cõfutatio eſt, negamus, enim in ipſa ſolutione recipienda non potuiſſe interuenire læſionẽ, quinimo & interuenire poteſt, & non raro, ſed frequentiſsime, cũ enim aliud pro alio volente creditore poſsit exolui, vt in pr.inſtit.quib.mo.tolli. oblig.cum mille ſimilibus ſupra adduct.cumq; minus re poſsit exolui, & dari per curatorem apocha debitori integra, plenaque quaſi totius debiti recepti. d. l. Lucius Titius curator.§.tutelę.&.§.f. cum potuerit ſoluere minus cauſa, vel minus loco, vel minus tempore, vel minus cõditione.§.plus, cum ibi notatis inſtit.de actio.vbi per laſ.& alios, quid impedit quin in tali ſolutione non potuiſſet interuenire læſio in terminis. d. l. 1. quid enim ſi aliud pro alio ſolui permiſit, in quo lęſus fuit, quid ſi alio loco ſolui permiſit, in quo læſus fuit, quid ſi alio tempore ſolui permiſit, in quo lęſus fuit, ꝓpter vſuras quas interea creditoribus ſuis minor iple pręſtabat, quid ſi minus re recepit minor, reliquumq; remiſit, cautionem vel apocham totius debiti quaſi iam recepti præbuit, in omnibus enim his ſpeciebus & ſimilibus potuit lędi, & in integrum reſtitutionem mereri, locumque habere. d. l. 1. quæ hoc modo intellecta impia, aut iniqua nõ erit, ſed vtilis & neceſſaria. Ad. l. fancimus. 1. & l. conſtitutionẽ. C. de admi. tuto. reſponde, quod ibi additur ſolẽnitas, vt in certis ſpeciebus, & cauſis, in ſolutione minori faciẽda pręter tutoris, vel curatoris autoritatem, neceſſe ſit, vt etiã adſit iudicis decretum, vt aliter ſolutio non rite facta videatur, ſicque non cõtingat debitori liberatio, vt ſi damnum poſtea emergeret, citra auxilium reſtitutionis poſſet minor debitum illud repetere, non ſecus quam ſi ſolutum non fuiſſet, interueniẽte autẽ iudicis decreto liberatio ſtatim cõtingat, nec ex dã no poſtea emergenti, minori detur reſtitutio, quod omnes admittunt. Sed ſi in ipſa ſolutione quãuis iudicis & tutoris authoritas interfuit, læſio ꝓtigit, tũc licet gl. Azo. Placenti. in ſumma Odofredus Faber, Cinus, Petrus de Bellap. Bar. Bal. Ange. Sali. Fulgo. Paul. Areti. Iacobinus, & alij in. d. l. 1. & gl. & omnes Doct. cõmuniter in. d. l. ait prętor. §. permittitur, in glo. mag. gl. & omnes in. d. §. pe. inſti. quibus alienare licet teneant ceſſare reſtitutionem, propter authoritatis iudicialis interuẽtum, quod & tenuit gl. fi. in. l. ſiquidem. C. de prædi. mino. & gl. in verb. auditurum in. d. §. permittitur. Tamen nos contrarium longe verius, & æquius putamus, vt etiam eo caſu ſi minor ab ipſo primordio ſolutionis receptę læſus fuit, quod forte minus re, aut tempore, aut loco, aut cã, vel conditione recepit, licet interfuerit ĩ ſolutione hac, iudicis autoritas adhuc poſsit reſtitui, nõ ſecus quam ſi iudicis authoritas non interfuiſſet, ſed ſolius curatoris, in quibus cauſis curatoris autoritas ſufficit, vt data paritate ter minorum nulla ſit differentia inter authoritatem iudicis, & authoritatem curatoris. Sed vt interueniente curatore, tunc ſi læſio in ipſa ſolutione à primordio interfuit, daretur reſtitutio, ita quoque iudice interueniente detur, & vt ſi à primordio lęſio nulla eſſet, licet poſt ea emergeret, nõ daretur reſtitutio, qñ iudex ĩterfuit, ita quoq; ĩterueniẽte cũ ratore ſi à primordio ĩ ſolutione nulla ĩterfuit læſio, licet poſtea emergat, ceſſet reſtõ, vt ſic iudicis autoritas nõ aliter quã autoritas curatoris, faciat vt ſolutio rite facta videaẽ, nõ autẽ vt recte facta, & ſine vlla læſiõe videaẽ, qđ rite fiat ꝓdeſt adhõẽ, vt læſio poſtea emergens non noceat debitori ſoluenti, nõ vt lęſio in ipſo actu interueniens excludat minoribus auxilium reſtitutionis, ne in ipſorum damnum, & diſpendiũ conuertatur authoritas & interuentus iudicialis, qui in cõrum fauorem exigebatur, & ita intellige, & amplia tex. in. l. ſi quidem. C. de prædijs minorum.

Minor cõtra ſol. ẽt in dicis autoritate factã põt reſtitui cõtra cõem. 3

4 Et ita intelligo, & limito text. in. d. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minoribus qui tex. dum negat reſtitutionẽ, eſt intelligendus quo ad damnum poſtea emergẽs ſine vlla culpa debitoris ſoluẽtis. Non ſic quo ad damnum re ipſa ex

Intelle. l. ait prætor. § permittitur. ff. de minorib.

tunc facto, aut culpa & fraude debitoris contingens, cui lex illa ſubuentum voluit, cum rite & recte ſoluiſſet, non ſic ſi rite tantũ non etiam recte, & integraliter, quod enim rite fiat actus ſufficit, vt ab initio mero iure valeat, non tamen vt ex poſt facto deſinat poſse reſcindi. l. non putauit. §. non quę vis, vbi glo. ff. de cõtra tab. l. 1. 2. 3. &. 4. ff. de inoffi. teſt. aliter enim iudicis interuẽtus qui deſideratur, quo magis minoribus ſubuentum eſset in eorũ perniciem denegata debita piaque reſtitutione conuerteretur contra. l. 3. §. ſi emancipatus ff. de contra tab. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. cui enim nõ compertum eſt tam facile hac in re iudices decipi, quã curatores aut tutores minorũ, quinimo longe facilius decipiuntur, cum ſubſtantię minorũ notitiam nõ tam perſpectam, & notam habere poſsint, quã tutores habẽt & curatores, & cum id naturaliter ſentiamus quærere legem, nihil aliud eſset quam infirmitas intellectus ſecũdum philoſophum, nec vſibus forenſibus aliud admiſsum vnquam vidi, neq; audiui, ſi vſibus edocto fides adhibeatur, & noſter intellectus ad di. §. permittitur, cõprobatur ex. §. prędecedente eius dẽ legis in verbo & hãc perdidit, & iterum in verbo minor perdat pecuniam, vbi pro conſtanti erat in illis duobus. §. §. initio recte & integraliter factã fuiſſe ſolu. & in eo tantũ quæſtio erat, an ſi pecunia ex poſt facto perderetur, cederet in damnum ſoluentis.

Reſtitutionem nec tollit nec induc it iudicis interuẽtus cõtra pluves. 5 Hinc etiam apparet vehementer erraſse glo. verbo auditurũ in. d. l. ait prætor. §. permittitur, dũ quærit quare authoritas iudicis impediat reſtitutionẽ in ſolutione a minore recepta, non ſic in reliquis contractibus, aut diſtractibus, & illud quare vix poſsemus ſoluere, ſi aſsumptum gloſę verum eſset, dũ falſo opinatur reſtitutionẽ ceſsare, verumtamen cõtrarium tenẽdum eſt, vt reſtitutio etiã tunc nõ denegetur, ſi ſolutio minus recta proceſsiſse inuenta fuerit, ibiq; denegata ea ſola reſtitutio videtur, quæ ex capite læſionis poſtea emergentis peteretur, non etiã ea quæ ex capite læſionis peteretur, quæ a primordio interfuiſset in ipſamet ſolutione recipiẽda, id quod raro accidit, cum iudex adeſt, quia plerũque cum genus, & pecunia debeatur, idem genus paris quãtitatis formę & bonitatis ſolet exolui, in quibus dignoſcẽdis nulla induſtria opus eſt, nõ ſic in dignoſcẽdis ſpeciebus, quæ hinc inde ex cauſa permutationis, aut vẽditionis in reliquis contractibus interuenire ſolent, nam verũ valorem rerũ ſi quis noſse cupiat, lõga ei terẽda via eſt, ſicq; in illis frequẽtius opus eſse ſolet reſtitutione, q̃ in ſolutione facta, agnoſco tamẽ ꝙ Azo, & Sali. in. d. l. 1. C. ſi aduerſ. ſol. ſequitur idẽ quod glo. ĩ. d. verb. auditurũ, in ſumma pro nobis eſt tex. expreſsus in. d. l. ſancimus, ibi ex alio euẽtu, vbi quod dixerat ceſsare reſtitutionẽ quãdo in ſolutiõe iudex interfuit, declarat ꝓcedere quo ad læſionẽ ex poſt facto cõtingentem, quæ ſoluẽti authoritate iudicis, & ſic rite nõ oberit, verũ ſi initio minus integraliter ſoluit, ſicq; nõ recte, aut ſine lę ſione minoris, nõ negat dãdam eſse reſtitutionẽ, vnde vides quod. d. l. ait prætor. §. ſed & ſi ei, &. §. permittitur, &. d. l. fancimus, &. d. l. 1. C. ſi aduer. ſol. omnes agnoſcũt, ꝙ cum ſolutio rite, & recte fit, ceſsat reſtitutio nõ ſic ſi rite tm.

6 Ex ſuperioribus apparet nõ procedere quod Bal. & Paulus in. d. l. 1. C. ſi aduer. ſol. ſcripſerunt, dum aiunt cautam eſse debere matrẽ, quæ tranſuolat ad ſecundas nuptias, & liberis ex priore matrimonio, ꝙ ratione adminiſtratæ tutelæ debebat, ſoluit, vt curet hanc ſolutionẽ cũ iudicis ĩteruẽtu fieri, ne ſi aliter fiat, & pecunia poſtea pereat, aduerſus eã minoribus reſtitutio detur, ſicq; iterũ ſoluere cogatur, quod cõſilium nõ procedit, nam reſtitutio quandoque datur ex capite lęſionis contingentis in ipſo cõtractu, vel diſtractu, quãdoque ex capite læſionis poſtea emergentis, vt iam deduximus, ſiue igit mater ſuis minoribus cum interuẽtu curatoris ſolutionẽ fecerit recte integraliter, & ſine vlla læſione, hu ſiquidem fateãtur rite factam

Cõſiliũ I & Paul ploſum.

fuiſse

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse solutionem, ex læsione postea emergẽte restitutionẽ petere nequibũt, d.l.sancimus ibi ex alio euentu, &.l. minoribus &.l.fi.C.de in integr. restitu.l. verũ.§.sciendum &.§.vnde Marcellus, &.§.si locupletem, &.§.item non restituitur.ff.de minoribus.l.quod si minor. §.non semper eod.titu.siue etiam velit petere restitutionem ex capite læsiõis in ipsamet solutione contingentis ab ipso primordio, id non poterit, quia recte & ex integro factam absque vlla lęsione proponimus, ergo nullo casu ex post facto restitutionẽ cõtra suam matrem petere poterũt. Quod si ponas læsionẽ interfuisse ĩ ipsamet solutione ab ipso primordio, tunc restitutio nõ denegabitur, ẽtsi iudicis iteruentus adesset, vt supra declarauimus, ergo consilium Baldi non videtur vllo casu necessarium, nec vtile.

Minor restitutus potest cõtra restitutionẽ hæreditatis sibi minus integre factam tutore aute re cõtra cõmunem.

7 Ex superioribus etiam infertur, an vera sit ea cõmunis opi. quæ habet, quod in terminis.l.pen.C.ad Treb. cesset restitutio, ibi enim hæres fuit iussus restituere pupillo hæreditatem, itque hęres eam pupillo restituit, & ait lex plenissimam securitatem & liberationem consequi is, qui sic soluit, seu restituit. Docto. autem interpretatur plenissimam consequi liberationem, quia ibi cessat restitutio, ita tenẽt gl.in.l.1.C. si aduers. solu. dum allegat.d.l.pe. quam sequuntur ibi cõmuniter Doct. vt testatur Iacobinus, qui & eam sequitur ibi, et Areti. & alij communiter, sequitur & dicit eam sequi Doct. Corneus in.d.l. pe.nu. 2. idem tenet gl.mag.in. d.l. ait prætor. §.permittitur.ff.de minoribus, dum allegat.d.l.pe.cum qua glo. transeunt ibi cõmuniter Docto.& glo.verb.soluerit in.§.pe.insti.quibus alie.non licet, cum qua ibi etiam transeunt cõiter Docto. idem vult gl.in.d.l.pe.in prin. verbo fideiussionis, dum allegat.l.sancimus.C. de admin.tut. dicens speciale esse in. d. l.pe. vt in quibusdam alijs casibus, vt restitutio cesset, & ibi cum glo. transeunt simpliciter Docto.

Minor nunquã restituitur per læsionem postea emergentẽ contra plures.

8 Ergo omnes glosæ, & Doctores intelligunt, quod si hęreditas, quę pupillo restitui iussa fuit, ei9 tutori restituatur, rite restituta videtur, sicque cessat in posterum omnis restitutio, quam aduersus talem restitutionem minor petere velit: sed contra hanc communem sententiam tenent Fulgo. Paul. & Iacobinus, in.d.l.1.C.si aduer.vend. qui existimant dãdam esse restitutionem minori ex capite lęsionis postea emergentis in illa hęreditate sic restituta: neque ad rem pertinet (inquit Iacobinus) quod d.l.pen. dicat plenissimam securitatem nãcisci hæredẽ, qui tutori restituit, nã & in.l.omnes.C.de præscripti. triginta annorum, lex ait plenissimam securitatem nancisci, qui quadragin. annis præscripsit, & tamen contra talem præscriptionem quadragenariam datur restitutio ex capite ignorantiæ.

Quid dicendum? & sane harũ opinionum neutra vera est, nam Fulgo. Paul. & Iacob. aiũt restitutionẽ dari ex capite læsionis, emergẽtis. s. iam docuimus verũ nõ esse, cum solutio rite facta est, veluti si tutori pupilli fiat. l. Lucius Titius curator. §. tutelę, &. §. fi. ff. de admitut. §. pe. insti. quibus alienare licet. l. in pupillo per locum ab speciali. ff. de sol. l. in pupillo per locum ab speciali. ff. de excep. iuncta. l. fi. C. de in integ. restit. l. verum. §. sciendum, &. §. item non restituitur, &. §. vnde Marcel. &. §. si locupletem. l. quod si minor. §. non semper. ff. de minoribus. d.l. sancimus ỹ. ex alio euentu. Quod obtinet, regulariter fallit tamẽ quando soluitur pecunia adulto, qui curatore carebat, quo casu ex lęsione etiam postea emergenti datur ei restitutio. l. ait prætor. §. 1. ff. de minori. Rursus qui communẽ sententiã tuentur, aiunt restitutionẽ cessare non solũ ex capite læsionis postea emergentis, sed etiam ex capite læsionis in ipsa restitutione obtingentis, puta quod non fiat ex integro restitutio fieret, quo absurdius, aut insanius nihil vnquam dici potuit: autoritas em̃ tutoris, facit vt rite facta solutio intelligatur, & consequenter liberatio ab initio cõtigisse videatur. d. §. tutelę, in. d.l. Lucius &. d.l.1. l. si curatorẽ habens minor. C. de in integr.

restit. non tñ impedit, quin ex post facto ea liberatio rescindi possit ex læsione in ipsamet solutione, & hæreditatis restitutione eueniẽte, vt in legibus, supra allegatis. Quod etsi leges, & iure consulti tacerent, iuméta loquerẽtur, quid enim turpius, aut perniciosi9, quã permittere vt hæres, qui forte ab initio non ignorauit se nõ ex integro, nec ex fide hæreditatẽ restituere, sed sibi multa forte bona hæreditaria perfide retinuisse, saluus, & impunitus maneat, cõpediuq; turpe hęreditariarũ rerũ, quas occultauit sibi, retineat in pernicié pupilli, cui erant restituẽdæ, vt sic impius hæres lucretur, & pupillus innocens iure suo priuetur. Ergo ĩ terminis. d.l. pe. C. ad Treb. verius est ex capite lęsionis contingentis in ipsa hæreditatis restitutione restitutionem, recursumq; dari pupillo cõtra hæredem perfide restituentem. Ex capite autẽ læsionis postea emergentis non dari, vt. d. §. si locupletem cum similibus supra allegatis.

De eadem re noua declaratio.

9 Hinc infertur declaratio ad gl. sing. ĩ l. verũ. §. sciẽdum ỹbo nõ pmittitur. ff. de min. quã sequũtur doct. & Bart. qui eã dicit notãdã, sequũtur, & singulariter appellãt Paul. Are. & Iac. in. d.l. 1. C. si aduer. vẽd. sequit Alb. & Matha. & Vber. de Bo. quos ipse allegat, aiũt em̃, quod si aduersus solutionẽ ex ĩtegro, et absq; vlla læsiõe facta minor velit se restitui ex capite lęsionis postea emergẽtis, licet audiat qñ sua facilitate ea lęsio post ea obtigisset, tñ nõ audiret si casu accideret, sicq; limitãt. l. ait pẽtor. §. 1. ff. đ mino. et sane dũ aiũt, qđ si lęsio casu emergeret, nõ audiret, verũ est: dũ aũt aiunt eũ audiendũ, qñ sui facilitate pecunia postea periret, similiter verũ est, si sine autoritate curatoris ei solutũ esset, siue curatorẽ haberet, sine nõ, vt ĩ. d.l. ait pẽtor. §. 1. &. 2. nõ sic si cũ authoritate curatoris solutio facta esset, nã tũc si liberatio ẽtingeret ab initio, vt in casib9 pmissis, de qbus. ĩ. d.l. sancimus, &. l. ẽtitutionẽ. C. de admi. tut. cessaret postea restitutio ex læsiõe emergẽte, quacũq; ex cã cõtingeret, vt in iuribus & argu. s. adductis. sicq; limitãda est. d. gl. longe 10 forte præter mẽté nostrorũ. In summa qñ tusu iudicis minori qs soluerit, vt à iudice ꝓpulsus videatur, oportet quod ipse cõtradicat præcepto iudicis, & faciat cõtradictionẽ suã in actis scribi, aliter em̃ nõ videretur cõpulsus soluisse, ita Paul. & Iacob. in. d.l. 1. C. si aduer. so. mouentur per tex. in. l. ait prẽtor. §. permittitur. ff. de minorib. nos per eũdem tex. tenemus cõtrarium, vbi notũ esset iudici eum esse minorẽ, quod in re dubia intelligendum est, nã si maior esset minime opus esset prẽcepto iudicis, vt ipse posset solutionẽ recipere, ergo qui soluit, nõ habet necesse ꝓtradicere præcepto iudicis appellãdo, vel aliter impugnando, reluctando, aut contradicẽdo, licet iudici debeat significare illum esse minorem, aliud enim est allegare, aliud autẽ postquã iudex & allegata intellexit, & insuper præceptũ dedit suæ iussioni contradicere contra reuerentiam magistratibus debitã (iuxta. l. 1. §. huius studij, & veluti. ff. de iustit. & iur. nã dum ait patriæ parendũ, itelligitur de magistratib9 patriæ, ipsa em̃ est inuisibilis et itellectualis) vñ poeta cecinit.

Et parere decet iussis, & grata iubentur.

Deniq; ꝙ in minoribus dictũ est extendit Faber in. d.l. 1. et ad ecclesias post Innocẽ. & Hosti. in. c. 1. depositi, quos ipse allegat, itelligẽs quod gl. ĩ. d.l. 1. & gl. ĩ. d. §. ꝓmittitur & gl. in. d. §. pe. ĩsti. quib. alicet. Dũ distingunt & aiũt solutiõe facta minori aliqñ plenã, aliqñ pleniorẽ, aliqñ plenissimã liberationem parere idẽ fore in solutio. facta eccleſiæ, quod suspectũ esse ĩtelligas in oibus casibus qbus id suspectũ diximus eẽ ĩ minore.

Iudicis impulsu quando restitutio facta videatur contra Paul. & Iacobinum.

1 *Dubietatis ratione receditur à regulis.*
2 *Intellect. l. de fideicommiss. C. de transact.*
3 *Transactio rescinditur per læsionem enormem.*
4 *L. fideicõmiss. C. de trãsact. an procederet inter filium testatoris & extraneum.*
5 *Intellect. d.l. de fideicom. vt procedat etiam inter extraneos quæ. nona.*
6 *Transactio inter minores facta de fideicõ. reciproce remittendo an valeat sine tutoris interuentu.*
7 *Intellect. d.l. de fideicom. vt minor ille contra tutorẽ suum agere nequeat quæst. nona.*
8 *Dubietatis ratione receditur à regulis.*
9 *Procurator cum libera potest compromittere.*
10 *Vsura an sit in casu de quo hic.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 *Vsura an sit, cum emi fructus fundi p totū tēpus vitæ meæ, et fructus sic collecti long excedāt precū datū.*
12 *Euictionis nomine vt inuicem non teneremur tecum conueni saltem ad precium, an teneamur.*
13 *Donatio reciproca qñ valeat iter virum et vxorem.*
14 *Insinuatio non est necessaria in donatione reciproca.*
15 *Vsura cessat in emptione de qua hic.*

1 DVbij euētus ratiōe denegat restitutio. l. de fideicōmisso. C. de trāslact. l. si pater. C. de noſſi. test. Cōfirmatur hoc notabiliter quod ratione dubij euētus, &c. per sequentia, primo per tex. in. l. 1. C de pact. vbi remissio fideicōmissi cōditionalis non rescinditur prætextu lęsionis postea superuenientis, licet regulariter ratione enormis læsionis petat rescisio per. l. 2. cum simili. C. de rescin. vendi. tamen in casu. d. l. non pōt, licet postea appareat enormiter lædi, & hoc ratione dubij euentus, quia illa cōuentio habebat se ad bonū, & ad dānū, vnde neuter videtur lędi, quicquid postea contingat, quod est notandum, maxime quia debet attendi tēpus contractus, an tūc sit lęsio, vel nō, in. c. cum dilecti. cum gl. de empti. & vendi. & in c. cum causa. in fi. eod. tit. bona glo. in. c. ad aures de rebus eccles. i. non alienan. tex. notab. in. l. si voluntate in fi. C. de rescin. vend. facit. l. ex mille. ff. de euict. & Bald. in. d. l. 2. in multis locis, & in illa. l. 1. C. de pact. con. l. cum proponas. eo. ti. Secundo confirmatur per casum notabilem. in. l. de fideicommisso. C. de trāslact. vbi fratres ad inuicē grauati possunt sibi remittere fideicōmissum, nec rescinditur quicquid postea cōtingat, & hoc ratione dubij euētus, quia tunc nemo videtur lædi in tm, quod ēt si alter esset minor, nō haberet locū restitutio, vt est ibi tex. in fi. secūdū Bal. in. l. cū Archimedorā. C. vt in posſes. leg. dicit tn Ias. in. d. l. de fideicom. quod concor. tex. i. l. si pater puellę. C. de inoffi. test. & in. l. si ea lege. C. de vsur. sed certe iudicio nr̄o illæ duę leges nō faciunt ad finē illius. l. in quo est lis, sed ad primum de dubio euentu, nisi forte dicas, quod faciunt hoc modo in ratione sui, nam ratione dubij euentus nemo prę sumitur lædi, vt dicunt illa iura, ergo etiā si aliqs esset minor nō posset restitui, cum non sufficiat quod quis sit minor, nisi etiam sit læsus. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. cū simil. vt est intētio mea. Sed certe sic intelligēdo posses addere tex. similem, i. l. si ea pactione. C. de vsur. & in. l. Lucius. §. fina. ff. ad Trebel. cum alijs. Vnde ego dico, quod ibi est tex. singularis in suo casu, nā si ille tex. non esset, diceretur forte contrarium de iure, quod licet dubius euentus esset remissus haberet nihilominus locū restitutio per notata in. l. postquā liti. in ver. nulla ratio. C. de pact. vbi. l. p hibet rescisionē, intelligitur tamen, nisi ope restitutionis vt ibi notatur, & ibi pulchre per modernos, & quæ late dixi post gl. simil. in. l. 1. C. si de momenta. posse fue. appella. per quę posses facere multa argumenta cōtra illum textum. Item patet aperte, nam in transactione remittitur dubius euentus, patet quia transactio est de re dubia, item iudiciorū euentus est incertus. l. quod debetur. ff. de pactis, & ideo in transactione non videbatur habere locum. l. 2. C. de rescin. vēdi. l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. no. in. c. cum causa gl. mag. de emp. & ven. & tamen videmus, quod habet locum resci. vt not. in. d. c. cū cau. & in toto tit. C. si aduer. transact. & sic in veritate ille tex. est mirab. & singu. & subtiliżantes, quia conantur addere similia, nō intelligunt illam. l. quare ergo in illa. l. de negatur restitutio, quę videbatur concedenda p supradicta, posses forte dicere quod quando. l. prohibet rescisionē actus, nunquam videtur prohibere restitutionem in integrum, etiam si apponatur dictio negatiua. d. l. postquam liti. cum ibi notatis, & quæ ibi allegaui, illud est verum i dubio, quia prohibitio l. nō videtur tollere remedia p alias leges iducta, vt ibi dr̄, & p̄batur i multis locis, & sic oia. s. dicta loquūtur ex pręsumptiōe. iuris, secus aūt esset vbi aliquo casu lex expresse tolleret bñficiū restitutionis, vt. d. l. de fideicōm. nā tūc amplius nō est quærendū cū. l. vltra p̄cedat, & cū i certis nō sit locus præruptioni, & p̄iecturę. l. de quā dictis iuribus

Dubietatis rōne recedit à regulis.

Intellect. l. de fideicommiſ. C. de tranſact.

Trāſactio reſcinditur per læſionē enormem.

ribus. l. cōtinuus. §. cū ita de v̄b. obli. etsi vlteriꝰ istes, q̄ sit rō quare, i. l. de fideic. l. vltra p̄cedat denegādo bñficiū restit. in integ. rn̄. multiplex. Prima quia fidei cōmissū fuit iniūctū eorum fauore, vn̄ potuerūt ei renūtiare. l. pe. C. de pac. & quia p illud pactū tollit votū captādæ mortis. l. fi. C. de pac. &. d. l. de fideic. & quia p hāc q̄stionē reducūtur fratres ad ęqualitatē, quæ iter eos maxime est seruāda. l. cū pr̄. §. euictis, de leg. 2. l. cū oportet. §. 1. C. de bo. quę lib. isti. p quas perso. nob. acq. §. 1. & his ēt rōnibus fundatur. l. 1. C. d̄ pac. vt ibi p. dd. etsi dicas, quęlibet istarū rōnū de p se nō est sufficiēs ad tollēdā restitutionē, patet quia minor pōt restitui aduersus repudiationē, & renūtiationē, vt in tit. C. si mi. ab hær. se absti. fateor tn̄, quod supersunt alię rōnes, quæ sunt efficaciores. i. quia tollitur votū cap. mor. & quia reducūtur ad æqualitatē, tū succedit regula, p q̄n̄. l. fundatur pluribꝰ rōnibus, vna cessante nō cesset dispositio. l. si nō lex. ff. de hæ. inst. & qa singula quæ nō p̄sunt, &c. vel secūdo & meliꝰ in. l. de fideicō. denegatur restitutio, quia restitutio requirit lęsionē ipe cōtractus. l. si volūtate in fi. cū his quę. §. allega. C. de rei vē. sed in illa. l. nō fuit læsio ipe cōtractus, vt patet, quia habebat se ad lucrū, & ad dānū rōne dubij euētus, ergo nō habet locū restitutio, & ista est notāda respō sio, quā credo verā, sup qua cogitabis. Prædicta p̄cedūt q̄n̄ fres sūt istituti, & grauati. Pulchrū ergo esset quęrere, qd si testōr filiū suū cū extraneo instituit, et eos fideicōmisso ad inuicē grauauit, secūdūq; formā. d. l. de fideicō. fecerūt pactū de remittēdo de quo i illa. l. quæro si filiꝰ testōris est minor, an posit restitui cōtra cohęredē suū extraneū, nā l. de fideicō. loquitur q̄n̄ erāt duo fres, istud dubiū nemo tāgit. Vr̄ tn̄ q̄ posit restitui cōtra cohæredē extraneū. Prio quia renūtiatio sola nō tollit hoc bñficiū, vt. s. dixi, & quia hoc casu nō est in uidia iter eos de qua in. d. l. cū oportet. §. r. de bo. q̄ lib. itē licet. l. exigat ęqualitatē iter fres, nō tn̄ hoc ita exigit i extraneis istitutis, vt patet, quia cū nō teneat ad istitutionē extraneorū, ergo nō q̄ę rimus de æqualitate, & quia posito q̄d quis extraneos istituat, pōt eis quamcūq; partē ēt minimā relinquere, p nō est in filijs, cū ergo cessēt rōnes de quibus in. d. l. de fideic. vr̄ quod habeat locū restitutio. Sc̄do sic, casus. l. de fideic. est exorbitans, patet, quia est casus speialis, in quo p̄hibetur restitutio, cū ēt regulariter sit minoribus permissa, & si dicas, imo restitutio est exorbitās, quia cōcedit cōtra ius cōe, fateor, tn̄ est gnaliter pmissa minoribꝰ, nisi i casibꝰ exceptis, vn̄ cū casus. l. de fideic. sit exceptus ab illa generalitate dr̄ casus speialis, et exorbitās à regula, & quod sit exorbitans patet, quia vt supra probaui. l. quæ p̄hibet rescisionē actꝰ, no itelligitur p hibere restitutionē, cū ergo tollat in casu illiꝰ. l. ergo est exorbitas, cūq; loquat in fribꝰ, nō debet ad alios casus extendi, vt est vulgatū, maxime quia nō subest eadē rō, vt. s. declaraui. Præterea & tertio Bald. in. l. cū Archimedorā. C. vt in poss. leg. dicit, scias p q̄n̄ duo fres sunt grauati, & c. et ad hoc illū casum dic nō ee alibi, vn̄ vr̄ sentire, quod si nō essent oēs fres remaneremus in regula iuris. i. p q̄ cedatur restitutio. Prętera & quarto vr̄ p̄bari à cōtrario sensu in. d. l. de fideicom. nā si q̄n̄ ambo sūt fres, tollitur restitutio, ergo si alter est extraneus debet cōcedi, maxime cū per illud argu. à cōtrario sensu redeamus ad ius cōe, & de facili qs reuertitur ad suā naturā. i. si vnus. §. pactꝰ ne peteret. ff. de pac. Quīto ergo vr̄ facere quia inter fratres par affectiōis rō oēm suspicionē remouet l. nō solū. §. de vno. ff. de ritu nup. & qd not. in. c. postremo de app. ideo nec mirū si isto casu denegetur restitutio, sed ista rō cessat, q̄n̄ extraneus est adiūctus arg. l. hac p̄sultissima. §. ex iperfecto. cū simil. C. de test. ergo posit minor p̄tra eū restitui: alia fundamēta poteris addere p te. His tn̄ nō obstā. credo cōtrariū, imo quod ēt si cū extraneo esset filiꝰ testatoris institutus, nō posset restitui in casu. d. l. de fideicom. Primo probatur, quia licet vt. s. dixi, cessat prima ratio. i. quod renuntiatio non tollat beneficiū

2 *Intelle. l. de fideicō. Vt procedat ēt inter extraneos q̄. noua.*

3

4 *L. de fideicō missō. C. de trāſact. an p̄cederet inter filiū teſtatoris, & extraneū.*

5

Universidad de Deusto
Biblioteca

restit. itē quia cessat inuidia, &c. & quia inter extraneos nō requiritur illa ęqualitas, quæ iter fratres, vt dixi: tñ dico ꝙ cū vrgeat alia & pricipalior rō. i. qa tollitur votū captādæ mortis, in qua principaliter fūdat se. d. l. de fideic. debet habere locū dispositio illius legis, nā tecū dū regulā quod qñ. l. fundatur pluribus rōnibꝰ, quarū vna vī cessare, nō cessat dispositio, vt. s. dixi, et ꝓ hoc est sublatū primū fundamētū quod. s. feci pro contraria parte. Prēterea & secūdo rō principalis qua fundatur. l. de fideicō. est, qa cū dubius euētus sit remissus, neuter videtur lędi ex casu superuenięti, & ideo nō habet locū restitutio. l. nā & postea. §. si minor. ff. de iureiu. sed ista rō vrget ēt qñ filiꝰ est cū extraneo institutus, vt patet, ergo non habet locū restō, & ad hoc fūdamētū difficulter poterit respōderi. Præterea & tertio ille minor tpe quo remisit, vsus fuit iure cōi, qa fecit quod quilibet pī fa. diligēs faceret, vñ quicquid postea cōtingat, nō debet restitui, qa succedit regula tex. i. l. fi. C. de in integ. restit. mino. & quia quod legitime facit, ex euētu retractari nō debet, vt in regula iuris lib. 6. c. factū legitime. Præterea & quarto licet casus dictæ legis de fideicomisso sit exorbitās, vt. s. dixi, vñ nō deberet extēdi, vt est vulgatū, dico tñ, qđ in casu illius legis nihilominus pōt extēdi, ꝓbo, nā regula est, ꝙ casus exceptꝰ, & exorbitās, pōt extēdi ex identitate rōnis, i. c. cū dilecta in medio de ꝓbis firma. vti. l. vel iuti. & in. c. post trāslationē. ỹ. quāq;. de renūtia. gl. not. in. l. r. cū simi. C. de cōdi. indeb. sed in casu, qué ponimꝰ, est eadē rō, vt. s. ꝓbaui, cū remaneāt rōnes pricipaliores, ergo extēditur ad illū, & ꝓ hoc tollitur secūdū fundamētū, quod feci ꝓ pria parte. Prēterea & quinto ꝓ ista parte, & istud magis adstrīgit, & caret rnisiõe, ad hoc, ꝙ habeat locū restitutio, vel rescisio, requiritur lęsio tpe cōtractus, alias nō habet locū, vt. s. late dixi, & ideo in. l. de fideicō. nō habet locū restitutio, quia nō fuit minor lęsus tpe remissionis, cū fuerit reciproca remissio, qē ēt se habet, & ad lucrū & ad dānū, sed ista eadē rō habet locū, qñ cū extraneo est īstitutus, vt patet, ergo nō habet locū restitutio, et istud solū fundamentū sufficeret, licet alia bn adstrigāt. Nō obst. allegata i cōtrariū, nā ad primū & secūdū ia. s. rnisū est. No obst. tertiū quod dicit Bal. in. d. l. cū archimedorā, na Bal. allegat. d. l. de fideic. nec ꝙ hoc negat aliū casū, de quo modo quęrimus, in quo debemus dicere idē statui, postq; est eadē rō, vt. s. ꝓbaui. Nō obst. quartū. s. arg. à cōtrario sensu quod feci, quia cū sit eadē rō ī vtroq; casu, vt dixi, debet esse idē ius, ne alias arg. à ꝓtrario cōtineat absurdū. cōtra. l. 2. C. de ꝓdic. infer. itē pōt dici ꝙ. l. de fideicō. loquēs de fribus ponit cōtingētia facti, quia frequētius fres quā extranei īstituūtur, vñ non ꝓ hoc negatur alius casus in quo est eadē rō gl. in. l. r. C. de his q ad ecc. ꝓfu. cū multis, q̄ alibi allegaui, & ꝓ hoc ēt est rnisū ad vltimū si aduertas, & hęc sufficiant de ista qõne. Si tñ velles tenere primā partē, posses pria facie allegare tex. l. hac cōsultissima. §. ex iperfect. C. de testa. vbi statuta iter fres nō hnt locū, qñ extranea ꝑsona est ꝓiūcta; ergo sic in ꝓposito. Sēdo ꝓ eadē parte posses disputādo addere, qđ nō sit eadē rō, qñ fres sunt īstituti solī, & qñ fratres cū extraneo, patet, quia reprehēdit ille, q ꝓtra ꝓpriū sāguinem mouet qõnē, maxime post trālactionē vt ī. l. fres & ibi Bal. C. de trāsa. quod nō est, qñ qs agit cōtra extraneū, & sic nec mirū si cōtra fratrē nō possit restitui. d. l. de fideicō. & quod possit cōtra extraneū, quia nō est eadē rō. Ad primū rñdeo. ꝙ. §. ex iperfect. nihil facit, qa ibi loquit respectu solēnitatis, q̄ iter filios nō requirit eorū fauore, vñ si adhibeat extraneꝰ, illud bnficiū iuris sibi nō ꝓdest, qa est bnficiū ꝑsonale, ꝙ ꝑsonā nō trāsgreditur, nos aūt loquimur qñ pī solēniter est testatus, alias quo ad extraneū nō valeret, vt dixi p. d. §. ex iperfect. fru straq; quęrimus, an cōtra eū possit minor restitui, cū nec valeret īstitutio, nec fideicōmissū iniunctū, imo si subtiliter aduertis, ille tex. magis facit ꝓ hac vltima parte q̄ tenui, aliter iducēdo, nā qđ ibi statuitur in filijs, qñ soli fūt instituti.

i. quod

i. quod valeat testm̄ nō solēne, idē statuitur qñ cū extraneo sunt instituti. i. ꝙ ꝓ eorū parte semp valeat, licet quo ad extraneū sit nullu, sic in ꝓposito qñ ambo fratres sunt instituti, denegatur vni ꝓtra aliū restit. d. l. de fideicō. ergo eodē mō qñ cū extraneo, quia extranea persona haberetur ꝓ nō adiecta, vt dicit. §. ex iperfecto, & in ꝑsona filij nihil īmutatur, & c. Secūdo. d. l. fris de trāsa. nō obst. quia loquitur de vrbanitate, ergo semp teneas quod dixi. Prędicta oīa intelligo vera, nisi qñ trāsactio, vel remissio esset nulla, tūc em̄ frustra quęremus de restitutione, cū id quod nullū est nō possit rescindi. l. nā etsi sub cōditiõe. §. post factū. ff. de inust. test. melius in. l. quos retrah. C. si aduer. libe. & quod trālactio vel remissio non possit fieri sine tutore, vide vnā gl. not. dignā in. l. r. C. si aduer. trāsa. vbi plene nota. & facit simile, licet nō sit necessarium, nā hæreditas vel bo. possī. non pōt adiri sine tutore. §. neque tamen insti. de auto. tuto. l. obligari. §. pupillus. ff. de auto. tu. ergo, & c. & bn applico, nā quēadmodū transactio, vel remissio habet se ad lucrū, & ad dānū, eodē modo hæreditas, vñ quo ad hoc iudicentur à pari. Dices tu cōtra hoc facere, nā aduersus aditionē pōt minor restitui. C. si minor se abhęr. absti. cū ti. sequēti, & aduersus trāsact. C. si aduer. trāsa. ꝓ totū, quare non ergo aduersus remissionē de qua in. d. l. de fideicō. resp. notabiliter aduersus aditionē pōt restitui, eo qa si est læsus, contigit læsio tpe additionis, vñ sumus in regula, quod minor lęsus tpe actꝰ gesti pōt restitui, ex quo notabiliter infero, qđ si minor hęreditatē locupletē adeat cū tutore, & ex post facto aliquo casu sit dānificatus puta chasmate, vel alio, quod nō habet locū restitutio, qa quod fato cōtingit, cuius ēt diligētissimo pī famil. posset cōtingere, tex. est sing. ī. l. verū. §. itē nō restituitur. ff. đ mi. vbi vide. Et idē est in trāsactione, quia si læsus est tpe trālactionis restituitur, alias secus, & ita ille titulꝰ ītelligitur. s. C. si aduer. trāsa. secus aūt est in casu. d. l. de fideicō. nā ideo ibi nō restituitur, qa

Trāsactio ī ter minorés facta de fidei reciproco remittēdo an ualeat sine tutoris ītercssu. 6

dubius euētus est remissus, itē quia tpe remissionis nō fuit lęsus, sed ex post facto, ideo nō restituitur, quia restitutio nō solū requirit lęsionē, sed ēt quod cōtingat tpe actus gesti, vt. s. dixi, quæ oīa diligēter no. quia in ꝓposito ꝓ neminē tāgūtur. Sublequēter se offert alia qō. dicit. d. l. de fideicō. ꝙ frater ꝓtra frem nō pōt restitui in casu illiꝰ legis, sed an possit dānū ꝓseq à suo tutore, vel curatore, cuius autoritate dixi debere fieri remissionē prædictā, istā qōnē in ꝓposito nō legi, vī tñ prima facie, ꝙ possit, primo quia regula est ꝙ minor lęsus habet diuersum auxiliū. l. restitutionē, itē ius agēdi ꝓtra tutorē, vt ī tit. C. si tu. vel cura. iterue. sed ī casu illius. l. nō pōt restitui, ergo possit agere cōtra tutorē. Præterea & secūdo regula est, quod si alicui cōpetūt duo remedia, sublato vno ēt ꝓ renūtiationē nō tollitur aliud. l. si domus, cū cōcor. ff. de ser. vrb. prędi. & ibi Bar. sed hic tollitur vnū. s. restitutionis ēt absq; sua renūtiatione, ergo à fortiori debet remanere aliud, cōfirmatur ꝓ. l. hęres stat. liberū. ff. de ꝓdi. & demō. & ꝓ id quod dicit Bal. i. l. tres. r. col. in fi. C. qūo & qñ iud. vbi alleg. d. l. si domus, & las. C. qn nō pe. par. 15. col. i f. vbi ēt allegat illā. l. Tertio dicta duo auxilia sūt diuersa, & separata, qa vnū datur ad rē, aliud ad interesse. Itē dātur cōtra diuersas ꝑsonas, vt patet, ergo nō licet īferri, vel arguere de vno ad aliud. i. qđ sublato vno, tollatur aliud, quia separatorū separata debet eē rō. l. fi. ff. de calū. & à separatis nō fit illatio. l. si marit. cū ibi nota. C. de do. inter vi. & vxo. Præterea & quarto satis habet. l. ꝙ ꝓtra frē denegatur restitutio, vñ cū hoc sit odiosū minori, nō debet ad alīū casum diuersum extēdi, ne inueniatur minor oī auxilio destitutus. Quinto difficilius tollūtur iura cōia, quā priuilegia. l. eius milit. §. si militi amissus. ff. de milit. test. cū ꝓcor. sed hic tollitur priuilegiū. i. restitutio, ergo nō sequitur, ꝙ ꝓ hoc tollitur ius agēdi cōtra tutorē ad interesse, quod est de iure cōi, cū facilię tollitur primū. i. priuilegiū, quā sēm, vt dixi, vñ à remotiõe vniꝰ nō sequit remotio

Intellec. d. l. de fideicō. Vt minor ille cōtra tutorē suū agere neqat qua. noua.

alterius. Sexto bene facit tex. in. §. quæ aũt cum simi. inst. de excu. tuto. vbi habens plura remedia, per propositionẽ vnius non pręiudicat sibi in alio, quominus etiam illud possit proponere tẽpore competẽti, ergo sic in proposito, qđ sublato vno nõ remoueatur aliud. Probatur quia positio & priuatio regulantur à pari. l. is potest cum simili. ff. de acqui. hæred. si ergo à positione vel ꝓpositione vnius nõ tollitur aliud, ergo nec à priuatione vnius, vt i. d. l. de fideicõmisso debet sequi priuatio alterius. His & alijs quæ posses adducere non obstantibus, cõtrariũ credo de iure verius, imo quod etiam cõtra tutorẽ denegetur etiã sibi ius agendi, quod sic ꝓbo, in casu. d. l. de fideicõmisso. minor remisit dubiũ euentum, qui se habebat ad bonum & ad damnum, & propter illud dubium fingitur non lędi quicquid postea contingat, vnde denegatur sibi restitutio, si ergo ideo denegatur restitutio, quia non est lęsus, ergo eodem modo denegatur actio contra tutorẽ ad interesse, quæ nunquam sibi conceditur nisi propter lęsionem, & aduerte bene, quia necessario concludit. Secũdo facit, qa minor isto casu est vtus iure cõmuni, vt supra dixi, vnde quemadmodum quilibet maior nõ haberet aliquod remedium, ita nec iste minor.

Præterea & tertio si contrarium diceremus, in quo casu auderet tutor autoritatẽ interponere, si semper possit contingere, ne ergo hoc sequatur absurdũ, nõ debet teneri. Quarto & istud necessario ꝓcludit, ratio quare denegatur restitutio, potissima est, quia tẽpore contractus, vel remissionis, nõ fuit minor lęsus, quod requiritur ad hoc vt habeat locũ restitutio, vt sępe dictũ est, sed ista eadẽ rõ viget, si velit agere cõtra tutorẽ, quia põt sibi opponi, quod tempore actus gesti nõ fuit lęsus, ergo eadẽ rõne debet sibi ius denegari ꝓtra tutorẽ, & caret respõsione. Cũ vbi est eadẽ rõ, idẽ ius, &c. & qa rõ legis est. aĩa legis, ꝓ Bal. in. l. si qs seruo. C. de fur. nec curamus đ euẽtu superuenięti, vt dictũ est, quia quod fato contingit cuiuis, &c. d. l. verũ. §. itẽ nõ rest. de mino. Quito nemini ofim suũ debet esse dãnosum sine culpa sua. l. si quis ex signatoribus. ff. quẽadmo. test. ape. sed si hic tutor teneretur, cõtingeret cõtrariũ, ergo, &c. qa tutor nõ fuit in aliqua culpa, vel negligẽtia, vt in casu quẽ ponimus. Pręterea & sexto tutor tenetur de dolo lata culpa, & leui, & nõ de leuissima. l. quicqđ. C. arbi. tut. sed hic nõ fuit dolus, nec lata culpa, nec leuis, ergo, &c. & est not. fundamẽtũ, ꝓ quod videtur, quod ista quæstio nõ sit dubia. Nõ obst. allegata in cõtrariũ, & primo nõ obst. primũ et secũdũ, nã verũ est quod si alicui cõpetũt duo remedia, sublato vno nõ tollit aliud, fateor, sed in quæst. nra nõ cõpetũt, nec cõpeterũt duo remedia, vnde nõ possumus dicere sublato vno remanere aliud, & ita loquitur. l. si dom9, cũ cõcor. §. alleg. Præterea posito qꝺ à principio cõpetissẽt, nõ obst. nã cũ remoto vno. i. restitutione, remoueatur ro, quare dabatur vtrũq;. i. quia nõ dicitur interuenire læsio, vt s. ꝓbaui, ergo remoto vno remouetur & aliud, qđ sublata rõne, non poterit subsistere, & est pulchra rnsio, & quod hic nõ cõpetierũt ista duo remedia, patet aperte, quia cũ a principio nõ fuit lęsus, non potuit nasci restitutio, quę dabat respectu læsionis, & ꝓ cõlequẽs nõ fuit verũ ius agendi ꝓtra tutorẽ. Pręterea nõ obst. primum. l. ille titul. si tu vel cur. interue. quia dico qđ ille tit. est intelligẽdus, qñ minor fuit læsus facto, vel negligentia tutoris, alias nõ haberent intellectũ, vt patet ꝓ oẽs. ll. illi9 tituli, quod nõ est in nro casu, vbi nõ fuit læsus facto, vel negligẽtia tutoris, sed à fortuna, vñ casus aduẽtitij nõ sunt cõputãdi. l. Iulia. cũ simi. ff. qui & à qb. Tertio nõ. obst. quod ista auxilia sint diuersa, vñ à sepatis nõ fit illatio, & à remotione vnius, nõ deberet alterũ tolli, qa dico, qđ cũ illationes semp fiunt ex rõne. l. vt patet, & eadẽ rõ hic fit ad vtrũq;, vt dixi, ergo licet sint separata, debet iferri de vno ad aliud, & à remotione vnius aliud tolli, quia nõ ꝓsidero, quod sint diuersa, sed quia cõpetunt eadẽ rõne, vnde ẽt debent

bent tolli, vbi subest eadẽ rõ in vtroq;, & nõ poteris ad hoc respondere, nã ro à separatis nõ solet fieri illatio, quia cũ sint separata, pręsumit, ꝙ habeãt diuersam rõnẽ, nã tũc ꝓprie dicũtur separata, sed qñ eadẽ rõne fundãt vtrũq;, nõ sunt omnino separata, cũ vna & eadẽ ratio illa coniungat, & est viua ratio. Nõ obst. quartũ quod hoc est odiosũ pupillo, ergo nõ debet ad aliũ casũ extẽdi, nã vt. s. dixi ista remissio fuit fauorabilis rõibus, de quibus iã dixi, & licet remaneat oĩ auxilio destitutus, nec mirũ cũ cesset rõ, quare minoribus solet subueniri, de qua late. s. dixi. Non obst. quintũ quod facilius tollit priuilegiũ. i. restitutio, vñ à remotione priuilegij nõ sequitur remotio iuris cõis, fateor, sed ego non sic arguo, qđ remoto vno tollatur aliud, sed dico quod cũ ratio, qua remouetur priuilegiũ, ligat etiã in remotione iuris cõis, quæ est quod nõ præsumitur læsio, vt. s. dixi, ergo remoto vno remouerur aliud, nõ arguendo de vno ad aliud, quia sic obstaret cõtrariũ, sed arguẽdo à rõne vnius ad aliud, & per hæc posles soluere subtiliter oĩa prędicta. Sextũ fundamẽ. si aduertas, iã est solutũ, cũ iã negaui hic ꝓpetere duo auxilia. Itẽ quia arguo à ratiõe vni9, vt dixi, & ꝓ ista remanet expedita ista q̃stio, & ista sint q̃tũ ad secũdũ simile qđ adduxi ad quartã nostrã. d. l. de fideicõ. de trã sactio. Tertio istud notabi. cõfir. p. d. l. si pater puellę. C. de ioffi. testa. ad quã ponas casum, & illã incidenter allegatũ. Quarto p. l. si ea pactione eo. ti. de vsu. Sexto ꝓ tex. sing. & vnicũ secundũ Bal. ibi in. l. Iancimus. §. fi. C. de don. Septimo ꝓ tex. pulchrũ. in. c. in ciuitate, & i. c. nauigãti, de vsur. & quæ ibi per. dd. Octauo per. l. si quis ex alie. ff. de iud. quã allegant gl. in d. c. nauiganti, facit. l. 2. §. si dubitetur. ff. de iudi. & l. 2. ff. si qs in ius voc. nõ ierit.

8 *Dubietatis rõne recedit̃ à regula.*

9 *Procurator cum libera põt compromittere.*

Nono facit in simili. l. 1. in prin. ff. de vẽtre inspi. Decimo qa ꝓcurator cum libera põt ꝓmittere, vt ꝓ Bar. in. l. mãdato generali. ff. de ꝓcura. nec intelligi tur dñs lædi, licet posset auferre de iure vnius, & dare alteri, vt nota. in. l. sed etsi i seruũ. §. 1. & l. si de meis. ff. de arbi. nã cũ vtraq; pars sic ꝓmisit, neutra videt lædi ex superuenięti casu, vt hic, & ita notab. dicit Alex. ĩ. d. l. de fideicõ. reprobãdo dictũ Ang. qui tenuit contrariũ in. l. Imperatores. ff. de pac. quod dictũ singulariter nota. Vndecimo facit notabil. qõ, quã ponit Angel. in. l. itẽ quia post mediũ. ff. đ pac. de eo q tradit quod habet alicui monaste. hoc pacto, quod ꝓ totũ tẽpo vitę suę debeat alimẽtari, & post eius mortẽ remaneat apud monasteriũ, an sit vsura, et vr quod nõ, ꝓpter dubiũ, quia nescimus quãto tpe viuet, distingue vt ibi p. eũ. Duodecimo vide notabilẽ quæstionẽ per Abb. in. c. in ciuitate de vsur. versi. extra glo. quæritur & ibi in aposti. & multa quæ ponit in. c. nauiganti pe. & vltima col. maxime in versi. vltimo quęritur nunquid & in ver. vltimo quæritur mutua

10 *Vsura an sit ĩ casu de quo hic.*

11 ui. Decimotertio facit illa notabilis quęstio, si aliquis emit fructus alicuius fundi ab ecclesia pro certa summa, pro toto tempore vitæ suę, & postea tanto tempore vixit, quod fructus ascẽdunt summam, an censeatur vsura, videtur quod non propter dubium, quia nescitur quanto tempore viuet, vt dicit tex. in. l. Iancimus. §. fin. C. de donat. de qua quæsti. per Bal. in. l. si ga pactione. C. de vsu. & ibi per Pau. in. l. de fideicommisso. de tranlact. & in. l. si pater puellæ. C.

12 de inoffi. testamen. Decimoquarto facit vna gl. singul. in. l. si familiæ. C. famiercis. quę dicit, quod licet alias quando est conuentum ne quis teneatur de euictione, tenetur tamẽ ad ꝓciũ. l. emptorem. §. fi. ff. de act. empti. tamen quando inter cohęredes est dictũ, nequis teneatur de euictione, tunc ꝓpter vicissitudinem, & propter dubium euẽtum, nemo tenebitur ad precium, quã gl. multum cõmẽdat Bar. & Bal. ibi tenemẽti.

13 Decimoquinto facit quod dicunt Bal. & Paul. de Castr. in. d. l. si pater puellæ, quod licet donatio inter virum & vxorem sit prohibita, tamen si fit reciproca facta, hoc modo, quod si cõtingat al

Vsura an sit cum emẽ fructus fundi ꝓ totũ tẽpus vitæ meæ, et fructus sic collecti lõgee excedunt precium datum.

Euictionis nõe vt inuicẽ nõ teneremur tecũ conuenti an saltẽ ad precium teneamur.

Donatio reciproca qñ valeat iter virũ et vxorem.

terum premori, superstes habeat bona, bene valet & tenet, ratio, quia non est vera liberalitas, & propter dubiū euentum, quia ibi nemo dicitur fieri pauperior, & not. bene p magna limitatione ad ti.ff. de don. inter virum, & vxorem. Decimo sexto facit tex. & ibi glos. singula. in. l. licet inter priuatos. C. de pactis. Decimoseptimo facit. l. verum. §. sciendum, &. §. item non restituitur. ff. de minoribus ad quam ponas casum. Decimooctauo facit, quod tenet Ang. in consil. 169. incipienti, visis prędictis instrumentis, vbi tenet quod licet alias donatio, quæ excedit summam quingē

Insinuatio nō est necessaria in donatione reciproca.

14 torum aureorum sine insinuatione nō valeat. l. sancimus. C. de donatio. Bald. in. l. illud de sacrosanctis ecclesijs, tamē donatio mutua, vel vicissitudinaria nō eget insinuatione, quia non est proprie donatio, & propter dubium euentum, & per hæc me expedio de isto notabili, in quantum dixi, quod ratione dubij euentus conceduntur aliqua, quæ alias non concederētur, & poteris per te confirmare per alia. Rursus ex ijs, quæ supra diximus in. 12. &. 13. decisione supra allegatis appareat illum contra

Vsura cessat in emptione de qua hic.

15 ctum hodie vsitatissimum, cum venditur à rege, vel ab alio certo precio, certa præstatio, vel reditus annuus duraturus per totum tempus vitæ emptoris, quod is cōtractus vsurarius nō est, etiamsi emptor diutius quam sperarū erat, vixerit, & p hoc fructus illius reditus ab eo pcepti excesserint simplū, & etiam duplum, vel triplum, vel vltetius precium ab eo datum, quod nota ad ꝓtractus à fœlicissimis principibus nostris celebratis quotidie (qui Hispane dicuntur vender iuros de por vida) idque ratione dubij euentus, &c. argu. eorum quæ iam diximus.

1 *Dominium rei venditæ, & traditæ quando reuertatur ipso iure ad venditorem, cum sub lege commissoria venditio facta fuit, dubia pugna.*

2 *Dominium rei venditæ & traditæ non transfertur, si fides non est habita de precio.*

3 *Venditione sub conditione, vel lege commissoria facta, quo ad dominij retractū non refert vtamur verbo directo, an communi contra communem opin. hoc amplius non refert vtamur verbo directo, an mere obliquo contra communem opin.*

4 *Verbum reuertatur est commune.*

5 *Dominium rei venditæ sub conditione resolutiua, melliore conditione allata reuertitur ipso iure.*

6 *Dominium rei venditæ sub conditione resolutiua, melliore conditione allata reuertitur ipso iure, si vtamur verbo communi contra cōmunem opinio. idem si vteremur verbo mere obliquo, contra communem opin.*

7 *Dominium rei venditæ sub conditione resolutiua nō reuertitur ipso iure, quando id pactum, vel conditio ex interuallo fuit appositа.*

8 *Venditione ita facta vt si infra diem certū par precium redderetur emptori, venditor rem suam recuperaret, an oblato precio dominium reuertatur ipso iure? ingens pugna.*

9 *Dominium rei traditæ ex contractu innominato an ad tradentem ipso iure reuertatur, quando alter ex parte sua non impleuit, & conuentum fuerat, vt eo non implente, rem recuperare liceret, egregia quæst.*

10 *Ratio improbatur communis.*

Dñiū rei vēditæ, et traditæ qn̄ reuertat̄ ipso iure ad venditorē, cum sub lege cōmissoria vēditio facta fuit? dubia pugna.

1 VENDIDI tibi fundum hac lege, vt si precium infra mensem numeratum non fuisset, inēptus esset, præterijt mensis, nec precij fuit numeratum, an dominium ipso iure ad me reuertatur, cum à me abscesserat? non leuis nostrorum contentio est, nā plerique omnes in hac sunt opinione, vt adme, à quo euolauit, ipso iure citra traditionis retrorsum factæ interuentum regrediatur, neque ad rem pertinere, quod traditione dominium, non tolis conuentionibus aut contractibus acquiratur. l. traditionibus. C. de pactis, nam in hoc pacto legis cōmissorię speciale esse tradidit glos. & ibi communiter Doctores. in. l. traditionib9 supra allegat. in glo. fin. tenent glos. & communiter Doctores in. l. cōmissoriæ. C. de pactis, inter emptorem gl. & communiter Docto. in. l. si quis hac. ff. de rei vendi. Alexan. consilio. 10. videtur fortasse lib. 1. vbi hanc firmat esse communem opini. Decius in. d. l. traditionibus colum. penul. sequitur & dicit esse cōmunem sentētiam disertus Couasru. libr. 3. resolu. c. 8. colum. 1. Bald. Salicet. & alij in. l. ab emptione. ff. de pacti. Bar. & Paulus in. l. in diem. ff. de aqua pluarcenda, Barto. in. l. 3. alias est. l. 5. incipit si duobus. §. item Marcellus. ff. de in diē adiectio

adiectione, Dec. consi. 187. & pro tenui nu. 4. gl. in verbo, cogaris in d. l. ab emptione, gl. Bar. Paul. & alij in. l. 1. ff. de do. Are. & Alex. ī. l. q absenti. §. 1. ff. de acq. pos. Andr. Tiraq. de retractu couentionali. §. 1. gl. 7. Pau. in. l. 1. col. 2. C. de pact. inter emptorē, Alex. in. l. Pomponius. §. præterea col. fi. ff. de acqui. poiseſsio. Estque communis opinio secundum Tiraquellum vbi supra plene per Iaso. in. d. l. ab emptione, Rubeus cōsilio. 58. nume. 2. Curtius Senior consilio. 12. Dinus, Cinus, Iacob. Butrigari. in. d. l. traditionibus, Dinus in. l. 1. ff. de in diem adiectio. glosſ. cum qua simpliciter transeunt Docto. ibi in. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in diem adiectione, & sic hæc est communis opinio glosſatorum, & Doctorum glo. in. l. iurisgentium. §. quinimo verb. in continenti. ff. de pactis, glo. in. l. si ager. ff. de rei vendicatio. est communis opinio. secundum Alexand. nume. 4. in dicto consilio. 10. & est communis opin. secundum Cumanum in. d. l. 1. ff. de donatio.

Mouentur omnes per tex. in. l. sed si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in diē adiectione, &. l. si quis hac. 1. &. 2. respō. ff. de rei vendicatione, quę iura nihil faciunt, quia loquūtur in pacto addictionis in diem, de quo separatim agemus, nos loquimur in pacto legis commissorię. Deinde mouentur per text. in. l. fin. ff. de lege commisso. verb. vēdicare, & per. l. commissoriæ. C. de pactis inter empt. verbo. vendicationem, quibus iuribus habetur, huic venditori vendicationem dari, si precium die definito numeratum nō fuerit, cum ergo inquirūt dominium fuisset trāslatum in emptorem, & ob precium non solutum citra interuentum nouę traditionis retroactę, id dominium ad ipsum vēditorem à quo abscesserat, reuertatur, ipso iure reuolasse, ac remeasse intelligendū est iure quodam singulari, specialitatis autem occasionem effluxisse vel ob frequentiam huiusmodi pactionis, vt placuit Bar. Ang. Cumano, & alijs in. d. l. r. ff. de donat. quam rationem à plerisque receptam sentiunt Andr. Tiraquell. & Couasrub. vbi supra. vel erat ratio, quia vt ab initio dominium sine iusto titulo transire nō poterat in emptorem. l. nū quam nuda. ff. de acquiren. rerum dominio, ita quoque precio non soluto, cum ille titulus rescindatur, haberi debet perīde, ac si sine titulo emptori res tradita fuisset, quo casu dominium nō haberet, sicque ab eo dominium reuolat in venditorem, ita Dinus, Cinus, Iacobus, Butrig. & Bald. in. d. l. traditionibus, Cinus, in. l. 1. ff. de in diem adiectio. Bal. in. l. 1. ff. de lege commisso. sed hæc ratio est contra omnes non modo leges, sed etiam titulos. ff. &. C. de condi. ob cau. &. ff. &. C. de condi. sine causa, in quibus licet titulus, & causa dandi vel non impleatur, vel ad nō causam redigatur: in dominū quod semel abcesserit, nō reuolat ipso iure, sed datur condictio. i. actio personalis ad rē repetendam, & similiter est cōtra titulos. C. & ff. de condi. indeb. & cōtra id quod notat gl. singularis in. d. l. nūquā nuda. Nā si tibi rem meam dedi ex causa non vera, sed putatiua, quia eā me debere putabam, trāfertur dominium, & tn licet postea detegatur illius causæ defectus, nō ideo magis dnium, quod semel abscesserat, reuertitur ipso iure, quinimo datur actio personalis. i. cōdictio ad rē petendū: sic ergo & in ꝓposito, ex cā emptionis rem meā tibi tradidi spe futuræ numeratiōis, precijq; recipiendi, hoc expresim acto, vt nisi die definito numeratū fuisset, res inempta esset, certe licet pcij postea nō fuerit numeratū, sicq; detegatur cessare cā, propter quā dedi, nō deberet ad me dnium rei meę ipso iure remeare, nō magis quā in terminis illorū titulorū. ff. &. C. de pdi. ob cau. & de cōdict. sine cā &. ff. &. C. de cōdi. indeb. facit tex. in. l. loci corpus in pr. &. 2. resp. ff. de acq. re. do. l. 1. §. si legatarius cū gl. ff. ad leg. Fal. l. videamus. 2. 1. &. 2. resp. ff. de vsuris. l. dotis fructꝰ, §. fi. l. sed nisi cū. l. seq. ff. de iur. do. in quibus cauetur, et disponitur, datū ob cām futurā, ī accipiēte iure dnij trāsire, & licet cā spectata nō sequatur, tn dnium semel trāslatum, nō remeare ipso iure,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ad illud repetendum actionem dari. Item datū ex causa præterita, vel præsenti, licet erronea aut falsa sit, iure dominij in accipientē trā. ferri, nec retrorsum referri, aut redigi ipso iure, etiam si postea detegeretur, quod causa dādi fallax, & erronea erat, sic ergo &c. Deniq; ob has rationes semper nobis superior communis op. suspecta vtia est, & potissimum per tex. in l. 3. C. de pact. inter emp. cuius verba ita habent, qui ea lege prædium vendidit, vt nisi reliquū precium intra certū tempus restitutū esset, ad se reuerteretur, si non precariam possessionem tradidit, rei vendicationē non habet, sed actionem ex vēdito, ecce tex. loquentem in terminis proprijs legis commissoriæ, negatque per aduentum conditionis precij intra diem suum nō soluti dominium semel translatū ipso iure ad venditorē, a quo abscesserat, remeasse, quinimo actionem personalem dūtaxat dari, ad illud repetendum, sicque bis hanc partē probat, primū dum nominatim negat rei vendicationem, deinde dum concedit actionem personalem ad illud repetendum, nemo enim cōdicit rem suā præterquā a fure. l. fi. ff. vsufr. quemadm. ca. § sic itaq; cū ibi notatis per gl. & doct. inst. de act. vnde si per aduentū conditionis precij non soluti, illico & ipso iure dominiū ab emptore abscesisset, inq; vēditorem remeasset, iam venditori actio personalis ad possessionem repetendam nō daretur, sed rei vendicatio, & ille tex. tam perspicuis apertisq; verbis loquutus est, vt apertioribus vti nequiuerit: neque ad rē pertinet, quod tex. ille vtatur verbo reuertatur, quod doctores aiunt obliquum esse, aliud fore existimantes si directum esset, nā id quam longe absit a mente, & sentētia Imperatoris ibi longe apertius est, quā vlla cōfutatione egeat, vt prope dicemus, & pro nobis præterea adest regula. d. l. traditionibus, a qua nullus vnq̄ vt arbitror discederet, nisi ob authoritatem. d. l. fi. ff. de lege cōmi. & d. l. commissorie. C. de pact. inter emptorem, a quarū legum nō bene acceptarum nostrorum effluxit error: nam quod illis iuribus dicitur vēditori dandam vendicationem, si precium definito die solutum nō esset, cum sub lege cōmissoria venditio hebat, nō hunc habet sensum, vt dominium a vēditore in emptorem transitum fecisse, deinde per aduētum cōditionis precij nō soluti ab emptore ad vēditorem redditum quoq; fecisse iure ipso intelligatur, vt sic & transitus mediate traditioe, & redditus dominij sine vlla traditione fieret, quinimo verius est, neque dominij transitū, neque redditum cōtigisse, nam vt emptione & vēditione transferatur dominium, præter rei traditionem, oportet fidem habitam esse de precio, si precium numeratum nō fuerit, aut pignus datum,
2 vel fideiusor, tex. clarus in. §. vendite inst. de rerū diuisione glo. in. l. traditionibus. C. de pact. in glo. 1. ad fi. quod & in reliquis cōtractibus nominatis procedere cōmuniter tenēt doct. ibi. nam Decius ibi nu. 8. hāc firmat cōmunem esse op. & eam sequitur, quam & sequitur, & cōmunem appellat Alex. ibi nu. 2. sequitur & dicit communem op. Romanus consi. 86. viso col. pe. sed plusq̄ manifestum esse debet eum qui sub lege cōmissoria rem suam vēditam tradidit, nō habuisse fidē de precio, ideoque pœnam illam apposuisse, vt res inempta fieret in defectum precij soluendi, ergo cessabit dominij translatio, & licet sint qui in re dubia cum venditor tradit rem, cōtendant fidem de precio habitam videri, tamē cōtra eos est tex. apertus in. §. vendite nisi alueo suo relicto alio fluere cogatur, quinimo etiā si (sine preiudicio veri) agnosceremus in terminis. d. l. fi. ff. de lege cōmi. & d. l. cōmissorie dominiū de vēditore in emptorem fuisse translatum, tamen cū illud dominiū fuisset non liberum, & plenum, sed reuocabile, potuisset ipso iure in vēditorem reuerti: vt illico docebimur per. l. in bello. §. si quis seruū cum conc. ff. de cap. ergo facta vēditione sub lege commissoria, aut fides habita fuit de precio, & res tradita, & transfertur dominiū in emptorem, nec ad venditorem

Dominium rei vendite nō transfertur si fides non est habita de precio cū communi.

venditorem ipso iure reuertitur, licet precium postea solutum nō fuerit, hoc plane pbat. d. l. 3. C. de pact. inter emp. in decisione, aut fides de precio habita non est, sicque quasi precaria possessio tradita est, & tunc cum dominiū permanserit penes venditorē, precio post ea nō soluto eam rem vēdicare potest, hoc probat. d. l. 3. in exceptione (dū ait si non precariam possessionem tradidit) quod & probat. d. l. commissorię, quæ ita intelligenda est in verbo vendicationē, &. d. l. fi. verb. vendicare, quod si dubium sit, an fides de precio habita sit nec ne, magis est vt saltem cum contractus sit emptionis sub lege cōmissoria, fides de precio habita non intelligatur, vt non obscure probat. d. l. 3. si non exterminetur, aut a suo vero sensu exulare cogatur, & ita est intelligēdus totus ille titulus de lege commi. ff. & nostra materia.

Venditione sub lege cōmissoria facta non refert vtamur verbo directo an cōmuni contra communē idem in verbo obliquo similiter cōtra cōmunem.

3 Hinc apparet an vera sit illa cōmunis op. quæ habet quod venditione facta sub lege commissoria, si contrahentes nō vtūtur verbo directo (quale est res sit inempta) sed verbo obliquo (quale secundum eos est verbum reuertatur) tunc dominiū quod in emptorē translatum fuit, non reuertitur ipso iure ad vēditorem, & ita intelligunt. d. l. 3. nostrorum plerique, glo. mag. in. l. 1. ff. de donati. quam sequūtur ibi, Bart. Ang. Cuma. Paul. & alij cōmuniter Azo in summa. C. de pact. inter emp. Guil. de Cun. Bal. Sali. Paul. Ias. & alij in. l. ab emptione. ff. de pact. sequitur, & dicit singularem illam glo. Bal. in. l. si fundus. ff. de lege comi. quam sequitur & insignē appellat Couasrubi. resolu. li. 3. c. 8. col. 2. Bal. i. l. traditionibus col. pe. C. de pact. Ange. in. l. 3. C. de pact. inter emp. idem Ang. & Sali. i. l. cōmissoriæ eod. est cōmunis op. secundum Couasrub. vbi. §. quod nō solum cōmuniter receptum, sed etiā omnibus sine controuersia placuisse firmat Andr. Tiraq. de retract. cōuenti. §. 1. glo. 7. nu. 17. Alex. in. d. cōs. 10. col. 3. lib. 1. idem in. l. Pomponius. §. præterea. ff. de acq. pos. Fabia. in tract. de empt. q. 7. princip. col. pe. Curti. Senior cōs. 12. Parpal. in. l. 1. col. 3. ff. sol. matrimonio, Casane. cons. 33. Hugo col. 3. Fernādus Loazes, & Crotus in. l. filiusf. 5. diui. ff. de leg. 1. quos allegat Tiraq. vbi supra Rubeus cons. 58. nu. 2. nimirū ipsorū, qui hanc opi. tuentur, collectio est, quod in terminis. d. l. 3. C. de lege. cōmi. dominium transierit in emptorem, a quo licet precium die dicta nō soluti set, non discesit, nec in venditorem reuolauit, eo quod dictum nō fuit, quod res fuisset inempta, sed tātum quod reuerteretur ad venditorem, quod nō est
4 intelligēdum ipso iure. Et cum verbū reuertatur, quod est in. d. l. 3. sit verbum cōmune iuxta doctrinam, & mentem Bart. in. l. Centurio col pe. & fin. ff. de verb. ob. & in. l. precibus. C. de impub. Couasrub. de testamē. c. Rainūtius. §. 9. nu. 4. Andr. Tiraq. in. l. fi vnquam. C. de reuo. donato. verbo. reuer. nume. 5. & rursus. nu. 157. Aretinus col. fi. & Ias. col. fi. in. d. l. Centurio, vbi Galiaula in rep. char. pe. cō. 3. & cōstat esse communem opi. ex relatione Tiraq. vbi supra nume. 6. ipsimet Doct. cum moueantur per. d. l. 3. vbi est illud berbum, reuertatur, sensisse videntur (quod & nō pauci eorum nominatim agnoscunt) vt idem foret etiam in verbis communibus, sicque sunt duę comunes coclusiones, altera expressa, altera vero mentalis, nempe vt si precium die dicta solutum non fuerit, & non verbis directis vterentur contrahentes (puta vt res inempta fieret) sed verbis obliquis, tunc dominium nunquam reuertatur ipso iure ad venditorem, nec possit rem vēdicare, sed tantum actionem personalem habeat ad eam repetendam. Idemque & si vterentur verbis communibus, quale est. d. verbum reuertatur, sed in vtraque opinione, & conclusione communis opi. suspecta est, & directo aduersatur iure cōsulto, qui in. l. si quis hac, tam in principio quam in secundo resposo. ff. de rei vēdi. cōtrariū expressit, dum vtitur verbo recedatur, quod similiter cōmune est, vt patet ex locis s. citatis, & tamē ibi dominiū ad primū emptorem reuertitur ipso iure, non secus,

Verbum reuertatur est cōmune secundū communem op.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cus, quam si vsi essent cõtrahentes verbo directo, puta vt res inempta esset. si tibi ergo rem vẽdidi, vt si precium die dicta solutum non fuisset, res esset inempta, vel recedatur ab emptione, vel res ad me reuertatur, istheꝯ omnia nõ dubito quin apud contrahentes pro ęquipollentibus habita fuerint, vt cõtraria expositio magis aucupium sapiat q̃ veram, & simplicẽ interpretationem, quæ legibus amica est, inst. de hæ. ab in. §. pe. & quærere legem vbi naturaliter sentimus, nihil aliud est secũdũ Philosophum, quã infirmitas intellectus. Ergo tenendum est contra vtramq; communem conclusionem, quod data paritate terminorum in materia ista nõ refert, nec est vlla harum vocum differẽtia: nam aut fides de precio habita non est, & siue vtantur hoc verbo, res sit inempta, siue illo ỹbo, reuertatur, siue illo verbo, recedatur, nõ est tractãdum, an dominium reuertatur, quando quidem nunquam transijt, cessante enim transitu, frustra quęritur de reditu. Aut fides de precio habita fuit, & tunc in oĩbus his speciebus, & vocibus, licet dominium trãsierit in emptorem, etiam precio postea non soluto, non reuertitur ad venditorem ipso iure, sed ad illud repetẽdum datur sibi condictio, vt ex superioribus docemur, sicq; harum rerum & dictionum data paritate terminorum differentia nulla est.

Dñium rei vẽdite melioꝛe cõditione allata reuertit ipso iure cũ cõi.

5 Isthęc procedunt in lege commissoria, quid autem in adiectione in diem? puta vẽdidi tibi fundum hac lege, vt si infra mensem alius meliorem conditionẽ afferret, inemptus esset, allata postea meliore conditione videndũ est, an dominium ad me reuertatur ipso iure. Constat enim abscessisse à me, inq; emptorem migrasse, simul ac tibi traditus fuit fundus. d.l. si quis hac de rei vendi. ff. l. si ex duobus. §. sed & Marcell. 9. ff. de in diem adiect. l. 2. §. si in diẽ. ff. ꝑ empt. iuncta. l. claudius. ff. de contrahẽ. empt. l. 2. & l. 4. l. eum qui. l. item quod dictũ. l. Imperator. ff. de in diem adiect. & ea ratione hoc casu transfertur dominiũ, quia interueniunt titulus & traditio, et precij numeratio, ergo, &c. vt. §. venditæ insti. de rerum diui. l. nunquam. ff. de acquir. rerum dominio. Diuersum est in vẽditione facta sub lege commissoria, in qua deficit precij numeratio, nec de eo fides habetur, sicque cessat dominij translatio. d. §. venditę: vt per hoc appareat, quam parum iusti aut circũspecti fuerunt nostrorũ pleriq; omnes supra memorati, dum hos contractus conũxerunt quasi arantes in boue, & asino, & cum in hac specie addictionis in diẽ in emptorem trasseat dominium quãdiu incertum est, an melior conditio afferretur necne, ea meliore cõditione allata, magis est vt dominium ipso iure citra nouę traditionis interuentum, retrorsum in venditorem reuolauerit. per tex. in. d. §. sed et Marcellus & per. l. si quis hac supra all. in. r. respõ. & etiam in. 2. responso. In quibus iuribus habetur, quod quandiu pẽdet illud dubium, an melior conditio afferretur nec ne, tandiu emptor rem vendicare potest, & sic dominium habet. Postquã vero melior conditio allata fuit, statim desinit posse rem vendicare, quasi ipso iure ab eo dominium abscesserit. Vnde si interea rem pignori dedisset, allata meliore conditione pignus illico soluitur. d. §. sed & Marcellus, & sic dominium remigrasse ipso iure in venditorem est communis op. glosarum, & Docto. ita enim tenent gl. mag. vbi Bar. Ang. Cuma. Paul. & alij in. d. l. r. ff. de dona. gl. & cõmuniter Docto. in. d. l. commissorię. C. de pact. inter empt. gl. & cõmuniter Doct. in. l. traditionibus in glo. fi. C. de pac. vbi plene per Decium col. pe. & fi. glo. & communiter Doct. in. d. l. si quis hac gl. & Doc. communiter in. d. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus gl. & Doct. in. l. fi ager. ff. de rei vend. gl. & communiter Docto. in. l. iurisgentium. §. quinimo, verbo in continenti. ff. de pact. & tenent oẽs Doct. quos supra enumerauimus, diximusq; tenuisse hanc opi. in vẽditione facta sub lege commissoria, quos repetere nõ expedit. gl. & cõiter Doc. in. l. ab emp. ỹb. cogeris. ff. de pac. Quod procedit quãdo venditio facta esset

esset per verbum directum, puta vt melioꝛe conditione allata, res inempta heꝛet, non sic si esset verbum, reuertatur.

Dominium rei venditæ meliore cõditione allata reuertitur ipso iure, etiam si vteremur verbo communi cõtra cõem: idem si verbo obliquo cõtra communem.

6 Nam si dictum esset, vt meliore conditione allata, res ad me reuerteretur, tũc allata meliore conditione, dominiũ ad me non rediret ipso iure, ista est cõmunis opi. quam tenuerunt glo. mag. vbi Bart. Paul. Cuma. Angelus & alij in. d. l. r. ff. de donati. & alij quamplures relati per Andr. Tiraq. de vtroque retract. in retract. couen. 5. r. glo. 7. nu. 17. & dicit cõmunem Couarrub. in. d. li. 3. resol. c. 8. col. 2. Alex. cons. 10. col. 3. idem in. l. Pomponius. §. præterea. ff. de acq. poss. tenentque omnes alij, quos supra retulimus, idem tenuisse in venditione facta sub lege cõmissoria verbis non directis: sed contra istam cõmunem opinionem est tex. expressus in. d. l. si quis hac prim. resp. vbi iurecõsultus vtitur verbo, recedatur, quod nõ est directũ, neq; quo ad materiam, qua de agimus, quicquam differt ab voce illa, reuertatur, & adhuc allata meliore cõditione, non desinit dominiũ remeare ad venditorẽ, faciuntque & illę rationes, quas retulimus in præcedenti. q. de venditione facta sub lege cõmissoria verbis non directis, & hæc opinio cõtra communẽ intrepide videtur tenenda, quia ab ea, vt puto, nullus vnqua abscessisset, nisi timore. l. 3. C. de pact. inter emptorẽ, a cuius sensu male percepto nostrorum error descẽdit, dum existimabant, quod ibi dominium transierat de venditore in emptorem, & videbant, quod postea precio non soluto adhuc retrorsum ad veditorem non redibat, nec intelligebant qua ex causa id eueniret, sed noue aduerto inter titulum de lege commissoria, & titulum de in diem addictione, quo ad propositum, quo de agimus, esse nobilem differentiam, ac insignem: nam cum vẽditio fit in die, allata cõditione, interea trasfertur dominiu in emptorẽ, sed reuocabiliter, vt modo diximus per. d. l. si quis hac, & d. §. sed & Marcellus, non sic cũ vẽditio fit sub lege comissoria, nã tũc cum dominium transit in emptorem, quod accidit, quando fides habita fuit de precio, transit quidem id dominiũ irreuocabiliter, vt. d. l. 3. C. de pact. inter emp. neque obscura est harum rerum, horũq; titulorũ differentia, quia illud dnium dicitur esse irreuocabile, quod nobis sine facto nostro auferri regulariter non potest, licet facto nostro, & possit & quotidie auferatur, vel abicedat. l. id quod nostrũ. ff. de reg. iur. Item, vt per factum nostrum possitue dominium nostrũ a nobis possit abscedere, ita & per non factum: nam qui non facit, fecisse etiã dicitur inst. de nupti. §. hactenus, ibi melius eos facturos si ne abstinuerint. l. in facto. ff. de condi. & dem. & ideo tale dominium quotidie, passimq; amittimus per interuentum præscriptionis, etiã ignorantes. l. fi. C. de longi temp. præs. vt in specie hac notat Decius in. d. l. id quod nostrũ: dominium autem reuocabile dicitur illud, quod nobis auferri põt sine facto, aut cessatione nostra, cuiusq; conseruatio non pẽdet ex facto, diligẽtia, aut cura, & industria nostra, sed alterius, vel fortunæ, vel aliunde, quale est in terminis l. fi. C. de lega. & l. fi. §. sin autẽ sub conditione. C. com. de lega. l. in bello. §. si quis seruũ. ff. de capti. l. volũtate. §. fi. ff. quib. mo. pig. vel hiph. soluit. l. iterũ legato. §. r. ff. de lega. 1. l. 2. & 3. C. de donati. quæ sub modo, modo sic venditione facta sub lege cõmissoria, rei traditę dominium, aut nullo modo transit, vt modo diximus, aut transit irreuocabiliter, nullo modo, quando fides de precio non fuit habita, quando vero habita fuit, tunc transire dicitur etiam irreuocabiliter dominiũ: neque impedimẽto est, quod precio postea nõdum soluto, daretur venditori actio personalis ad rem repetendam, nam tunc per factum suum. i. per non factum, aut cessationem suam, rei suę dominiũ videretur amisisse, quod no sapit dominiũ reuocabile: cũ idem euenire soleat in dominio etiã irreuocabili, ergo in terminis. d. l. 3. de pact. inter. emp. C. dominium quod in emptorẽ transiuit, irreuocabile erat, sic que per cessationẽ in precio soluendo

non

non amittitur ipso iure, quia necesse erat, quod interueniret factum suũ positiue, vt amitteretur, vel non factũ diuturnum, quale est in prescriptione passiue, non sic per non factum momentaneum, vel breuioris temporis vt hic, at in venditione facta, ita vt melior conditio allata res inempta esset, ideo dominiũ, quod emptor interim habet, reuocabile esse videtur, quia per factum alterius meliorem conditionẽ offerentis sibi auferri potest, neq; in potestate sua est huic malo, aut periculo, aut dominij absessioni obuiare, aut prospicere, ergo si habeo dominiũ sub cõditione resolutiua, aut ea resolutio pẽdet ex arbitrio alterius, & tũc dicitur proprie dominiũ reuocabile. d.§. si quis seruũ, idem si ex arbitrio fortunę. d.§. sin autẽ sub cõditione. d.l. seruo legato. §. 1. idẽ si ex cursu temporis. d.l. fi. C. de lega. d. l. 1. 2. & 3. C. de donati. quæ sub modo, non sic si pendet ex solo arbitrio meo, non aliunde, aut alterius, nam tunc reuocabile nõ dicitur, quia omnia nostra possumus abijcere. l. 1. & 2. ff. pro derelict. etiã abutendo & prodigendo. l. sed & si lege. §. contuluit. ff. de pet. hęr. neq; ad rẽ pertinet, quod forte emptor non habebit pecuniam paratam ad precium soluendũ, nam adhuc ea cõdi. potestatiua reputatur. l. 2. ff. de cõdi. & dem. cũ ergo in terminis tituli de lege cõmissoria ea conditio affirmatiua de precio dando, vel numerãdo, potestatiua intelligatur, si eam emptor implere desijt, dominium propria voluntate abiecisse videtur, quẽadmodum & reliquarum rerũ suarum posset dominiũ prodigere, aut negligere. l. 1. §. qui sub conditione. ff. si quis omi. ca. test. at cum in terminis tituli de i diẽ adiecti. ff. illa cõditio negatiua si alius meliorem conditionẽ non attulerit, pẽderet ex arbitrio alieno, interim dominiũ is venditor reuocabile tantũ, non etiam perpetuum habere intelligitur, ergo regula. d.l. traditionibus & d.l. id quod nostrũ procedit in dominio perpetuo, ac irreuocabili (quale est in terminis tituli de lege comi. etiam interea dum preciũ nõ numeratur) non autẽ procedit in dominio reuocabili, & comutatiuo (quale est in terminis tituli de in diẽ adiect.) nam istud a nobis abscedere potest sine facto nostro, aut traditione a nobis facta, sed ipso iure, vt in. d.l. si quis hac, & in. d.§. sed & Marcellus. Nam & similiter licet hæres habeat dominium rei sub cõditione legatæ, tamen existente conditione illico, & ipso iure ab eo abscedit sine vlla traditiõe ab eo facta. d. §. sin autẽ sub conditione, &. d. l. seruo legato. §. 1. & licet qui seruũ alienũ ab hostibus redemit, eius dominiũ, quandiu dominus preciũ nõ offert, habeat, tamen oblato a domino precio, ipso iure dominiũ amittit, sine vlla traditiõe a se facta. d. §. si quis seruum ibi oblato precio, simile in. l. voluntate. §. fi. ff. quibus modis. pig. vel hip. sol. & in alijs supra allegatis, ergo cũ ex diuersis nõ fiat illatio. l. fi. ff. de calũni. & ad tollendam consequẽtiam sufficiat dari vnã instantiã, glo. in. l. si creditori vbi Iaf. ff. de op. no. nunt. & inter titulũ de lege cõmi. & eius materiã, & materiã addictionis in diem sint differ. quas signauimus, superest vt non possit argui de. d. l. 3. C. de pact. inter emp. quæ loquitur in lege commissoria ad nostram quæstionem addictionis in diem, prẽsertim cũ in hoc individuo, quo de agimus, non ignobilem differentię rationem ostenderimus, qua ratione contra mentem eiusdem cõmunis op. idem respondere in verbo obliquo, puta vendidi tibi, ita vt meliore cõditiõe illata rẽ redderes, nã a proprietate huius verbi recederemus ex tacita mẽte contrahentiũ, quæ secundum subiectam materiã interpretanda est. l. si vno. ff. locati. l. fi. C. de nõ nu. pe. l. ita stipulatus vers. Sabinus vbi Paul. & Iaf. ff. de verb. obliga.

7 Hęc omnia ꝓcedũt, quãdocũq; pactũ illud vt res esset inempta continuo, seu in continẽti appositum fuit in ipso cõtractu, non sic quando ex interuallo, quale esset, si diu post contractam emptionem inter emptorem & venditorem conuentum esset, vt res esset, fieretq; inẽpta, si vel melior cõditio allata foret, vel precium infra diem certum solutum non esset, nam his casibus res inuendita non reddetur, etiamsi postea vel melior conditio allata esset, vel precium exolutũ non esset, quia postquam factum. 1. contractus semel fuit perfectus, & consummatus, suosque cœpit producere effectus à lege sibi ac commodatos, dominiumq; rei venditæ ex traditiõe cœpit esse apud emptorem, extra contrahentium potestatem & arbitrium esse debet, leges mutare, arg. l. nemo potest. ff. de leg. 1. l. ius publicum. ff. de pactis, tuncque illud dominium, quod fixum & quietum erat, & veluti radices egerat apud emptorem, vt ad venditorem reuertatur, opus est noua traditione, non secus, quam si ageretur, vt ad alium tertium peruenire, aut migraret, iuxta regulam. d.l. traditionibus, ita tenent gl. in. l. ab emptione verb. cogaris. ff. de pact. quam ibi sequuntur Doctores communiter Bald. Sali. & Decius, col. pe. in. d.l. traditionibus, Pau. in. l. 1. ff. de dona. Are. & Alex. in. l. qui absenti. §. 1. ff. de acq. pos. Alex. in. d. cons. 10. nu. 7. lib. 1. idem Alex. in. l. 1. col. 3. ff. sol. ma. plene per And. Tiraq. de retract. conuenti. §. 1. gl. 7. nu. 4. &. 5. Couasrub. resolu. lib. 3. c. 8. col. 2. Guili. Bal. Ang. Fulg. & Pau. in. d.l. ab emptione, id quod secundum Tiraq. à nemine vnquam in discrimen adductum fuit.

Dominium non reuertitur ipso iure, quando pactum de meliore cõditione allata ex interuallo fuit appositũ cũ cõmuni.

Venditione ita facta vt dñium post tẽpus certũ liceret redimere pari ꝓcio oblato ꝓcio an sine traditione reuolet dominiũ? igẽs pugna.

8 Quid autem si incontinenti conuenerit inter emptorẽ & venditorẽ, vt post annum forte, vel aliud tẽpus certum, vel incertum liceret vẽditori precium offerre, & rem suã recipere, an precio oblato oportune, dominium ipso iure ad se reuertatur sine vlla traditione? idemq; quęsitum est quando oblato oportune precio, vt res fieret inempta conuentum esset, & vtroq; casu nostri omnes pleriq; negãt dominium reuerti ipso iure, sed aiunt actionẽ tantũ personalem venditori competere, per. l. 2. C. de pact. inter emptorẽ, quod saltem receptissimum est, & esse debet fixum ac indubitatũ, quando verbis obliquis, aut cõmunibus, seu dubijs cõuentũ esset, puta, vt oblato precio, res ad emptorẽ reuerteretur, aut perueniret, aut ei redderetur, traderetur, daretur, aut restitueretur, ita late tenet & firmat communiter teneri Alexã. in. d. cons. 10. quam à plerisque etiam firmat teneri, Andræ. Tiraquel. vbi supra nu. 16. &. 17. & Couasrub. vbi supra nu. 2. frequentissimo omnium consensu id ab omnibus receptum esse firmat Coma. qui hanc dicit communem op. in. l. 1. ff. de donatio. & ibi Alex. in addi. ad Bart. Decius in. d.l. traditionibus col. pe. idem Decius consilio. 187. col. 2. & alij quam plures relati à Tiraquello, vbi supra num. 12. vt sic iã in eo solum quæstio sit, quid erit qñ id pactum vbis directis fieret, puta vt precio oportune oblato, res esset inempta, qua in re etiam pleriq; nostrorum adhuc tenere videntur, oblato precio dñum non reuerti ipso iure, sed opus esse noua traditione, & hãc partem putat Couasrub. vbi supra communem, aut saltem receptiorem, quam tenet et communem firmat Alex. in. d. consi. 10. libr. 1. per totum Corneus consi. 96. videtur in hac lib. 1. idem Corneus consi. 102. visis in causa lib. 2. plene Iaf. in. d.l. ab emptione. C. de pact. Bart. & Sali. in l. si prędium. C. de ędili. actionibus, Decius in. d.l. traditionibus col. pe. Alexã. in. d.l. qui absenti. §. 1. ff. de acqui. pos. Decius consil. 300. visa petitione col. 2. & alij plures, quos refert Andrę. Tiraquel. vbi supra nu. 16. verum in hac specie quando dictum fuit vt res esset inempta, contrarium tenuerunt (s. dominium ipso iure non reuerti ad venditorem) Cuman. in. d.l. 1. ff. de donat. sentit Francii. Curt. Semor. d. cõsi. 12. col. fi. Pau. in. l. si ãte. C. de pact. inter empt. Decius consi. 187. nu. 4. Rubeus consil. 146. col. 3. Nico. Boerius decisione. 182. nu. 19. Ial. consi. 211. lib. 2. nu. 2. idem Iaf. consil. 128. lib. 4. nu. 4. vbi hanc opinionem dicit esse communem Paulus & Alex. nu. 7. in. d.l. qui absenti. §. 1. ff. de acquir. pos. Corneus consi. 90. in causa lib. 4. & alij quam plures relati per Tiraq. vbi supra, nu. 15. & hanc partem sequitur Andrę. Tiraq. vbi supra secundum Couas. in loco citato at nobis videtur ipse Tiraquellus

Universidad de Deusto
Biblioteca

raquellus de more neutrã partem elegisse, & hanc partem receptiorem esse existimat disertissimus Couatrub. vbi supra, qui & eã sequitur per l. volũtate. ff. quib. mod. pignus vel hip. sol. in. §. fi. Huius autem controuersię veritas illinc nobis, vt ex superioribus patet, pendere videtur, an emptor nactus esset dnĩũ irreuocabile, & perpetuũ, nã tunc precio oblato dominium ab eo non discederet ipso iure, an vero dominium haberet reuocabile, & temporaneum, nã tunc oblato oportune precio dominiũ ab eo ipso iure sine aliqua traditione abscederet, inque venditorem recideret, per tex. apertum (quę à nemine ad hãc speciẽ allegatũ memini) i. l. in. bello. §. fi quis seruum ibi oblato precio. ff. de capti. Et magis est vt in specie nostra emptor, qui hac lege emit, vt precio oblato à vẽditore res foret inempta, cum primum precium offertur, dominium amisisse videatur, quod ipso iure regrediatur, ac recidat in primum venditorem sine vlla traditione, sicque dominium reuocabile tantũ habuisse videatur, quandoquidem tale dominium ab eo seperari, alioq; se inuito, inscioque migrare potest, secundum quod supra tradidimus. Idemque putarem etiamsi his verbis directis ille vsus nõ esset, sed verbis ambiguis vel communibus, puta si conuentum foret, vt precio oblato recederetur à prima emptione, arg. d. l. si quis hac ver. recedatur. ff. de rei vendi. Vel si diceretur, vt precio oblato res illa ad vẽditorem reuerteretur, vt in. l. 3. ỹb. reuerteretur. C. de pact. inter ẽpt. quæ verba sunt cõmunia, vt per Bart. col. pe. & fi. in. l. Centurio. ff. de vulgar. vbi per omnes recentiores & supra attigimus. Nam & istheç verba ambigua & communia, quorum natura est, vt effectum possint producere, vel ipso iure vel etiã facto hominis, magis est vt hoc casu interpretari ita debeant, vt ipso iure, & sic plenius effectũ suũ producãr, quia in eo fauor est, vt res ad priorem naturam reuertatur, argu. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. d. l. bello. §. fi quis seruũ. ff. de capti. optimus tex. in. l. voluntate. §. fi. ff. quib. modis pignus vel hyp. solvitur. l. si cum vẽderet. ff. de pig. act. quę omnia iura hãc partem non obscure probãt, eorumq; inductio facilior est, quam hic explanari expediret, facitq; tex. in sui generalitate in. l. fi. C. de lega. & C. de donatio. quę sub modo. l. quoties & fere per totum titulum, facit etiã l. fi prædium. C. de prædi. minor. vbi dominium siue ius, vbi apparet dominium nihil aliud esse, quã quoddam ius incorporeũ, quod sub legis potestate est, legeq; datur, legeq; adimitur, & migrare, ac remigrare huc atq; illuc iuberur facillime, & ipso iure sine hominis ministerio, seq; ignorante, aut inuito. l. fi. C. de prę scr. long. tẽp. l. fi. §. finaliẽ sub cõditione. C. com. de leg. l. uerũ legato. §. 1. ff. de leg. 1. facit. l. filio. §. 1. ff. de iofficio. test. Sic ergo & in specie nostra illud dominium, & potuit indubitanter ipso iure remigrare ad venditorem, & id à lege statui æquissimũ fuit, quasi iure quodam posthuminij, vt non tam denuo acquisitum, quam redditum videatur, vt in simili ait Papinianus iureconsultus in. l. filio quem. ff. de liber. & posthum. (ibi quod non translatus, sed redditus videretur) l. nõ putauit. §. si quis exhęredatum, &. §. postliminio. ff. de contra tabu. in simili per l. in bello supra, alleg. §. si quis seruum. vt sic nihil obsit regula. d. l. traditionibus. C. de pactis quę in dominio irreuocabili denuo acquirendo loquitur. Hic autem sumus in dominio reuocabili, & momentaneo, quod nõ tam denuo acquiri, quã reddi videtur. Nec obest. d. l. 2. C. de pact. inter empt. quia loquitur vbi verba erãt mere obliqua, vt patet ibi in verbo, restitueretur, quod est obliquum mere, tex. i. l. cohæredi. §. cũ filiæ, vbi Bar. & omnes. ff. de vulg. Bar. & omnes in. d. l. Centurio col. pe. & fi. Tiraquel. nu. 5. in. d. l. si vnquam ver. reuertatur. C. de reuo. dona. & cum illud verbum, restituatur, sit mere obliquũ desideretq; factum hominis mero iure redditus dominij cõtingere nõ potest, vt per totũ. ff. & C. ad Treb. & illi. de fideicom. heredi. & sing. rebus per fidei.

non

Et eędem glosæ,ijdemque Doctor. volunt differentiam esse,vtrum sciret donationem à lege esse vetitam, an vero permissam puraret, vt primo casu nullos nullaque ex parte fructus suos faceret, posteriore autem casu omnes fructo acquireret,& suos faceret.Nos aũt nullam hac in re esse differẽtiam, vtrũ donatarius sciret an ignoraret donationem esse vetitam,vel ex eo compertũ, fixum,& indubitatum habemus, quod omnes leges hac de re loquẽtes simpliciter loquũtur, omnesq; ponũt pro cõstanti donatarium scisse donationem à lege vetitam esse,& adhuc fructuum acquisitionem donatario cõcedũt quo ad fructo,quatenus locupletior effecto non fuisset.Non sic si locupletior effectus fuisset,quia tũc quod superflueret restitueret,vt in legibus supra allegatis nisi in casibus specialibus.l.quando mulier pecuniam à marito donatam accepit,eamque mutuo dedit, vnde vsuras lucrata est,tunc enim illud lucrum non restituit, quia licet ipsa locupletata sit, tamẽ vir pauperior factus non est.l. ex annuo.ff.de dona.inter vir.& vxorem. Nam etsi vir vxori cuius ædes incẽdio absumptę fuerunt donauerit in earum refectionem, valet donatio, quasi mulier locupletior facta nõ videaẽ.Quinimo etsi pecuniam à marito donatam vxor mutuo dedit,indeq; vsuras percepерit, sibi eas lucrabiẽ.l. ex annuo.l. qd ergo.ff.de dona. inter virũ & vxorem. Ratio quia non tam ex re mariti,quam ex industria propria ipsius vxoris id profectum videtur,argu. l. cum oportet in pr.C.de bo. quæ lib.vel quod id aduentitium & fortuitum lucrũ intelligitur arg.l.scimus.§.imputari.C.de ĩoffi.test. vñ si pars pecuniæ donatæ amissa fuerit apud debitorem,sicq; vir pauperior mulierq; ditior facta sit,adhuc pars tãtum pecunię,quę salua manſit, marito, restituetur, lucro vsurarum penes vxorem manente.d.l.quid ergo,quia repetere non potest maritus rem donatam, nisi quatenus tempore litis contestatæ reperitur siue integra siue diminuta. l. si mulier acceptam cum.l.seq.ff.de do. inter virum.Nec lucrũ illud,quod magis ab industria mulieris profectum intelligitur,quam ab re mariti, restituendum est,vt ibi.Vnde fructus industriales,quos ex cultura,opera,labore,& cura vxoris fundus donatus produceret, non essent restituendi,etiãsi mulier sciret vetitam esse donationem inter vir. & vxorem.d.l.de fructibus. Quia naturali ratione cum illo labore compensari debent.§.si quis à domino insti.de rerum diui.quid autem si excedant impẽsas factas in cultura, & etiam mercedẽ curæ & laboris,sicque locupletior effecta sit,& adhuc idem,tum per generalitatem.d.l.de fructibus, tum per rationem ibi expressam,dum ait permissam esse illo casu, donationem,nam si permissa donatio est,intelligitur etiã vsq; ad lucrum,aliter enim non tam donatio esset,quam laboris industriæ & impensę recõpensatio. Tertio quia ĩ fructibus industrialibus non tam ex re mariti donata,quam ex industria mulieris lucrum profectum videtur,sicque eius ꝓmodo cedere debet.d.l. cum oportet in pri. Quod intelligo siue vxor sciſſet donationem vetitam,siue ignorasset p generalitatem illius legis,& rationes.s. signatas.Nam vt oportune ait Didacus Segura ĩ.l.1.§.si vir vxori.ff.de acq.pos. quasi titu. oneroso non lucratiuo percipi videntur. Ergo illi fructus qui compensantur cum industria,impensa, cura & opera,nõ tam in donationem cadunt, quam in titulũ onerosum.l. si qs pro vxore.§.fi.ff.de donat. inter virum ibi nõ posse ab ea peti, quasi donatum quod compẽsandũ est. Quod ĩtelligo etiamsi fructus excedant impensam,& mercedem laboris, quia industrię ęstimationem an excedant nõ satis certo, intelligi potest, cum fructus, & sic res corporea cũ ęstimatiõe industrię, quæ incorporea est, non recte cõparabitur, aut metietur, vt certo sciri possit, vtrũ eorum

eorum alterum excedat. Nam & ĩ.d.§. fi.conuenit inter maritum & vxorem, vt ipsa se,suosque pasceret, & ob id dotis fructibꝰ potiretur,& denegatur marito repetitio, aut huius donationis impugnatio,licet forte longe plus esset in fructibus, quam ad pascẽdam vxorem eiusque familiam opus esset. Nec eũ tam amare,&c.l.si id quod.§.1.ff.de donatio.inter virum.Ergo quod diximus vxorem donatariã, siue sciẽs siue ignorans eam donationem vetitam, teneri ad restitutionem fructuũ,quatenus locupletior effecta esset, intelligẽdũ est, in fructibus naturalibus,& alijs quę nõ tam ab ipsius industria,quã aliũde profecta intelliguntur.Non sic in vere industrialibus,quia eos suos facit, nec restituit.Demique do.inter virum & vxorem multis in casibus permissã esse patet in.d.§.concessa,& in.l.quod autem in pr.§.1.2.& per totam.ff. de donat. inter virum & vxorem.l. quod si vir.l. ex annuo cum.4.ll.seq.l.si id quod per totam eo.ti.nec dubiũ est, quin quod aliquãdo valeat donatio in fructibus, nõ tam noceat,quam si valeret in proprietate,nec donatarius, qui donationẽ vetitam sciebat, & per hoc pro possessore possidebat.l.quod vxor. ff. de acqui. poss.videtur per hoc malam fidem habere,cum sciat se possidere ex domini voluntate arg.l.si id quod.ff.pro dereli. ibi quasi volente & concedente domina.Quod ĩtellige, quãdo ille dominus esset maior ætate, nam si minor, & nõ coniunx,tunc mala fides non purgaretur,licet accederet domini volũtas,ita intelligo.l.2.C. si quis ignorans rem minoris esse,&.l.prædium.C.de prędi.minorum,dum aiũt fructus restituendos, & ita etiam intelligo.l.2.§. si à pupillo. ff.pro emptore,nam ibi licet accederet volũtas pupilli emptor non videretur bonam fidem habere,quia pupilli volũtas nulla est. l. furiosi vbi per Deciũ,& alios.ff.de reg. iur.l. in negotijs eod.tit. Deniq; eam cõem opi.glosatorũ, & Doctorũ, quam supra retulimus tenuisse nostrorum plerosq;, firmantes bonæ fidei emptorem rẽ emptã teneri ad fructuum etiam industrialium restitutionẽ,quatenus sibi supersit, deductis expensis operis & mercede, &c. quamq; nos impugnamus ex multis,& præsertim,quia cum huic emptori pretiũ suũ sibi abfuerit,par est vt eius loco fructibus rei emptę potiatur,quasi vero similiter & à plerunq; accidentibus (quod leges inspicere debẽt.l. nam ad ea.ff. de legibus)non minorem lęsionem senserit in eo,quod pecuniæ suæ emolumento caret, quam cõmodum sentiebat ex fructibus, quos res emptæ produxerant. Adde id confirmari ex illa cõi opinione Doctorum volentium, quod si emi abs te fundum,precium solui,non tradis fundũ, teneris mihi ad vsuras post morã,vt dixi plene alibi, & tradunt cõmuniter Doct.in.l.curabit.C.de actio. empt.per nos supra.c.50.nu.6.cum seq. & prec.Denique cũ bonæ fidei possessor,licet dominium non habeat, habeat fructus suos facere solum ratione illius iustę possessiõis,nec eos fructo sic suos factos teneatur vero domino rem suã vendicanti restituere, nisi à tempore litis contest.vt iam docuimus,mirari solent Doctores cur ille,qui non solũ iustam possessionem,sed etiam dominiũ (qualis est ille,qui rite emit à minore) habet,minori in integrum restituto teneatur rẽ cum fructibus restituere. An minus est dominium bonam fidem, & iustam possessionem habere,quam habere solam iustam possessionem cũ bona fide? Et sane id,quod à recta ratione alienum omnino videtur, non est, sed par & æquum. Nec est obscura harum rerum differentia, nã si emi seruũ vel fundum à non domino,quem dominũ esse putabam,sum ĩ bona fide, securus & incautus existimans me habere non solum dominium,sed etiã dominiũ irreuocabile. At si emi à minore,licet & rite emissem:& ille dominus esset,& p hoc me dominum faceret, tamẽ intelligo vel intelligere debeo hoc dominiũ reuocabile esse, vel reuocari posse per in integrum restitutionem,ergo nõ tã bonam fidem securam quieram & incautam hoc casu habeo, quam superiore,sicq;

Fructus interdũ restituere teneẽ bo. fi. ẽptor.

re,ſicque ſiue fructus prodegero & diſſipauero,ſiue rem ipſam deteriorem fecerim, vel ex toto peremerim, non tã bona fide feciſſe me dicere poſsũ, quã cũ irreuocabiliter pertinere ad me fundum iure dominij putabam,ſicq; ceſſat ratio de qua in.l.ſed etſi lege. §.1cire.ff. de pet.hęre.&.§.conſuluit ead.lege,ergo iſto caſu vel non eſt verum me bonam fidem habere,vel tam bonam fidẽ habere, quam ſuperiore caſu, id quod ſenſiſſe mihi videtur iureconſultus in l.in cauſæ.1.§.fi.1bi bona fide à contrario ſenſu,&.l.plane ver. bona fide à cõtrario ſenſu.ff. de minorib. Sic ergo in oĩbus exemplis ſupra memoratis ęquiſſimũ eſt rem cum fructibus reſtitui, & eadem rõ eſſe videtur in fructibus reddendis,quæ eſt in ipſa re reddẽda: nam vt ſciebam rem reuocabiliter ad me pertinere, ita quoque ĩtelligere poteram, & debebam fructus quoq; ad me reuocabiliter pertinere, quod intellige varie primum ĩ terminis tituli.C.&.ff. de condi.ob cauſam Secundo in terminis tituli,C.& ff.de condi.indeb. Tertio in terminis tituli.C.&.ff.de cõdit.ſine cã. Quarto ĩ terminis tituli de ædilit. edi. C.&.ff. Quinto in terminis tituli de in diem addict.ff.Sexto in terminis.l.2.§. ſi in diem vltimo reſpõſo.ff. pro empt. & demum in omnibus caſibus & exẽplis ſupra memoratis,quæ nota ad tradita per Pinellum in.l.2.de reſcind. vẽ. par.2.c.4.nu.45.fol.116.

Fructus induſtriales rei à viro ſibi donatæ ſuos facit vxor,licet noſſet vetitã eſſe regulariter dona. inter virũ et vxorẽ cõtra Segurã.

13 In his quæ diximus ſupra nu.10. cũ ſeq. apparet veram non eſse opin. Didaci à Segura, qui in.l.1.§.ſi vir col.17. ver.ex hoc poſſet inferri, ſcripſit, quod ſi vir vxori fundum donauit, vxorq; fructus induſtriales ex eo percepit, exiſtimans talem donationem valuiſſe, eos reſtituere non tenebitur, ſicque inclinat in hoc,vt putet, quod eos reſtituere tenetur,ſi ſciret talem donationem inter virum & vxorem vetitam eſse. Quod omnino ſuſpectum eſt,& contra generalitatem.d.l.de fructibus. ff. de donat. inter virum & vxorem, vbi dicitur tales fructus ad vxorem indiſtincte pertinere. Et contra rationem ſimiliter eſt, dẽ quã in.l.ſi ſpõſus.§.conceſſa.l.ſi id q; §.1.ff. eod. vbi valet donatio inter virũ & vxo. quatenus donator non fit pauperior. Nec dubium eſt, quin in ſpecie noſtra donator non fiat pauperior, qa fundus ille ſua ſpõte fructus induſtriales minime produceret. Ergo donator non fuit factus pauperior, ſicq; valuit donatio quo ad tales fructus,etiam inter contrahentes iuris non ignaros.

1 *Fructus reſtituuntur cum re principali ob læſionẽ vltra dimidiam,eſtq; egregia quæſt.*
2 *Bonæfid.poſſeſſor an ſit is cõtra quẽ cõpetit reſtitutio.*
3 *Fructus reſtituuntur cum re principali.*
4 *Poſſeſſor iniuſtior eſt, qui læſit maiorem vltra dimidiam,quam qui læſit minorem infra dimidiam.*
5 *Fructus ſuos facit poſſeſſor etiam interim dum cõtra eum reſtitutio prætextu læſionis peti poteſt cũ multis contra multos.*
6 *Intellect.c.ad noſtram de rebus eccleſiæ non alien.*
7 *Eccleſia enormiter læſa reſtituitur infra ann.30 leuiter læſa reſtituitur infra annos. 4. cum communi.*
8 *Intellect.c.ad noſtram de rebus eccleſiæ.*
9 *Fructus nõ reſtituũtur qũ fendũ ob læſionẽ reſtituit.*
10 *Fructus quando dicantur.*
11 *Malã fidem habere videtur qui contra iura mercat.*
12 *Ignorantia iuris quo ad fructus poteſt prodeſſe.*
13 *Fructus etiam prodigaliter conſumptos non reſtituit bonæfidei emptor, licet contra iura mercatus fuiſſet, ſiue ab eccleſia,ſiue à minore, egregia quæſtio.*

Fructus reſtituũtur cũ re principali ob læſionẽ vltra dimidiam egregia qſtio.

QVę ſuperiore capite tradita ſunt circa fructuũ reſtitutionẽ, dũ differ-
luim9 bonæ fidei poſſeſſorem regulariter non teneri ad reſtitutionem fructuum, ſub diſtinctionibus iam memoratis, procedit ſane cum agebatur rei vẽdicatione, vel alio ſimili iudicio, contra eũ qui rite rem tenebat, neque aduerſariũ, quo cum cõtraxerat, deceperat ex propoſito aut re ipſa. Quid autem ſi ex capite deceptiõis reſtitutio petatur, & fiat, an tunc etiã fructus reſtituẽdi ſint? Quod in minore reſtituto agnoſcendum eſt, ſiue is reſtituatur aduerſus cõtractũ validum, in quo tamen læſio interfuit, vt in.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.de minoribus.l.patri.§.1.eod.l. minor viginti quinq; annis, cui fideicõmiſſum eod. Siue etiã cõtractus eſſet ipſo iure nullus, qualis eſſet venditio prædij minoris facta ſine decreto.l.2. C.ſi gs ignorans

rans rem minoris eſſe.l.ſi prædiũ.C.de prędi.mino.l.1.C.ſi maior factus ali.ratã hab. Ratio eſt,quia reſtitutio omnia reponit in priſtinũ ſtatũ.l.1.C. de repu. l.videamus.2.§.in Fauiana.ff.de vſuris. l.in condemnatione.ff.de reg.iu. Quid autem in reſtitutione,quæ conceditur maioribus læſis vltra dimidiam,vt in.l. 2.C.de reſcin.vendi.an fiat cum fructibus? & hac in re varię ſunt opiniones. Prima quidem eſt exiſtimantiũ in hac reſtitutione fructus non venire,ita tenent Pantal.& Cagnolus,nu.40.in.d.l. 2.Fauianus de emptione & vendi. q.8. nu.24. vbi refert Rotã ita iudicaſſe,tenet Rota in nouis deciſione.116.Anto. Gome.de cõtractibus.c.2.nu.24. idem ibidem in.c.4.nu.21.Anto.& Imo.in.c. ad noſtram de emptio. & vendi. & ibi Burgenſ.nu.36.& Cepola de ſimul.contract.§.2.in fi.Mantuan.lib. 1.locorum. c.5.ad finem Couaſrub.lib.1.reſolut.variarum.c.3.nu.9. qui alios allegat.hanc partem ſequitur & cõmunem eſſe firmat vſibusque foreſibus receptiſsimã, Arias Pinellus de reſcindi. vendi.part. 2.c.4.in pr.Calderi. & Ancha.in.c.peccati venia de reg.iur.in.6. Silueſt. verb. vſura.2.§.15.nu.4. Mouentur hanc partem tenentes primum ex regula.l. bonæ fidei.ff.de acq.rer.do.l.acquiritur.§. 1.l.quæſitum eod.l.4.§.1.ver. lucrari.ff. finium regundorũ.§. ſi quis a non dño inſti. de rer.diui.l.certum.C.de rei.ven. l.ex diuerſo.l.ſumptus.l.empt.ff. eod.l. fructus percipiẽdo.ff.de vſuris.l.de fructibus.ff.de iure do. quæ iura parum vrgent, nam agnoſcimus eum, qui a non domino, quẽ dominũ eſſe crediderat, emiſſet fundum,non teneri ad fructus reſtituendos,Sed non loquimur in eo qui ob petitam & obtentam reſtitutionem compellitur reſtituere. Neq; obſcuram eſſe harum rerum differẽtiam, cum hoc caſu contractus ipſe reſcindatur, at illo caſu non reſcinditur, valet enim emptio & venditio rei alienę. l. rẽ alienã. ff. de contrahen.emptio. & licet victus rei vendicatione reſtituat, adhuc tñ & valuit initio, & firmus manet ęquitas

Bo.ſi.poſ. an ſit is contra quẽ cõpetit reſtitutio.

ille vẽditionis quo ad fere oẽs alios effectus,non ſic cum petita, & obtẽta reſtitutione reſcinditur ęquitas, tũc.n. euaneſcit infirmaturque, vt.dd.legibus ſicq; ĩ priſtinũ ſtatũ ac ĩ primęuũ reponitur, perinde acſi factus reuera nõ fuiſſet, vt quo ad iuris effectus quaſi infectus reddatur. Diuerſum eſt i eo qui victus rei vẽdicatione iubetur rẽ emptã reſtituere: nam adhuc contractus præambulus emptionis,& venditionis integer firmuq; permanſit.d.l. rem alienam, ſicque illa condemnatio, quæ fit in reſtitutione petita retrotrahitur ad tempus initi contractus,omniaque infecta reddit quo ad iuris effectus, ſicq; fructus redire debẽt & pertinere ad reſtitutum,non aliter atq; ſi reuera is cõtractus,qui reſcinditur, initus nunq; fuiſſet. Non ſic in rei vendicatione inſtituta & obtenta, quæ nõ retrotrahitur ad tempus initi contractus, neque eum reſpicit, aut curat, ſed rem ipſam corpoream intuetur, petit, inſequitur. Præter ea qui bona fide fundum à non domino emit, quem dominum eſſe crediderat, omnino inculpatus eſt,& ſubueniẽdus, nihil enim mali facit, neminemq; decepit. d.l.rem alienam. l. bonę fidei. ff. de ver.ſign. d.l. bonæ fidei de acq.rerũ do. ff. l.fi. ff. pro ſuo. l. quod vulgo. ff. pro emptore. Non ſic in eo qui rem maioris precij minoris emit, is enim aduerſariũ decepit, vel ex propoſito, vel ſaltem re ipſa, vnde obligatus alio legis parum dignus videtur. Neque ad rem pertinet, quod forte non ex propoſito, ſed tantũ re ipſa læſio interfuerit, nam cum ea cõtigerit occaſione facti & cõtractus abs te mecum celebrati, æquiſſimum eſt me ſubueniri, ne iacturam faciam rerum mearum cõtra. l. nam hoc. ff. de condi. indebi. l. iure naturę. ff. de reg. iur. nemo tu locupleteris cum iactura mea cõtra eadem iura. Cũ non minorem iacturam damnũve ſentiam, cum non ex propoſito, ſed caſu et re ipſa damnum mihi dediſti, quam ſi ex propoſito, & inito conſilio inferres. l.j. §. cauſa. ff. de ędil. edi. Deinde adduci tur pro communi. c. ad noſtrã de empt.

& vẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vendi.in quo nullum efficax fundamentum fieri post propter varietatem intellectuum, quos accomodatos à nostris recepit, iuxta illud, quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur, cuius tamen de intellectu interius agemus. Altera fuit opinio eorum, qui contendunt hanc restitutionem cum fructibus faciendam esse, non secus quam illa quę fit iure minoris ętatis, ita tenēt Albert.in.d.l.2.de rescind.vendi.nu.16. post Rofredum, quem ipse allegat, & ibi Salic.nu.5.& Bal.nu.3.Marth. Afflictus in.c.1.nu.150.de feudo dato mulieri legis commil.vbi ait hanc partem esse certiorem,& ita consultum fuisse p famosos Doctores, sequitur Couatru.lib. 1.variarum resolu.c.3.Ant. Gome. in.l. 70.tauri nu.29.August.Beroal.in.c. cū dilecti in fi.idem i.c. ad nostrā de emp. & vendi.nu.25.Grego.Lupus in.l.56.titu.5.par.5.sub quadam tamē distinctione sequitur Egregius Emanuel de Acosta in.l.Gallus.§.& quid si tantū nu.84. in.2.parte.ff.de liberis & posthumis.

Fructus restituūtur cū re principali.

Mouentur hanc partem tenentes per tex.qui vt nobis videtur nullum relinquit dissepationi locū, in.l.1.c.si maior factus alienā factam sine decreto ratā habuerit, vbi pater meus agrū vilius, quā par erat, vendidit, cum esset minor ætate, deinde maior factus eam venditionem ratam habuit, quæ ratihabitio retrotrahitur ad tempus prēambuli contractus, sicque nihil obesset, quod decretum in tali alienatione interpositū, nō esset. Petebatur ibi restitutio, nō quidē ex capite deficientis decreti (illum ēnī defectum per interuentum ratihabitionis postea fecisse constabat suppletum ac purgatum esse) sed ex capite lęsionis in precio contingentis, & hanc restitutionem concesserant ibi Imperatores, quasi ratihabitio illa, quā maior factus fecit, non tam ad preciū supplēdum, quam ad decreti deficientis vicio purgādum facta fuerit. Cum igitur salua & integra mānsisse restitutio, quę maioribus prętextu lęsionis vltra dimidiū conceditur, visa sit, in eo solū quæstio manebat, an cōcederetur pręcise ad similitudinem eius restitutionis, quæ minoribus cōcedi solet, an vero alternatiue ad similitudinē illius restitutionis, quę maioribꝰ ꝓcedi solet: & ait nō pręcise, sed alternatiue concedi debere, & etiam cum fructibus, vt emptor vel agrum restituat cum fructibus, vel suppleat iustum precium. Deinde ꝓbatur ratione, nam si minoribus fit restitutio cum fructibus ob læsionem nō grauē, iussius idē in maioribus concedi debet ob læsionem vltra dimidiam, sicque enormē.d.l.2. Tertio iniquior deterior que is est contra quem restitutio beneficio.d.l.2.datur ob tyrannem ipiamq; læsionem, quam intulit vltra dimidiā, quā is qui cū minore contrahēs eū non admodum grauiter læserat, arg.l.si voluntate de rescind.vend.C. & in fi. pri. insti.de oblig.ex consensu, & ff.ex quibus cau.maiores.l.1.in pr.Ergo vt in restitutione minoris concessa beneficio ætatis restitutio datur etiam ad fructꝰ, ita & fortius & hoc casu etiam ad fructus dari debet, arg.l.si prædium. C.de prædijs minorum.l.2.C. si quis ignorē minoris esse.l.quod si minor.§.restitutio.ff.de minoribꝰ.l.patri.§.1.eod.l.minor viginti quinque annis cui fideicommissum erat.d.filio.§.fi.ff. de inoffi.test. Quinto facit.l.videamus.2.§. in Faviana.ff.de vsur.vbi verbum, restituere, includit fructuum restitutionem, non secus quam ipsius rei principalis, ad idē l.in condemnatione.ff.de regulis iuris. Quinto facit.l.cum autem.§. cum redhibetur.l.quod si nolit.§.fin.ff. de ędil. edi.d.§.i Faviana, vbi cū aial mortuū, quod vt sanum venierat, redhibetur, fructus quoque veniunt, & illa rescisio fit etiam si ex parte venditoris adesset bona fides.d.l.§. causa.ff.de ędil.edi. sic ergo & hic cum rescisio concedatur, fructus quoque cum re ipsa reddi debent. Neq; ad rem pertinet, quod Stre[illegible] Fructus in.d.l.2. parte.2.fol.106. enumerat plures differentias inter nostrum casum & illum, nam respondimus

Possessor iustior est, qui lesis maiorē vltra dimidiā quā qui lesit minorē infra dimidiā.

mus argumētū à simili, quo vtimur nō cessare, licet non sit similitudo in oibꝰ, quinimo si in omnibus esset, nō procederet, quia iam non tam simile quā idē videretur, vt no.in.l.quod Nerua.ff.de positi. Quinto adducitur.l.5. ff. de lege cōmi.vbi vēdidi ea lege, vt si preciū intra præfinitū tēpus nō daret, res inempta esset, preciū nō fuit eo die numeratū, res redditur cū fructibus: dicet quis ibi adest culpa emptoris preciū nō soluēntis suo die, replicabo quod cū agitur ne mihi immereti dānū datū pleueret, nō curatur, an qui dānum dedit in culpa esset necne.d.§.cā.illud.n. inspici solere cū ageretur de illo puniendo, non cum agitur ne lucretur cū iactura aliena. Sexto facit.l. Imperator. l. itē quod dictū.ff.de in diē addi. vbi similiter fructus cū re ipsa restituūtur. Septimo facit.l.filio.§.fi.ff.de inoffi.test.vbi rescisso testō fructus quoq; restituūtur. Octauo facit.l.cū qs.ff.de cōdi.ob cau.iūcta.l.1.ibid.vbi in donatione cā mor.resoluta res auocatur cū fructibus ad idē. d.l.videamus.2.post principiū.ff.de vsuris. Nono facit, nā & cū quasi indebitū quid repetitur, ēt fructus veniunt.ff.de cōdi.indeb.l. indebiti cū simil.& tā ibi neutra ex parte culpa interfuit.l. cuius p errorē.ff.de reg. iur. & trāslatū erat dominiū, vt not.gl.cōiter app. in.l. nunq̄. ff.de acq.rer.do. Decimo facit, quia iniquū est alterū alterius iactura locupletē fieri.l.nam hoc.ff.de cōdi.inde.l.iure naturę.ff.de reg.iur.l.si & me & Titiū. ff.si cer.peta. rescisso ergo cōtractu par est fructꝰ quoq; venire, ne locupletior factus videaris, præsertim cum me, vel ex ꝓposito, vel re ipsa, deceperis. Vndecimo facit.l.si fullo,& p totū.ff.de cōd. sine cā, nā hic licet initio haberes causam rē meā tenēdi, tn ea causa intellecta læsione,& concessa restitutione ad non causam redacta est tā in fructibus, quā in re ipsa,& ꝓsequēter vtrūq; reddere debes. Duodecimo facit qa vbi cōtractus rescinditur, ne alter cōtrahēnū pauperior, alter vero ditior fiat, semp res cū fructibus restituitur.l. p seruum. ff.de acq.rerū domi.l. si vxor filio.ff. de dona. inter vir. & vxor.l.quod vxor.ff. de acq.pos.iuncta.l.2.&.3.ff. de don. inter vir.& vxo. sed hic rescinditur is cōtractus, ne alter contrahentium pauperior alter vero ditior fieret cū iactura aliena. ergo, &c. Decimo tertio facit iūma illa ęquitas de qua in.d.l. fi & me & Titiū, præsertim cū hæc restitutio fructuum sit faciēda solūmodo, quatenus deductis expēsis, & mercede laborum is qui restituit, locupletior factꝰ erat, vt sic eius indēnitati nō minus ꝓsulatur, quam cōsulitur restituto, arg.l.sed etsi lege.§.scire &.§.consuluit.ff.de pet.hęre. nisi esset in culpa non leui, aut dolo, nā tūc etiam de percipiēdis teneretur, ita intelligo.ff.de minorib.l.patri cū similib. Decimoquarto facit.l.videamus. 2.ff.de vsuris, in pri. vbi in datione ob causam causa cessante, licet interea & dominium transierit, & consequenter fructus possessori quærerentur, tamen vbi causa cessauit, statim fructus cū re ipsa restituuntur. Decimo quinto idem in emptione.d.l.videamus. §. ex causa. Decimosexto idem in societate, vt. d. §.ex cā. Decimoseptimo idē in cōmodato & deposito.d.l.videamus.§. si possessionē. Decimo octauo idē i re vi aut metu ablata. d.l. videamus.§. item si vi. Decimo nono idē si clādestine rē meā haberes, nā cū fructibus restitues.d.l.videamus.§.in interdict. Vigesimo idē in oībus bo.fi.iudicis.d.l. videamus.§.i cęteris. Vnde apparet in omni fere cōtractu tā nominato quā innomiato, si res apud te, quæ mea fuit, reperit, & vel nō fuit, vel fuit, sed esse desijt causa, cur apud te manere debeat, mihi quidem restituitur cum fructibus, etiamsi ipse de di causam quo minus res apud te manere deberet.d.l.videamus in pri.vbi post pactas nuptias & dotem traditam per mulierem stetit, quo minus ad effectū perducerentur, & tamen fit restitutio dotis cum fructibus, non secus quam si per eam non stetisset. Simile in.l.1.ff.de condict.ob cau.cum ergo in omni fere casu, cum res mea apud te est sine causa, vel causa euanescere aut cessare cœpit, constitutum sit ad me reuerti cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fructibus, cur non idem & in specie nō stra non video. Nam quod sis non solū bonæ fidei possessor, sed etiam dominus factus illius rei, & per hoc fructus tuos facias, id sane nihil impedimento est, nam i terminis tōtius tituli. ff. et. C. de condic. ob cau. & totius tituli. C. & ff. de condictio. indebiti. & totius tituli. C. & ff. de condictio. sine causa, & totius tituli de in diem addic. & totius tituli de lege com. & totius tituli. C. & ff. de ædil. edict. & in similibus supra allegatis similiter is, qui rem restituebat dominus ipsius erat, & consequenter fructus suos faciebat, & adhuc fructus restituit cum ipsa re, quia in vtroque par fere ratio est. Nec enim in eo quæstio est, an fructus suos fecerit, sed an suos factos restituere teneatur, qua si causa propter quam ad eum perueneant cessante rescisa, & ad non causam redacta atq; infecta. Vnde elegans tex. in l. 2. §. si i diem. ff. pro emp. 1. respondit, quod si rē meā i diē addixi, vt si interea alius melioremconditionem afferret, inempta fieret, tunc pura venditio est, quæ sub conditione resolui potest, & consequenter interea possessor fructus suos facit, & vsucapit. Idemque si conuenisset, vt si infra diem emptio displicuisset, inempta res fieret, nam & tam fructus quam vsucapiendi conditio competit emptori, vt ibi. 2. respondeo. Nec dubium est, quin meliore postea condmone allata, aut si deinde res placita displicere cœpisset, restitueret cum fructibus, vt iam diseruimus. Tene ergo in terminis. d. l. 2. de resci. vendi. C. rem cum fructibus restituendam esse, vt tamen fiat compensatio cum emolumento precij pro concurrēte quātitate, vt infra dicam.

Restitutio eū cōpe. vt pōt, iterum possessor fructus suos facit cū multis cōtra plures.

5 Ex superioribus apparet iniustam esse dubitationem eorum, qui possident rē ex contractu, quem intelligunt per interuentum restitutionis rescindi posse, & putant se per hoc minus tutos esse, quo ad fructuum acquisitionem, & lōge iniustior doctrina eorum, qui tradunt hunc possessorem non esse in bona fide, sicque fructus suos non facere, vt sensit Imola in. c. Apostolicæ, col. 3. de donatio. Feli. in. c. de quarta. nu. 34. de prēscript. Balbus in. l. Celsus. 4. nor. limitat. 5. de vsucap. Cuius contrarium sentit Innocentius in. c. quia plerique de immunita. ecclesiarum, vbi Abb. nume. 28. & Couasrub. vbi supra nume. 4. Molineus in consuetudin. Parisi. titu. 1. §. 22. nume. 53. Tiraquel. de retract. §. 1. gloss. 18. nume. 67. tangit, sed neutram partē eligit, & cum Imola tenet Alex. consi. 54. circa primum libr. 6. colum. fi. nume. 10. qui ait Antonium in. d. c. Apostolicæ hanc rem attigisse & non decidisse. Verum sane is indubitāter & bonæfidei possessor est, & fructus suos facit, & prēscribere potest, vt. d. §. si i diē, optimus tex. à fortiori in. l. qui scit. §. fi. ff. de vsuris, & pro hoc faciunt omnia fere fundamenta superius adducta. Et circa hāc rē & ea quæ supra dicta sunt, videnda sunt quæ scripsimus supra. c. 49. & cap. 61.

6 Deniq; vt illuc redeamus vnde digressi fuimus, retēta opinione eorum, qui recte contendunt in terminis. d. l. 2. C. de rescind. vend. rem emptam cum fructibus restitui, superest, vt respondeamus ad. d. c. ad nostram de rebus eccles. vbi res monasterij alienata fuit viliore precio, adeo vt esset læsio vltra dimidam, et adhuc restitutio fit sine fructib9, qui possessori relinquuntur in compensationem laboris, sicque videbatur in terminis. d. c. &. d. l. 2. rem restitui sine fructib9, timore huiꝰ difficultatis ille tex. varios intellectus recepit. Sed prēmitte quod ecclesia restituitur regulariter aduersus contractum infra quadriennium à tempore contractus initi non vltra. c. 1. cum glos. de restitutio. in integrum lib. 6. clemen. vn. eod. titu. l. fin. titu. 16. part. 6. Quod intellige, quando lēsio non fuit enormis, nam si enormis fuisset, tunc etiam post quadriennium restitui posset, vt nota. in. d. c. 1. & tradunt Imola & communiter Doctor. in d. c. ad nostram, Gregorius Lupus in. d. l. fina. Quod si ageret ecclesia de nullitate contractus, quia defuerunt forte solennia, tunc perpetuo agere posset, perpetuo

Intellect. c ad nostram de reb. eccl.

perpetuo autem intellige, vt illico dicemus glos. & Docto. in. l. 2. C. de rescin. vendi. glo. & Docto. communiter in. d. c. ad nostram. d. l. fina. & ibi Gregorius Lupus tit. 16. part. 6. Sic ergo dum in. d. c. ad nostram dicitur restitutionē fieri sine fructibus, primo intelligitur fructus quidem industriales nō restituendos, quia illi quasi naturali rōne compensantur cum expensis, cultura, & cura. §. si quis à non domino insti. de re. diuisio. & argu. l. fructus percipiendo. ff. de vsuris, & l. de fructibus. ff. de iur. dotium, Abb. in. d. c. ad nostram, quam sequūtur communiter Doct. secundum Couasr. lib. 1. resol. c. 3. nu. 3. qui eam sequitur & repetit postea nu. 9. Verū is intellectus suspectus est secundū Emanuelem de Acosta, i. l. Gallus. §. & quid si tantum part. 2. nume. 75. ff. de liberis & posthumis & secundum Couasr. vbi supra nu. 4. & secundum Ari. Pinellū, in. l. 2. de rescin. vēd. par. 2. c. 4. post prin. Nam ex hoc sensu infertur, quod possessor ille retētis fructibus, q̄ sufficerēt ad expēsas & mercedes laborū, superfluū restituere teneretur, q̄ est ꝓtra mētē illius text. q̄ significat fructus oēs ex integro retinēdos. Vñ succedit secundus intellectus secūdū eūd. Couas. nu. 4. vt ille tex. intelligatur in fructib9 cōsumptis, ex quibus possessor ille locupletior non fuerat effectus, q̄ eos forte culpa ꝑdegerat, vel casu amiserat, tunc eū ad eorū restitutionē nō teneretur, cū eos bona fide ꝓcipiēdo suos fecisset, libereq; cōsumere potuisset, argu. ff. de peti. hære. l. sed etsi lege. §. scire &. §. cōsuluit. Sed et is intellectus est cōtra generalitatē illius tex. qui indefinite fructus ait restituēdos nō esse, vñ videtur intelligēdus nō solū in ijs, quos ille prodegisset, sed ēt in ijs, quib9 locupletior effectus esset. Vñ succesit tertius intellectus, quem assignauit ipse Couas. vbi §. nu. 9. dicēs ibi cōtractū fuisse nullum, cū prēdia monasterij alienari nō possit ex cōsensu Abba. & capituli, q̄n monasterium non erat exemptum. c. Abbat. 12. quæstio. 2. clem. 1. de rebus eccles. c. ea nosc̄itur, de his quæ fiunt à prælato Cardi. & alij in. c. 1. de rebus eccl. gl. verbo. proprij, & ibi Cardi. in. d. clemen. 1. Imo. in. d. c. ad nostram Alexā. cōsil. 17. & ibi Carol. lib. 4. Caisan. in consuetu. Burg. rub. 9. §. 9. nu. 26. Verū quia ea monasterij villa alienata fuit nō rite, possessorq; habuit titulū coloratū, is sufficit ad inducēdā bonā fidē, quæ ad fructus acqrēdos sufficeret. Verū is ītellectus suspect9 est, q̄a & aduersatur gñalitati illius. c. ad nr̄am, q̄ generaliter loquitur, & nō eo tm̄ casu, quo monasterium nō esset exēptū: præterea etiā in se is sensus suspectus est, quia hæc bona fides orta ex errore iuris non est sufficiēs ad oēs fructus irreuocabiliter acqrēdos, sed tm̄ liberat à dāno, nō aūt iuuat ad lucrum, vt diseruimus. §. p. l. sed etsi lege. §. scire, &. §. cōsuluit. ff. de peti. hær. & ꝑ alia iura. Vñ succesit. 4. intellectus assignatus ꝑ Couasru. vbi. §. nu. 14. ad finē dicente, q̄ cū regulariter intra quadriennīū tm̄ possit ecclesia restitui, vbi Lupus ait nō meminisse se id tēpus iure cōmuni canonico aut ciuili definitū esse, tenet Pinellus de rescind. vendi. in. l. 2. par. c. 4. nu. 15. & est communis opi. Ergo ecclesia tam iure ordinario restitui potest ob enormem læsionem post quadriennīū, quam infra quadriennīū ob lēsionē leuē, sicque

7 *Ecclesia enormiter læsa restituit infra ann. 30. leuiter læsa restituitur infra quadrienniū cum cōi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtrobiq; par cã restitutionis est, pariter que fieri cũ fructibus deberetur. Et qđ ibi firmus esset cõtractus, & restitutio cessa esset, nõ ob defectũ solẽnitatis, sed ob enormẽ læsionẽ illatam, tenent
8 ibi Hostie. collect. Card. Abb. & Imol. Franc. in d. c. 1. de in integ. resti. in. 6. Pinel. in d. l. 2. de rescin. vẽdi. d. part. 2. c. 4. nu. 23. Vñ etiam post quadriẽnium cõstitit ibi petitam fuisse restitutionẽ, vt per tex. ibi (verb. post multos annos) tenẽt Pinellus vbi. s. qui hunc dicit cõem intellect. & sensum ad illum. c. Emanu. de Acosta vbi. s. Frãc. vbi. s. Abb. Host. Collect. & Imola in. d. c. ad nostrã, vbi Hostiẽ. se scire firmat supplicationem ibi Roma. Pontifici porrectã esse post decẽnium. Excluso ergo hoc quarto intellec. successit quitus, vt ibi loquatur, nõ tã in restitutione iustitię, quã in restitutione gratiæ, in qua non veniũt regulariter fructus. auth. idẽ de Nestoria nis. C. de hæreti. Alex. in. d. §. & quid si tãtũ col. 9. & Fortu. nu. 163. Lacel. Galla. nu. 60. Crot. col. fi. Curti. Senior cõ. 71. Emanuel vbi supra, Couar. vbi. s. nu. 15. estq; cõis op. referre cõcedatur restitutio gratiæ an iustitiæ, vt illo casu nõ veniãt fructꝰ, isto autem vtiq;. Verum is intellectus qui in se verꝰ est, minime conuenit. d. c. ad nr̃am, vt oportune aduertit Pinel. vbi. s. quia tunc ille tex. nõ haberet vim legis sed rescripti, & otiosum maneq; fuisset illud iuri canonico inseruisse, si iuris vim & potestatẽ non haberet, vt interim omittã id nõ obscure pugnare cũ mẽte, & sensu illius tex. qui iuris decisionem, non singulare beneficiũ inducere voluit. Vñ successit sextus intellectus existimãtium, vt ibi fructus illi percepti, & consumpti ante litem contestatam fuissent, sicq; possessor vtpote bonę fidei non teneretur ad eos restituendos, sed tantum ad perceptos, & consumptos post litem contesta l. 1. de peti. hære. C. iuncta l. bonæ fidei. ff. de acquirẽ. rerum dominio. Sed is intellectus suspectus similiter est, nã exęquare. d. c. ad nostram cũ. d. l. bonę fidei ius nostri nõ patitur vllo modo: nã quando venditor restituitur aduersus emptorem, ille restituit precium, an tequam rem cũ fructibus recipiat, sicq; vtriusque indẽmitati consultum est. d. l. 2. de rescin. vendi. l. 1. C. si maior factus alien. ratam. c. cum dilecti de emptio. & vendi. at secus est, quando à non domino emi, quem dominum esse putabam, & vendicatione dominus eam à me reuocauit, tunc enim rem restituo vero domino, nec precium mihi restituitur ab eo: & licet superfit mihi recursus contra venditorem, tamen interim re empta carebo, & postea preciũ forte recuperabo nunquam: sicque in recompensationem huius dãni, & mali subuenitur mihi in fructuum retentione, quod nota, quia non sic inuenies declaratum. Ergo in terminis dicto ca. ad nostram necesse erat rem cum fructibus restitui monasterio ab eo, qui prius ab ipso manasterio precium recipiebat, vt supra plenius diximus, & in hoc differunt inter se restitutiones, & rei vendicationes, sicque intelliges, vt differant omnes tituli, & libri. ff. & C. de restitutione loquẽtes, à titulis loquentibus de rei vendicatione. Excluso ergo isto sexto intellectu, quem Couatru. vbi supra, nu. 4. assignauerat, succeisit. Septimus intellectus, vt ius singulare sit in. d. c. ad nostram, propterea quod erant expẽsę factæ forte magnæ, cum quibus nõ multum dispariter fructus compensarentur, sed is sensus, qui fuit eiusdem Couar. vbi supra num. 14. diuinat, & restringit illum textum.

Vnde successit octauus intellectus Pinelli, vbi supra nume. 24. contendentis ibi duo esse prẽcepta singularia, primũ vt villa prẽcise monasterio restitueretur prius precio recepto, nec electio possessori daretur, vtrum precium mallet supplere, an recepto precio rem tradere: alterum præceptum singulare, vt restitutio rei fieret sine fructibus: vt quemadmodum vnum admissum fuit contra possessorem, nempe vt præcise rem restitueret, ita aliud in eius fauorem inductum fuisset, vt fructus retinere posset: nã qui in vno grauatur, in alio releuari debet. ff. de iureiu. l. eũ q.

Ratio

Ratio autem horum singularium præceptorum sit propter enormẽ læsionẽ ibi contingentem, subtilis sane intellectus, verum tot singularia prẽcepta, tot miracula aut monstra inaudita, denuo inducere voluisse Romanum pontificem, mihi nõ fit verosimile: accesit ergo. 9. intellectus, quem post alios signauit ipsemet Pinellus, qui & planus videtur, & literę amicus, vt in restitutione, quæ conceditur læso vltra dimidiam, non veniant fructus, licet aliud sit in restitutione, quę cõceditur iure minoris, & ita procedat. d. c. ad nostrã, qui intellectus verisimus est, & cæteris longe cõgruentior, retenta opinione existimantium in restitutione, quæ concedi tur lęso vltra dimidiam nõ venire fructus, sed cum eã opi. improbauerimus,

Fructus nõ restituũtur feudo ob læsionem restituto.

9 is intellectus teneri nõ potest. Accessit ergo decimus intellectus eorum, quibus videtur eos ineptire, qui hanc ad rẽ illum tex. allegant, cũ vtiq; tex. ille non loquatur in contractu emptionis & vẽditionis, sed in feudi datione, quæ à cõtractu emptionis & venditionis longe differt, vt per totum de natura feudi, & §. adeo inst. de empt. & vendi. l. 1. 2. & 3. de iure emphy. C. vnde licet i feudi datione agnoscendum sit læso vltra dimidiam dari restitutionem ad ipsam rem recuperãdum per. d. c. ad nostrã, quod vnicum est ad hanc quæstionem, tamẽ in hac restitutione feudum tantum seu res ipsa, non etiã fructus restituũtur, vt ibi. Cum enim ibi nouum ius fuerit inductum, non vtiq; necesum fuit illud in omnibus & per omnia reducere ad similitudinem & formã. d. l. 2. C. de resci. vend. quod si instes, fatemur q; non fuit necesariũ, sed fuerat vtile & rationi consonum: sed id etiam fore rationi cõsonum non fatemur, nam qui feudũ suscepit, is domino obsequium prẽstare debet in multis, quæ non facile tolerãda videtur, vt patet in pr. & fere per totum, quibus modis feudũ amittatur, & in multis titulis feudorum, & ad obsequiũ alteri præstãdum, nisi patri aut patrono obligari aliquem, perquã durum ac molestum est, arg. per totum. ff. & C. de obsequijs. l. 1. §. quæ onerande ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. & 2. ff. de libero homine exhibẽdo. Vnde cum quęritur, quare in obligationibus dandi cõpellatur reus præcise, non sic in obligationibus faciendi, vt tradunt omnes per tex. ibi in. l. stipulationes nõ diuiduntur. ff. de verb. oblig. respondẽt Bart. ibi & omnes, ideo esse, quia obligatio faciendi aliquid, quicquid illud sit, si tamen mihi molestum sit & durũ, lõge durior videatur, quam obligatio dandi, quia illa onerat libertatẽ (quod in homine libero exosum & infestum est) hęc autem libertatem non onerat, etiãsi de vniuersis facultatibus nostris dandis ageretur, & hoc obsequiũ tam durum esse reputatur, vt etiã liberi illud parentibus exhibere molestę patiãtur, sicq; ad illud præstandum solebant pactionibus astringi. l. si quãdo. §. illud C. de inof. te. ibi pactionibus astringendos, habere enim hãc superioritatem, est quidẽ res inæstimabilis arg. l. filiusf. §. secũdum vulgarem. ff. de lega. 1. ergo si in terminis. d. c. ad nostrã feudatarius fructus percipiebat, in eius cõpensatione admitti debuit obsequium, quod monasterio præstabat & exhibebat, & periculum quod subiturus erat, si quando opus esset, & alia multa; vnde parerat, vt mutua cõpensatione isthæc cõquiescerent: & hoc mihi visus est sensisse Romanus pontifex, dum ait (cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore) cur nõ dixit pro expensis, vt in. l. emptor. ff. de rei vend. cur similiter nõ dixit pro sumptibus, vt in. l. sumptus. l. in fundo eod. cur non dixit pro cultura & cura, vt in. §. si quis à non domino inst. de rerũ diui. nẽpe quia mens & animus ipsius Romani pontificis nõ fuit, vt cum expẽsis, cultura, cura, mercede laborũ fieret fructuũ cõpensatio, vel non fuit vt fieret compensatio fructuum cum solis his rebus, sed potissimum vt fieret cũ labore, quẽ subiturus est molestissime, qui alteri obsequium præbet. Vnde cum his omnibus intelligo fructus cõpensari, & consequenter licet possessor cõdẽnatus ad rem pos-

Oo 3 sessam

sesam reddendam possit deducere expensas factas in cultura & cura ipsorũ fructuũ.l.fructus.ff.sol.matrimonio.l.si à non domino.§.fructus.ff.de peti.hær. & etiã sumptus factos in ipsa re principali.d.l.sumptus.d.l.emptor.d.l.in fundo.ff.de rei vend.l.si in area.ff. de cõdi. indebiti glo.in.c.1.de vsur.gl.in.c.grauis de rest.spoli.l.40.l.43.titu.28.par.3. & possit etiam deducere iustam mercedẽ laborũ curę & diligentiæ, vt tenent Abb.& cõmuniter doct. in.d.c. ad nostram, Innocẽti. Abb.& alij in.c.cõque

Fructus qñ dicantur. 10 stus de vsuris, Romanus sing.536. adeo vt fructus dicantur deducta iusta mercede laborum, operarum, diligentię ac curę, non secus quam deductis expensis factis in re ipsa, vel in fructibus colligendis, ita Bal.& Sali.in.l.si quis sciẽs C.de rei vẽ. Tiraq.lib.1. de retr.§.is.gl. 1.ad finem. Tamẽ in terminis.d.c.ad nostram nullas harũ expensarum deducere poterit, sed ipsas & etiã laborem & molestiam, quã sustinuit in obsequio præstando compẽsare tenebitur cũ vtilitate fructuum, vt ibi. Postremo possemus decimũ intellectum assignare ad d.c.ad nostram (ibi post multos annos) vt cum per multum & longum tẽpus inducatur quasi abiectio & obliuio rerum nostrarum, vt eas quasi pro derelicto habuisse videamur, ideo post illos multos annos fructus videntur haberi pro derelicto, & quasi negligi & abijci, vt in simili notatur per Ias. in. l. 1. col. fi. C. de ser. fug. idem in.l.naturaliter.§. nihil cõmune nu.84. de acq. po.ff. glo. Paul.& Alex.in.l.si de eo.§.1.eod.nó sic in proprietate, quia in ea agitur de maiore præiudicio. Sed magis placet prę- 11 cedens intellectus, secundum quem in fructibus cessat decisio. l.2.C. de resci. vendi. quando feudum propter lęsionẽ vltra dimidiã restituitur, licet non cessaret in proprietate, vt vtrunque probatur in.d.c.ad nostram.

Possemus etiam &.11. assignare intell. ad.d.c.ad nostram ibi (Abbas & cõuentus necessitate coacti) vt ibi alienatori ideo parcius subueniatur, quod auxilio restitutionis indignus videbatur, eo quod sciens prudensque, neq; rei suæ valorem ignorãs, eam alienauit. Volenti autem & scienti non fit iniuria, fraus aut dolus. l. cum donationis. C. de transact. & lapsis, nõ autem scientibus subuenitur, vt ibi & arg. l. 1. ff. ex quib. caus. mai. vnde licet regulariter in tali restitutione veniant etiã fructus, tamen nõ sic quãdo scienti rei suę valorem tempore contractus subuenitur, quia is indignus est tãto beneficio, aut tam vberrimo beneficio non est tam dignus, q̃ esset, si rei suę valorem tẽpore contractus ignorasset. Nam licet regulariter quisq; rei suę valorem scire præsumatur. C. de resci. vendi. l. quisquis: tamen ab hac præsumptione discedimus, & contrarium præsumimus, quando quẽ videmus vltra dimidiã deceptum. Sed hæc posterior præsumptio cessat in re certa, qualis erat in terminis. d.c.ad nostram, sicq; cõmunis op. est, vt. d. l. 2. C. de resci. vẽd. cesset, quado qui se enormiter lęsum dicit, tempore contractus non ignorabat verum rei valorẽ, argu. d. l. cum donationis, & alibi diximus, sicq; est in superiore specie, ergo ibi in d.c.ad nostram ex regula erat, vt cessaret restitutio: vnde si contra iuris regulas cõceditur parcius cõcedi decebat, sicq; sine fructibus. Nam qui in vno iuuatur & c. arg. l. eum qui. ff. de iureiu. cõfirmatur is intellectus ex his, quę diximus supra circa intellectum. l. 1. C. de prędi. decurionum lib. 10. per illum tex. qui hũc intellectum iustiorem reddit.

Deniq; apparet nullam esse differentiã inter eũ qui emit à minore sine decreto, vel ab ecclesia sine legitima solẽnitate, data inquã paritate terminorum, idemq; in eo, qui emeret à fisco sine legitima solẽnitate, ijs enim casibus contractus est ipso iure nullus, & cõsequẽter dominiũ non transfertur in accipiẽtem. l. nunquam nuda. ff. de acq. rerum dominio iuncta. l. non dubium. C. de legibus, & l. iubemus nulli. §. 1. in fi. C. de sacr. eccles. l. 2. §. si à pupillo. ff. p empt. quia nihil & inutile & c. l. 1. §. si quis ita, vbi per Bar. & omnes. ff. de verb. oblig. §. fin. inst. quibus modis testamen. in. fi.

Malam fidem habere videtur qui contra iura contrahit.

quinimo

Quinimo non transit etiam vsucapiẽdi conditio. l. quemadmod. C. de agri. & censi. d. §. si à pupillo. l. fi. §. sin autem sub conditione. C. com. de leg. Nec cõtingit fructuũ acquisitio. d. l. iubemus nulli. §. fin. l. 1. C. de fide instrum. lib. 10. quia bonam fidem non præsumitur habere, qui cõtra iura mercatur. c. qui cõtra iura de reg. iur. in. 6. d. l. quemadmodum, qua cessante cessat fructuum ac-

12 quisitio. l. bonæ fidei. ff. de acq. rerũ do. l. qui scit. §. fi. ff. de vsuris. l. 4. §. 1. ff. finiũ regundorum. Mala autem fides his casibus ideo præsumitur, quia quisque tenetur, & præsumitur scire leges. l. leges sacratissimæ. C. de legib. Contrarium tamen probari potest. l. sed etsi lege. §. scire. ff. de petit. hæredi. quo probato dubium est, an ille, qui bona fide aut non mala fide, & titul. illegitimo possedit, fructus suos fecerit, cum emit ab ecclesia sine solẽnitate, vt in terminis. d. l. iubemus, vel emit à fisco sine solẽnitate, vt ĩ terminis. d. l. 1. de fide instru. vel emit ab adulto sine decreto, vt ĩ terminis. l. si prædium. C. de prędi. mi. l. 2 C. si quis igno. rẽ minoris esse, & his casibus verissimum est fructus non acquirere, nã sub hac demum conditione bonæfidei possessori lex pollicetur, & indulget fructuum acquisitionem, si ille iustam causam & titulum haberet possidendi atque legitimã. d. l. bonę fidei quæ quidẽ iusta causa similiter exigitur ad vsucapionem. l. quod vulgo. ff. pro empto. verb. iusta causa. l. non solũ. §. quod vulgo. ff. de vsucap. verb. iustam causam. l. pro legato. l. fi. ff. pro donato. l. fi. ff. pro suo. c. 1. verbo causam de prescrip. in. 6. is autem iustam causam possidẽdi nõ habuit, ergo ex tali possessione non iusta neque contingit vsucapio, neq; fructuum acquisitio, hęc enim duo ex eo-

13 dem fonte nascuntur, & quasi exæquãtur. l. 2. §. si in diem. ff. pro emptore, sed licet is bonæfidei possessor qui iustam causam possidẽdi nõ habet perceptione quidem eos fructus suos non fecerit, consumptione tamen suos fecisse quodammodo videtur, simile insti. de rerum diuisione. §. cum quis ex aliena-

Ignorantia iuris quo ad fructus potest prodesse.

Fructus prodigaliter cõsumptos nõ restituit qui contra iura emerat, sed bona fide si ue emeret ab ecclesia siue à minore, egregia quæstio.

Vnde si illi fructus sic percepti in vtilitatem suam versi sunt, eisque locupletior factus fuit, eos restituit, quatenus factus fuit locupletior, sin autem perierunt, tunc quatenus perierunt, nec eis locupletior facto fuit, eos restituere nõ cogitur, siue casu perissent, siue etiam culpa ipsius, quæ dolo careret, veluti si eos innocens prodegisset. l. sed etsi lege. §. scire, &. §. consuluit. ff. de peti. hęred. Sicque bona fides orta ex iniusta causa, & errore iuris, siue resistẽtis, siue nõ assistentis (non curo) in eo tantisper p desit, vt ille indẽnis seruetur, fructusq; non tã perceptione suos fecisse videatur, quam per interuentum cõsumptionis ab eorum restitutione liberatus intelligatur. Nam etsi res ipa principalis, puta seruus, aut equus, aut fundus chasmathe vel perisset, vel longe deterior factus fuisset, similiter ab restitutione huius tam interitus quam deterioratio nis propter illam bonam fidem liberaretur, argu. ff. de verb. oblig. l. si ex legati causa, vbi per Bar. & omnes in simili. l. quod te mihi, cum ibi not. per gl. Bar. & alios. ff. si certum peta. l. quę fortuitis C. de pigno. act. Vnde infertur nullam esse differentiam inter ementem rẽ minoris sine debita solẽnitate, bona tamẽ fide orta ex errore iuris, & ementẽ rẽ ecclesiæ eadem bona mente sine debita solẽnitate, vterq; enim fructus suos non faceret perceptione, sed consumptione ab eorum restitutione liberare tur, quatenus locupletior factus non esset, sicque nullam esse diff. inter hos emptores sentit Aymõ de antiq. temp. 4. par. nu. 162. inclinat in hoc Aretin. in. l. quod vxor. ff. de acq. posi. Innocẽ. Flor. Ancha. in. c. ad nostrã de reb. eccl. quos Imola ibi sequitur. Bal. in. l. si prędium. C. de prædi. minorum, Pinellus in. l. 2. C. de rescin. vendi. par. 2. c. 4. nu. 33. qui hanc partem non minus receptam putat, quam partem contrariam, quam receptam & communem putat Couasr. in lib. resolu. 1. c. 3. nu. 8. post Bar. in. d. §. scire, Abb. Antonium & Barba. in. d. c. ad nostram. Abb. in. c. dilecto de præb. idem Abb. in. c. grauis de resti. spol. col.

Universidad de Deusto
Biblioteca

